# THESAURUS LINGUAE LATINAE

This file contains a part of the *Thesaurus Linguae Latinae* (ThLL), published in print in Leipzig *et al.* 1900–. Please check on our website (www.thesaurus.badw.de) whether you have the latest version of the file (the version is indicated in the last line on this page).

The **abbreviations** used in the ThLL are explained in the *Index librorum*, which has basic information on all Latin texts from Antiquity (incl. chronology and editions). It is regularly updated and can be consulted on our website: www.thesaurus.badw.de.

## Navigating in this file

This file has a **bookmark for every headword**, including those in the *Addenda et Corrigenda* (in vols. VII/2, IX/2, X/1, X/2, *Onomasticon* C & D). You can use the list of bookmarks for fast navigation and to get an overview over the entries. Please note that the list of bookmarks=headwords may not (yet) be complete.

## Searching in this file

You can search through the bookmarks/headwords in many pdf-readers after activating the option 'include bookmarks' (or similar) in the search menu.

The file includes an uncorrected OCR text, which may be useful for copying short phrases. **You can search through the text, but may not find what you are looking for – even if the information is contained in the printed volume.** Due to the complexity of the typeface and the age of the print the searchable text (*behind* the page on the screen) is only partially correct and thus may differ from the digital reproduction (= what you see on the screen). **The text of the print** (and its digital reproduction) **is the only authentic version of our dictionary**.

For full-text searches you can use the ThLL-database published by *De Gruyter*™ (available in research libraries).

## License and limitations of use

This work is offered to you under a *Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivs CC BY-NC-ND* license (explanation here). In addition, you are not allowed to print or modify (parts of) this file or to upload it to a public website (**no file-sharing**). We kindly ask you to respect these restrictions. Instead, please refer fellow researchers to our website. Continued access to this version of the ThLL depends on your acceptance of these conditions. Please also leave this page and the watermark in the file.

## Further information

We are enthusiastic about cooperation with academic researchers anywhere in the world. Please include references to the ThLL in your publications where relevant. If you have a lexicographical question about the Latin of Antiquity which cannot be answered from the published volumes of the ThLL, please contact us; contact information is on our website: www.thesaurus.badw.de.

Enjoy working with the Thesaurus Linguae Latinae!

Josine Schrickx, General Editor and Project
Leader Munich, June 2025

version 1 (23rd June 2025)

de viduis *eqs.*) si quis ... moriatur, id placuit observari, ut -a eius *eqs.* GREG. TVR. Franc. 8, 39 p. 406, 1 qui *archidiaconus* multis altercationibus cum -a illius defuncti habuisse probatur. 9, 1 Richaredus ... foedus iniit cum Goesintha -a patris sui. *al.* **2** *sine tali indicatione*: GILD. Brit. 35 chron. III p. 46, 20 spernuntur ... primae ... propriae coniugis ... nuptiae, aliae expetuntur non cuiuslibet -ae, sed viri viventis ... adamatae (*vix ad 1*). CE 710, 5 (*a. 551*) aluit quem *filium* blanda -ae simpliciter pietas cari post fata mariti.

*deriv.*: ?relicticius, relictio, relictor (-trix), relictura, 2. relictus (-ūs), relinquosus.

*compos.*: ab-, de-, ob-, subrelinquo. *Pieroni.*

**relinquōsus,** -a, -um. *a* relinquere, *sc. explicandi veriloquii causa more insolito a verbo ductum.* *i. qui relinquere solet* (*accedit gen. obi.*): NON. p. 432, 5 'superstitiosi' ..., quod prae cultura deorum supersedeant cetera ...; ⌊'religiosi'⌋, quasi -i omnium ceterorum sacrificiis deserviant (⌊ ⌋ *aliter cum* relinquere *coniungitur p. 917, 40*).

**reliquārium,** (-ī) *n.* *a* reliquus (reliquum). *id, quod ad reliqua rationum pertinet* (*sc. tabulae sim.*): GLOSS.^L II Philox. RE 138 -um: *ἔκθεσις λοιπάδος* (*seq. l. 26*). GLOSS. II 295, 32 *ἔλλ⟨ε⟩ιμμα*: reliqua, -um. 362, 31 *λοιπαδάριον*: -um. 362, 33 *λοιπάς*: reliqua, hoc -um (505, 12 -um: *λ.* [*item* 531, 50]. *cf. l. 19*).

**1. reliquātio,** -ōnis *f.* *a* 1. reliquare (reliquari). *i. q. actio vel effectus reliquandi, obligatio reliqui solvendi:* *usu originario* (*respic. summa debita*): PAVL. dig. 26, 7, 44, 1 si pupillus ... rationibus a tutore acceptis -em eius secutus usuras acceptaverit. GLOSS.^L II Philox. RE 139 -o: *λοιπογραφία* (*item* GLOSS. II 362, 35 *λ.*: -o. *inde versum* 591, 30 -o: reliquorum scriptio. *coll. l. 19 fort. huc trahendum* 283, 44 *ἐγκατάλειψις*: -o). *in imagine* (*respic. tempus debitum*): TERT. anim. 56, 4 *animas* immatura morte praeventas ... vagari ..., donec -o compleatur aetatum, quacum pervixissent, si non intempestive obissent. *ibid.* nulla erit -o temporum non constitutorum.

**2. reliquātio,** -ōnis *f.* *a* reliquus (reliqui) *sec.* vexillatio *formatum.* *notatur* reliq *l. 39,* r *l. 44.*

*t. t. mil. de numero reliquo, qui vexillatione in expeditionem missa loco remanet (ad rem v. Faure in: Wolff [ed.], Le métier de soldat dans le monde romain, 2012, 397sqq.):* *in classe* (*in titulis saec. III; non huc spectat* CIL VII 137, *v.* INSCR. Brit. 2448, 3): CIL VIII 14854 *cuidam* p(rimo) p(ilo) leg(ionis) XX ..., praeposito -i classis praetoriae Misenatium (*sim.* X 3345). INSCR. Dessau 9221 praep(osito) reliq(uationi) class(ium) praet(oriarum) Misen(atium) et Ravenn(atium) p(iarum) v(indicum) expeditioni orientali. *in exercitu*: INSCR. Année Épigr. 1981 n. 134 (*Romae, a. 242*) milites leg(ionis) II Parth(icae) ... sub cura ... Pomponi Iuliani p(rimi) p(ili) praep(ositi) -is (*de eodem*: CIL XIV 2258, 15 [*a. 244; lapis periit*] cura(m) age⟨n⟩te Pompon(io) Iuliano ⌊r(eliquationis)⌋ leg(ionis) eius, *sc.* II *Parthicae* [⌊ ⌋ *latere ligaturam* ℞, *sc.* praeposito -is, *conieceris*]).

**reliquātor,** -ōris *m.* *a* 1. reliquare (reliquari). *i. qui reliquatur, sc. reliqui solvendi obnoxius est* (*accedit gen. obi. l. 49. 52, cf. l. 48. 55*): SCAEV. dig. 46, 3, 102, 2 cum *debitor quidam* superioris anni, *sc. summae,* sit -r. PAVL. dig. 39, 4, 9, 2 -es vectigalium ad iterandam conductionem ... admittendi non sunt. EDICT. Theodor. 144 quas summas a ... -bus exegerint *discussores.* CASSIOD. var. 5, 6, 1 *conductorem tot* solidorum -em nostris utilitatibus extitisse (*de eodem*: 5, 7, 1 -em publicis rationibus extitisse).

*f.* **reliquātrīx,** -īcis. *i. quae reliquatur, debitrix*: TERT. anim. 35, 1 (*irridetur Carpocratis de metempsychosi doctrina*) animam -em delictorum, ⌊donec exsolvat novissimum quadrantem⌋ (*Matth. 5, 26*) detrusa ... in carcerem corporis (*antea*: quotiens minus quid *facinorum* intulerit; *cf. 35, 4* facinorum debitrix). *Bk.*

※**reliquiae,** -ārum *f.* (rē- *v. p. 962, 23; sing. v. p. 962, 16*). *a* reliquus (*cf. Leumann, Gramm. 1977, 292*). *derivatur a* relinquere PRISC. gramm. III 510, 36.

*de scriptura*: rell-: *1) testimonia grammaticorum*: SACERD. gramm. VI 452, 2 epenthesis est, cum in medio verbo ... littera additur, ut relliquias (*sim.* DON. gramm. mai. 3, 4 p. 661, 1sq. CONSENT. gramm. p. 4, 6). PS. MAR. VICTORIN. gramm. VI 38, 28 *metri necessitate* consonantes geminantur, ut 'relliquias Danaum' (*cf.* SERV. Aen. 1, 30 ut stet versus, geminavit l, nam in prosa -as dicimus. 7, 717 propter metrum. PRISC. gramm. III 510, 36 metri causa). DON. gramm. mai. 3, 1 p. 653, 8 barbarismi, sicut 'relliquias Danaum', cum -as per unum l dicere debeamus (*sim.* CHAR. gramm. p. 350, 10 [*e Cominiano*]. *al.*). CASSIOD. gramm. VII 203, 7 (*e Caesell.; de consonantibus post* re *praepos. geminatis*). *2) invenitur* rell- *in inscr.* CIL I² 1297 (*aet. Aug./Tib.*), *in codd. vet. e. g.* VERG. Aen. 1, 598 (*corr. F¹, saec. IV/VI, et* Pap. Corp. 7, *saec. IV/V*). 5, 47 (*corr. M¹, saec. V*). rel- (*cf. l. 67. 69*): *passim, sc. in inscr. e. g.* CE 55, 4 (*saec. I a. Chr.*). CIL I² 1206, 3 (*saec. I² a. Chr.*), *in codd. vet. F et M* VERG. *l. 73sq.* (*ante corr.*). LIV. 22, 54, 7 (*P, saec. V¹*). PRVD. perist. 3, 194 (*A, saec. VI in.*). *al.* *ceterae formae*: -lic- (*adde l. 11 et cf.* CASSIOD. gramm. VII 158, 15sq. [*e Papir.*] -ae ... per c scribebantur, ... at nunc -ae ... per q scribuntur), *sc.* -lici- CE 2077 (*saec. I¹*). CIL VI 16821 (*saec. II/III*). INSCR. Année Épigr. 2004 n. 1143 (*e Pannonia; a. 214/20*), -licui- INSCR. Tun. Merlin 1196 (*saec. VI/VII*); -lyq- CIL VIII 23921 (*post a. 537*); leriq- SACERD. gramm. VI 452, 13 metathesis est, cum ... fit transmutatio litterarum, ac si dicas leriquias pro -as (*sim.* DIOM. gramm. I 452, 30sq., *cf. p. 902, 50*). *notatur* r *in formula* r(eliquiis) d(olus) m(alus) a(besto) CIL VI 23264 (*saec. II¹*). 24305 (*saec. II/III, ut* 34731); reliq CIL VI 18594, 7 (*saec. I/II*). III 7506 (*saec. II*); relic CIL II 4587, 8 (*saec. II²*); rlqe (*lineola supra ducta*) INSCR. Année Épigr. 1937 n. 147 (*saec. VI; e Numidia, ut* n. 148 [*a. 585*]). NOT. Tir. 64, 24 -ae.

*de genere et formis: longe praevalet fem. plur.* (*inter fem. semper plur. afferunt* CHAR. gramm. p. 36, 11 -ae *λείψανα.* EXC. Bob. gramm. I 549, 28 PHOC. gramm. V 284, 20), *sing. invenitur p. 963, 14. 29. 964, 10* (*cf. Char. gramm. p. 460, 24* reliqua *λείψανον*); *excipitur per pron. vel part. fut. masc., sc. constructione ad sensum q. d., p. 967, 2. 55. 60.* *nom.* -as: CE 497, 2 (*saec. I/II*). CIL V 5078 (*saec. III¹*). VI 16821 (*saec. II/III*). INSCR. christ. Diehl 2103 (*nisi cogitas de acc. obi. iuxta pass. impers.* (h)abetur); *dat. vel abl. plur.* -is *pro* -iis (*cf. l. 39*): ORAT. imp. Claud. (CIL XIII 1668) 1, 20. CIL VI 11745 (*saec. II/III, ut* XII 118). *de mensura syllabae primae* (*cf.* SACERD. *p. 242, 60 [de ectasi], ceterum v. p. 961, 65sqq.*): rē- *producitur semper in versibus dactyl. apud auctores et e. g.* CE 2134 (*saec. I*), *in hendecasyll.* MART. 6, 37, 2 PRVD. perist. 6, 136; rě- *brevis est in versibus iamb. apud auctores et* CE 55, 4 (*saec. I a. Chr.*). *de notione*: GLOSS. -ae: *λ⟨ε⟩ίψανα. καταλείμματα.* favillae. GLOSS.^L I Ansil. RE 900 (cod. Paris.) -⟨i⟩as: residuas partes. *cf. p. 964, 44sqq. 966, 52.* *legitur in versibus inde a* PLAVTO, TER., *in orat. soluta inde a* RHET. Her., CIC. [*usu christ. (cf. p. 968, 23sqq.) a serm. docto haud aliena: val.* relicvă *sing., it.* reliquie *et centr. vet., tusc. vet.* arlique, orliquia *sing.,* orliqui *masc. (Tesoro della Lingua Italiana delle Origini, s. v.), prov.* reliqu(i)a, reslicla, reliscla, *francog. vet.* reliuque, *rec.* relique *sing., cat., hisp., port.* reliquia *sing.; per metathesin (cf. l. 8) explicaveris it. sept.* requilya, requelya, leréquia *sing., histr.* (*Rovigno*) rikuéiła *et fortasse sard. centr.* rekkìla, rikílljа. *cf. M.-L. 7193 et Faré, Postille. Tiktin-Miron³ III 323. Battisti-Alessio I 291. IV 2678. V 3226. Cortelazzo-Zolli² 1342sq. Wagner II 347. Wartburg X 233sq. Corominas III 59. Corominas-Pascual II 441. Houaiss² 2422. Schd.-Cr.*] [*confunditur in codd. c.* reliquus (*praesertim in dat. et abl. plur., cf. l. 21 et v. p. 963, 20*), *e. g.* PLAVT. Rud. 1287 Stich. 496 CIC. Sull. 37 fam. 6, 10, 2 CAES. civ. 3, 21, 4 LIV. 36, 19, 9 (*in falsa var. l.* CIC. Phil. 2, 73 SEN. contr. 1, 2, 3; *restit. e. g.* CIC. fam. 13, 66, 2 BELL. Alex. 42, 4 SEN. nat. 3, 26, 8 PLIN. nat. 9, 93; *fort. falso trad.* CIC. Font. 36).]

*i. quae relicta sunt*: **I** *usu communi significatur*: **A** *is, qui (id, quod) e summa, universitate vel numero maiore restat vel ex integro superest, sc. aliis (rebus) ablatis, consumptis, amissis sim.* (*cuius [rei] aliquid relictum sit, indicatur per gen. passim [abl. trad. p. 963, 26], adi. p. 963, 71. 965, 63, praepos.* de *vel* ex *e. g. l. 56. p. 964, 18. 966, 48; quid [quis] aliquid reliquerit, per gen. e. g. p. 963, 47sqq. 964, 64. 965, 24. 966, 15; accedit gen. ident. e. g. p. 967, 38, fort. etiam p. 963, 7*); *-ae sunt*: **1** *res*: **a** *corporeae vel quae sensibus percipiendae sunt*: **α** *generatim*: ① *quaelibet exempla; restant*: Ⓐ *bona, possessiones, opes sim.* (*saepe de eis, quae post calamitatem supersunt*): PLAVT. Most. 81 qui *senex* nisi huc redit, paucorum mensum sunt relictae -ae. Rud. 200 omnia perdidit in mari: haec bonorum eius sunt -ae ([*respic. ancilla ut*: 1287 eam abducam, de bonis quod restat -arum]. PANEG. 2, 26, 5 nullas eorum *b.* -as, nulla fragmenta ... vorago revomebat). CIC. Quinct. 50 conveniunt ... bonorum emptores ut carnifices ad -as vitae lacerandas. dom. 113 ambustas fortunarum mearum -as (LIV. 26, 30, 10. *aliter p. 965, 57*). Phil. 2, 6 cum tu -as rei publicae dissipavisses (*sc. aerarium exhauriendo; nisi ad p. 965, 58*). Att. 4, 4ᵃ, 1 (*post exilium*) quorum *librorum meorum* -ae multo meliores sunt, quam putaram. fam. 13, 5, 2 (*antea*: amissis omnibus fortunis) cum *illuc* ... tamquam e naufragio -as contulisset. *al.* MACER or. frg. Prisc. gramm. II 532, 25 quīs oportuit amissa restituere, hisce etiam -as averrerunt. VERG. Aen. 7, 244 (*Ilioneus Latino*) *Aeneas* dat tibi ... munera, -as Troia ex ardente receptas. LIV. 21, 21, 2 partitis ... -is praedae. SEN. dial. 9, 3, 8 (*in imag.*) alii sic inpendimus *tempus,* ut possimus rationem reddere, alii, ut nullas habeamus -as (*cf. p. 966, 30*). PETRON. 105, 3 (*antea*: consumpserunt pecuniam meam *in vino unguentisque*) adhuc patrimonii mei -as olent. SVET. Nero 38, 3 *post incendium urbis Nero* nemini ad -as rerum suarum adire permisit ([*pendet* OROS. hist. 7, 7, 7]. SYMM. epist. 9, 123). *al.*

Ⓑ *ea, quae ad corpus vel animam animantium pertinent* (*haud raro morientium; aliter p. 963, 64. 964, 23*): ① *varia exempla* (*selecta inde a* SEN. *philos.*): LVCR. 3, 656 caput abscisum ... servat humi voltum

[*Monaco*]

vitalem ..., donec -as animai reddidit omnes (Stat. Theb. 8, 726 *Tydeus* totis a. se cogit in ictum -is. Tert. anim. 51, 4. *al.*). 6, 825 vis illius aestus -as vitae membris ex omnibus aufert (Stat. Theb. 11, 566. *al.; cf. p. 962, 58. 966, 31sqq.*). Val. Max. 2, 6, 8 -as spiritus mei prospero fine ... permuto *memet necatura* (3, 2, 18 Amm. 30, 6, 4. *aliter l. 15sqq.*). 6, 2, 10 obstipuerunt ... legiones tam robustas ⌞senectutis⌟ -as intuentes (⌞ ⌟ *gen. ident.; an subi., ut locus ad l. 47 pertineat?*). 9, 12 ext. 8 exiles virium -as foventem *Anacreontem.* Sen. Oed. 1021 (*loq. Oedipus effossis oculis*) per has -as corporis trunci precor (*sim.* epist. 9, 4 si quis oculum ... excusserit, -ae illi *sapienti* suae satisfacient). Stat. silv. 2, 1, 151 *moriens* pectoris efflat -as. Mart. 6, 37, 2 (*iocose*) secti podicis usque ad umbilicum nullas -as habet Charinus. Garg. Mart. med. 36, 2 uteri -as vulvae inhaerentes ... extrahit *thymum* (*item de secundis*: Ser. med. 650 -as partus ... detrahet herba). Soran. p. 14, 19 nulla ... -a seminis sinum muliebrem umectat (*gr. p. 31, 13 τῷ σπέρματι tantum*). *respicitur mulier ut -ae spiritus viri*: Vet. Lat. Mal. 2, 15 (Hier. *ad loc.*) et non alius, *sc. atque deus,* fecit *mulierem* et *est illa* -ae spiritus tui (*sec. gr. ὑπόλειμμα πνεύματος* ⌞σου⌟ [*αὐτοῦ var. l.*]; *Vulg.* residuum spiritus eius. *cf.* Chrysost. hom. III 962$^{A}$ *ostendit* modum formationis, dicens '-ae s. t.'). ② *-ae sunt morborum sim.* (*fort. huc* Cels. 6, 6, 32 ex -is lippitudinis [*sic olim edebatur,* -quis *ed. Marx sec. codd.*]): Cels. 2, 14, 6 potest morbus minus gravis esse ... neque ... solvi, sed -is quibusdam inhaerere. 2, 15, 1 lentae morborum -ae remanent. 3, 4, 16 febris. 6, 6, 8$^{B}$ ubi ... cursus pituitae constitit, -as ... discutiunt balneum et vinum. 7, 18, 4 ut in scroto exiguae -ae, *sc. tumoris,* maneant. *al.* Sen. dial. 9, 2, 1. Scrib. Larg. 131. 160 *hoc* tollit ... -as, *sc. podagrae.* Chiron 658 si adhuc in eo *iumento* clodigine -ae remanserunt. Cael. Avr. chron. 1, 1, 30 fervoris. Oribas. syn. 3, 37, 4 Aa p. 860 si ... non permanent, *sc. cicatrices sim.,* curatae sunt; quodsi aliqua -a est, longius curari possunt (*aliter gr. 3, 36, 4*). *al.*

Ⓒ *quaelibet* (*saepe in rerum natura*): Lvcr. 1, 1109 *ne terra* abeat per inane ..., temporis ut puncto nil extet -arum desertum praeter spatium. Vitr. 8, 1, 5 si lucerna ... non erit exusta, sed habuerit -as olei *eqs.* Val. Max. 2, 4, 5 l. 349 in ... solo magis fumante quam ullas ignis habente -as. Sen. nat. 4, 2, 19 imbres nivem diluunt, -as eius ... calor dissipat (-quas *var. l.*). 6, 31, 2 exitum ventis luctantibus fecit *terrae motus*; -ae ... residui spiritus non idem possunt. epist. 30, 3 magnus gubernator ... si exarmavit, tamen -as navigii aptat ad cursum (*cf.* Petron. 114, 13 -as navis). Cvrt. 8, 9, 10 *amnis* tenues -as ... in mare emittat. Colvm. 9, 16, 1 expressae favorum -ae. Plin. nat. 5, 13 extare ... vestigia habitati quondam soli vinearum palmetorumque -as (*vergit ad p. 965, 44*). 19, 12 parvas ... -as eius *thoracis* superesse. 34, 171. Apvl. apol. 25, 6 flammam stipulā exortam ... materia levi, caduco incendio, nullis -is. mund. 8 p. 306. Tert. pall. 2, 3 *orbis* mutat et nunc localiter habitus, ... cum Italiae quondam latus *mari quassante* ... medio tenus interceptum -as Siciliam facit. Act. Archel. 8, 1 ipse vivens spiritus *Manichaeorum* creavit luminaria, *i. solem lunamque,* quae sunt -ae animae (*si recte intelleximus; aliter l. 1*). *al.*

Ⓓ *indicat gen. subi., quid (quis) aliquid reliquerit (saepe res, sed animans l. 52; fort. huc l. 6; cf. exempla p. 967, 13sqq. allata)*: Cic. Tim. 42 (*de materia, e qua mundus creatus est*) supe⟨rio⟩ris ... permixtionis -as fundens aequabat *opifex mundi* (*gr. 41$^{D}$ ὑπόλοιπα*). ad Q. fr. 1, 3, 3 quae *coniunx mea* -as communis calamitatis, communes liberos tueretur. Verg. Aen. 3, 87 da moenia fessis ..., serva altera Troiae Pergama, -as Danaum atque inmitis Achilli (*simul spectat ad 2; cf. p. 967, 16*). Liv. 28, 39, 3 (*in imag. de clade militari*) *exercitum* velut ad colligendas -as naufragii nostri misistis (33, 41, 9 collectis -is n. ... Seleuciam rediit *Antiochus* [*simul spectat ad 2*]. Sen. contr. exc. 8, 6, 2 naufragiorum -as conputabat. Sen. nat. 3, 26, 8 cadavera ... et naufragiorum ⌞-as alias⌟ [*coni. Hine,* reliqua similia *trad.*]. *cf. p. 962, 63*). Plin. nat. 20, 180 -as purgationum a partu (*cf. l. 12sq.*). 34, 43 *artifex signo perfecto* e -is limae suam statuam fecit. Sil. 15, 538 (*loq. Italia*) hunc *Hasdrubalem* ... perpetiar miseras quaerentem exurere belli -as? (*aliter p. 965, 55*). *al.*

**β** *speciatim; sunt -ae*: Ⓘ *cibi, potionis sim.*: Ⓐ *quae restant post cenam sim.* (*post contusionem [in imag.] l. 71, post partitionem praemiorum p. 964, 11; in corpore humano l. 68sqq. [cf. de excrementis sim. p. 964, 23]; pro syn. sunt e. g.* fragmenta *p. 964, 13,* fragmina, crustae *p. 964, 21; accedit adi.* hesternus *l. 70,* pridianus *p. 964, 10; selecta inde a* Phaedro): Plavt. Curc. 321 edes aliquid. :: nolo ... :: immo si scias, -ae quae sint. 388 reliqui in ventre cellae uni locum, ubi -arum -as reconderem (*cf.* Stich. 231 vendo ... parasitum inanem, quo recondas -as). Persa 78 visam hesternas -as. Poen. 266 an te ibi vis inter istas versarier prosedas, pistorum amicas, ⌞-as alicarias⌟? (*i. -as alicae post actionem contundendi, sc. in imag. obscaena sec. Adams, Rhein. Mus. 126, 1983, 336*; reginas *ed. Lindsay, v. p. 737, 49sqq.*). *al.* Titin. com. 83 tuburcinari sine me vultis -as. Cic. fam. 10, 28, 1 quam vellem ad illas pulcherrimas epulas me Idibus Martiis invitasses; -arum nihil haberemus (*respic. caedes Caesaris, in qua Antonio parcebatur, ut*: 12, 4, 1). *al.* Sen. contr. 9, 2, 2 (*in imag.; de viro a praetore inter cenam occiso*) -ae praetoris unco trahebantur (*c. gen. subi. ut*: 9, 2, 24 inter temulentas ebriorum -as. Sen. epist. 47, 5 -as temulentorum ... colligit *servus. al.*). 9, 2, 4 inter temulentas -as sumptuosissimae cenae (Apvl. met. 2, 15, 5. *al.*). Cels. 3, 4, 17 satius est principia cibi a decedente febre quam -as ab incipiente excipi. Phaedr. 3, 1, 6 (*anus ad epotam amphoram*) quale te dicam bonum antehac fuisse, tales cum sint -ae? 5, 4, 3 asello ... -as poni hordei. Stat. Theb. 2, 508 -as amplexa virum semesaque ... ossa premens *Sphinx.* Apvl. carm. frg. 2, 6 pulvisculum (*i. dentifricium*) ... converritorem pridianae -ae. Act. lud. saec. Sept. Sev. 5$^{a}$, 83 Pighi praemia ... consecutis ... ex ... frugibus ...; -ae frugum *eqs.* Vet. Lat. Matth. 14, 20 (cod. 5, *sim. al. et* Vvlg.) tulerunt -as fragmentorum, duodecim cofinos plenos (*gr. τὸ περισσεῦον. inde* Arnob. nat. 1, 46 p. 40, 15 bis senarum sportarum sinus -arum fragminibus. Ivvenc. 3, 89. *al.*). Ambr. hex. 6, 3, 14 *leo* ipsas suae escae -as aversatur (*subest gr. 9, 3 p. 192$^{C}$ τὰ λείψανα ut*: Evstath. Basil. hex. 9, 3, 4 suae captionis). off. 3, 3, 17 ciborum (Hier. epist. 64, 2, 4 Vvlg. Ruth 2, 18. *al., cf. l. 25sqq. 41; sim.* Hier. interpr. Iob 20, 21 -ae de cibis eius [*Vulg.* remansit de cibo]). Orig. in Matth. ser. 12 p. 23, 20 (*in imag.*) ut *discipulus Christi* ... primitias convivii spiritalis manducet et non -as ceterorum. Ven. Fort. Mart. 3, 263 fragmina, -as, crustas et frusta recondens. Maxim. eleg. 2, 33 (*in imag.*) -is veterum iuvenes pascuntur amorum (*nisi ad B*). *al.* Ⓑ *quae post concoctionem e corpore humano excernuntur*: Cic. nat. deor. 2, 24 cuius *cibi* etiam in -is inest calor iis, quas natura respuerit (*cf.* -ae cibi: 2, 138 -ae c. depellantur. Chalc. comm. 192 per quae *emissacula* fertur humor ... aliaeque superfluae -ae c. et potus. Pelag. in Phil. 3, 8 p. 406, 17 stercora ciborum sunt -ae. *al.*). Sen. dial. 2, 13, 2 quorum *aegrotorum* ... -as et effusa intueri *medicus non* dedignatur. Ambr. hex. 6, 9, 72 (*antea*: ciborum superflua) creator noster ductus -arum a vultu hominis avertit. Ⓒ *quae supersunt post sacrificium sim.*: Svet. Aug. 1, 1 cavebatur, ut ... exta Marti redderentur -aeque ad Octavios referrentur. Sic. Flacc. grom. p. 105, 15 consumptis ... igne omnibus dapibus super calentes -as lapides conlocabant. Hyg. astr. 2, 15, 1 in ... sacrificiis carne hostiarum consumpta -as ... eodem igni conburunt. Cypr. laps. 2 profana contagia et idolorum -as respuerunt *Christiani.* Vvlg. exod. 29, 34 si remanserit de carnibus consecratis ..., combures -as igni. *al.* Ⓓ *quae post usum praesentem congestae, reconditae sunt in horreis sim. ad usum posteriorem, sc. fere i. q.* copia (*cf. p. 963, 68*): Vet. Lat. deut. 28, 5 (cod. 100, *sim.* Vvlg.) benedictae apothecae tuae et -ae tuae (-quae *cod., ut* 28, 17 maledictae; *gr. ἐγκαταλείμματα*). Vvlg. exod. 8, 3 quae *ranae* ascendent ... in -as ciborum tuorum (*hebr.* מִשְׁאֲרוֹת *'alvei'; de interpr. Hier. v. Houtman, Exodus II, 1996, 46*).

Ⓘ *mortuorum* (*cf.* Serv. Aen. 2, 539 *cadaver* crematum ... -as *dicimus.* Rvfin. Orig. in psalm. 36 hom. 5, 6 l. 17sqq. [*ad p. 968, 13*] -as dicere solemus, cum spiritus separatur a corpore ...; [l. 19] quae superest pars corporis, -ae nominantur. Synon. Cic. p. 419, 5 cineres. ossa. -ae *eqs.*; *significantur residua corporis, e. g. l. 51. 53. 56, vel cadaveris, e. g. l. 55; c. gen. e. g.* cineris *p. 965, 9. 11 bis,* corporis *l. 66. p. 965, 2. 6. al.; cf. IIA*):

Ⓐ *de -is hominum* (*deorum p. 965, 1sq.*): ① *quolibet contextu*: *apud auctores* (*selecta inde a* Sen. *philos.*): Pacvv. trag. 200 -as ... denudatis ossibus per terram sanie delibutas. Cic. leg. 2, 56 Marii ... -as ... dissipari iussit Sulla (*cf. l. 68*). Verg. Aen. 4, 343 (*loq. Aeneas*) si fata ... paterentur ..., urbem Troianam primum dulcisque meorum -as colerem (*fortasse simul spectat ad p. 965, 44sqq.*). 6, 227 postquam conlapsi cineres *sunt* et flamma quievit, -as vino et bibulam lavere favillam. Val. Max. 5, 1, 1$^{c}$ regias -as iacere inhonoratas. 7, 6 ext. 3 infelices cadaverum -as. Phaedr. app. 15, 8 horum *crucifixorum* -as ne quis *tolleret* ..., custodes dantur milites cadaverum. 31, 3 (*loq. papilio*) dum vivebant corpora, quorum ex -is animam nos accepimus *eqs.* Sen. Herc. O. 1756 *Alcmenam* ... sinu gerentem -as magni Herculis (*sim.* Tac. ann. 2, 75, 1 [*antea*: cineribus] quod *Agrippina* ... ferales -as *Germanici* sinu ferret). 1829 Herculis cineres tenes, complectere ossa: -ae auxilium dabunt. dial. 6, 3, 2 longo itinere -as Drusi sui prosecuta *Livia* (*cf. p. 965, 12*). Val. Fl. 1, 459 ardentes ... patris -as. Stat. Theb. 12, 23 itur in exanguem populum bellique iacentis -as. Tac. ann. 1, 60, 3 in quo *saltu* -ae Vari legionumque insepultae dicebantur. 2, 69, 3 humanorum corporum -ae. Plin. epist. 6, 10, 3 -as neglectumque cinerem sine titulo ... iacere. Svet. Tib. 54, 2 amborum, *i. Neronis et Drusi,* sic -as dispersas, ut vix ... colligi possent (Cal. 3, 2 caesorum ... d. -as ... colligere). Dom. 8, 5 -as ... mari mersit (*sim.* Mod. dig. 28, 7, 27 pr. si *heres* -as eius in mare abiciat *eqs.*). Scaev. dig. 32, 38, 4 *quidam* testamento suo cavit ..., ne ⌞-as eius et⌟ praedium suburbanum ... heres eius pigneraret (*per hendiadyoin explicandum, sc. de praedio, in quo sepultus esset; an est hereditas sim., ut locus ad p. 968, 8sqq. pertineat?* ⌞ ⌟ *deest loco gemino 32, 93 pr.*). Porph. Hor. epod. 17, 48 ('pulveres') cineres -arum. Ivst. 3, 4, 13 ut ossa sua postremasque -as conterant. Arnob. nat.

*[Monaco]*

4, 25 p. 231, 23 tumulos ... -asque Saturnias tellure in Sicilia contineri. FIRM. err. 2, 6 cremati corporis -ae, *sc. Osiridis.* HIL. in Matth. 8, 4 intra defunctorum sedes et mortuorum -as. HEGES. 5, 21, 3 p. 346, 5 defunctorum -as (*gr.* τοὺς νεκρούς *tantum*). *al.* *in titulis sepulcr.* (*selecta tantum; cf. e. g. l. 13. 33sqq., de -is sanctorum v. sub IIA*): CIL I² 1206, 3 (*saec. I² a. Chr.*) quoius corporis -ae, quod superant, sunt in hoc panario. 1297 (*aet. Aug./Tib.*) Tertulla ..., quius heic -ae suprema, *sc. munera,* manent. CE 2077 (*saec. I¹*) hic -ae Pelopis: sit tibi terra levis (leb- *lapis*). 497, 2 (*saec. I/II*) cuius -as (*i.* -ae) cinerum, hic ossa sepulta. CIL VIII 1998 (*non ante saec. II*) -ae funeris ... hoc requiescunt solo. VI 16821 (*saec. II/III*) -as cinerorum Deuteri. CE 1189, 1 (*saec. III ex.*) -ae cineris tumulo mandata quiescun(t). *al.* ② *-ae sepeliuntur sim.* (*addas e. g. l. 11. p. 964, 63.*): CE 55, 4 (*saec. I a. Chr.*) ubei se -ae conlocarent corporis (HIST. AVG. Pius 5, 1 [*antea l. 35*]. *al.*). VERG. Aen. 5, 47 -as divinique ossa parentis condidimus terra (CE 2134 [*saec. I*] in tumulum. SVET. Aug. 100, 4 *Augusti* -as ... mausoleo condiderunt. Nero 50, 1 monimento. TEST. [CIL VI 10229; *a. 108*] 89 *ut* reli⟨quias⟩ meas cond⟨erent⟩. CIL VI 18594, 7 [*saec. I/II*] reliq(uias) h(ic) c(ondidit). VLP. dig. 11, 8, 5 pr. COD. Iust. 3, 44, 12 [*a. 290*] mortuorum -as ... intra civitatem condi ... vetitum est. *al.; cf.* QVEROL. p. 58, 5 -ae defuncti ... recondantur). TAC. ann. 1, 62, 1 nullo noscente, alienas -as an suorum humo tegeret. 3, 4, 1 *Germanici* -ae tumulo Augusti inferebantur (SVET. Dom. 17, 3. TEST. [CIL VI 10229; *a. 108*] 90. CIL VI 18758 [*saec. I/II*]. FLORENT. dig. 11, 7, 42 si corpus vel -ae inferantur *in monumentum,* fiet sepulchrum. *al.*). 15, 28, 2 operire -as malae pugnae. TEST. Année Épigr. 1945 n. 136, 12 (*saec. II*) ibi ... -as meas ... poni volo (CIL II 4587, 8 [*saec. II²*] cuiius relic(iae) in Helviano posit(a)e sunt. *al.*). MOD. dig. 28, 7, 27 pr. (*antea p. 964, 70*) heres -as testatoris ... sepulturae tradidit (RVFIN. hist. 5, 1, 59 ne ... traderet s. [*gr.* μὴ κηδευθῇ]). *al.* ③ *-ae alium in locum transferuntur* (*cf. p. 964, 63*): PLIN. epist. 10, 68 petentibus quibusdam, ut sibi -as suorum ... transferre permitterem (TRAIAN. Plin. epist. 10, 69, 1. COD. Iust. 3, 44, 1 [*a. 213*] si vi fluminis -ae ... continguntur ..., t. eas in alium locum poteris. PAVL. dig. 11, 7, 44). CIL VI 1884 (*a. 130*) -ae treiectae. III 1312 (*saec. II¹*) -ae ... Romam latae sunt. VI 8878 (*saec. II ex.*) coniugis -as ... pertulit, *sc. Carnunto Romam.* HIST. AVG. Pius 5, 1 Romam pervexit. *al.*

Ⓑ *de -is animalium* (*arcuimus, quae pro cibo adhibentur, e. g. p. 964, 15; de fetu mortuo in utero l. 40*): PLIN. nat. 9, 93 *polypi* -ae adservatae. 32, 56 remedio est limus ex -is piscium eorum corporis (*Mayhoff,* -quo *trad.*). CHIRON 763 (*antea*: equa si mortuum eicere non potuerit) ita celerius eiciet -as et secundas (*si recte restit. Spoth in plagulis,* -quas *trad.*). AMBR. paenit. 2, 2, 8 (*respic. psalm. 102, 5*) aquila, cum fuerit mortua, ex suis -is renascitur (*sim.* CLAVD. carm. min. 27, 95 *Phoenix* destinat aris semina -asque sui).

(III) *aedificii, oppidi sim.* (*fort. huc p. 964, 53*): RHET. Her. 4, 15, 22 ut ... cuius nitor urbis, *i. Fregellarum,* Italiam nuper inlustravit, eius nunc vix fundamentorum -ae maneant. CIC. fam. 15, 4, 9 in -is Amani delendis. VERG. Aen. 8, 356 disiectis oppida muris, -as veterumque ... monimenta virorum. PLIN. nat. 3, 70 morientes Casilini -ae. 36, 90 extant ... adhuc -ae eius *labyrinthi Lemnii,* cum Cretici ... nulla vestigia extent. TAC. hist. 4, 53, 1 prioris delubri. FLOR. epit. 1, 12, 11. PORPH. Hor. epod. 16, 11 urbis Romae (HEGES. 5, 31, 1 p. 370, 28. *al.*). AMM. 17, 10, 7 vicorum ... -as ... exustorum (24, 8, 2). *al.*

**b** *incorporeae; restant*: **α** *quaelibet*: CIC. Verr. II 2, 136 voluptatum flagitiorumque istius *Verris* ipse *Timarchides* -as colligebat. 5, 39 nisi ... belli -as ... proferes (prov. 19. *al.* BRVT. Cic. ad Brut. 25, 4 SALL. or. Phil. 8. *al.; aliter p. 963, 60. 966, 16. 967, 25sq.*). Sull. 1 in his pristinae fortunae -is miseris (BOETH. cons. 2, 4, 17). dom. 96 *vidi,* si vicissem, tenuis rei publicae -as, si victus essem, nullas futuras (fam. 15, 15, 1. *fort. huc p. 962, 60; sim. de -is regni*: VAL. MAX. 3, 2, 7 imperii. SEN. nat. 3 praef. 9 *deus* extruit alia, alia ... ex fastigio suo nullas habitura -as iactat). Cael. 70 coniurationis (parad. 27. *cf. p. 967, 7*). COLVM. 2, 4, 11 effeta ... humus ... nullas ... virium -as habet. 9, 14, 13 dum adhuc autumni ⌞-ae sunt⌟ (requiescunt *var. l.; nisi ad a, ut fort. etiam* AVG. epist. 55, 13 hibernae -ae). PLIN. nat. 26, 12. QVINT. inst. 8, 5, 1 in usu cotidiano quasdam -as habet, *sc. vis prisca verbi q. e. 'sententia'.* FRONTO p. 123, 7 (*respic. eloquentia*) post Augustum nonnihil -arum iam ... tabescentium Tiberio ... superfuisse. APVL. apol. 25, 7 (*antea p. 963, 41*) illa accusatio *inanis* ... nullis ... -is calumniae permansura. AVG. c. acad. 3, 18, 41 (*meton. de doctrina*) *Antiochi philosophi* -as Tullius noster oppressit. *al.* *de parte numeri, quae relinquitur parte altera subtracta*: FAV. EVL. 10, 7 quamvis *duodecim* alterius versus videatur habere -as (13, 6 duodecim ... secundi v. incipit habere -as). 16, 6 XXVII septenarium continent in -⟨i⟩is ...; -⟨i⟩ae sunt eius in septem.

**β** *condiciones, affectus animi sim.* (*meton. de homine p. 966, 5*): CIC. Sull. 37 si adflicta fortuna, si -ae pristinae dignitatis non tam illustres fuissent *eqs.* (fam. 6, 10, 2). Deiot. 9 resedisse in te simultatis -as. *al.* LIV. 5, 42, 8 -as spei suae intuentes. SEN. dial. 5, 29, 1 si captivus ... -as libertatis tenet. CVRT. 6, 2, 8 tenues -ae pristini moris. VLP. dig. 1, 6, 8 pr. voluntatis -is in furiosis manentibus. PONT. vita Cypr. 12, 9 formidinis. HIER. c. Ioh. 12 (*meton. de Epiphanio*) cum *papam* ... et antiquae -as sanctitatis ... despicias. psalt. sec. Hebr. 75, 11 -is irae, *sc. hominum,* accingeris, *domine* (*aliter* VVLG., *v. p. 968, 4*). *al.* *apud Christ. respiciuntur ea, quae supersunt de malis, peccatis sim.*: HERM. Pal. vis. 3, 2, 2 si ... desideras sedere cum ipsis *sanctis,* -ae tuae satis sunt; munda ergo te a -is tuis (*gr.* τὰ ὑστερήματα ... ὑστερημάτων). AVG. pecc. mer. 2, 8, 10 adhuc dissimiles, *sc. deo,* sumus per -as vetustatis (2, 9, 11. 2, 27, 44 [*opp.* ex primitiis novitatis]). *al.*

**γ** *ea, quae adhuc facienda, explenda sunt* (*pauca certiora*): ① *munera, negotia inchoata sim.*: CIC. Cato 19 (*ad Scipionem min.*) quam palmam *Carthaginis delendae* utinam di ... tibi reservent, ut avi -as, *i. bellum,* persequare! (*cf.* LIV. 9, 29, 3 consule ... -as belli persequente [*sim. al., v. vol. X 1, 1692, 20sq.*]). fam. 6, 8, 2 ut ad -as negotiationis proficiscare (13, 66, 2. *sim.* LENT. Cic. fam. 12, 14, 1 ut -as mei laboris colligerem. 12, 14, 5 meae diligentiae). LIV. 39, 41, 6 L. Postumius praetor ... -as Bacchanalium quaestionis cum cura executus est. VET. LAT. gen. 5, 29 (Hesych. in lev. 23, 39 p. 1096ᴮ) hic requiescere nos faciet ab omnibus operibus nostris et de -is manuum nostrarum (*sec. var. l. gr.* λοιπῶν [*pro* λυπῶν]; *Vulg.* laboribus). Col. 1, 24 (Ambrosiast.) suppleo ⌞-as pressurarum⌟ Christi in carne mea (⌞ ⌟ *gr.* ὑστερήματα, *Vulg.* ea quae desunt passionum). AMM. 17, 2, 1 ad sedes revertens hibernas sudorum -as repperit tales *eqs.* (II) *debitum, tributum solvendum*: NOVELL. Maior. 2 pr. (*antea*: tributorum exactione) aegre solutionis trahit ... -as. INTERPR. novell. Marc. 2 ut ... relaxatae beneficio principis tributorum -ae non quaerantur. CASSIOD. var. 12, 10, 1 rationum publicarum -ae.

**δ** *temporis, vitae spatia sim.* (*sc. posteriora, adhuc peragenda sim.* [*aliter p. 965, 62sq.*]): VAL. MAX. 5, 6 ext. 5 *Aristoteles* supremae vitae -as ... *in* otio vix custodiens (SEN. dial. 10, 3, 5 non pudet te -as v. tibi reservare?). PHAEDR. 3 epil. 15 languentis aevi dum sunt aliquae -ae. SEN. epist. 102, 2 -as aetatis infractae contemnebam. AMBR. hex. 4, 3, 9 ubi occiderit sol, manet tamen adhuc aliquid -arum diei, donec *eqs.* VVLG. Ier. 15, 11 dicit dominus: 'si non -ae tuae in bonum, si non occurri tibi *eqs.*' (*sec. rec. Aquilae, sc.* τὸ ὑπόλειμμα, *vel Symmachi, sc.* ὑπελείφθης. *explicat* HIER. in Ier. 3, 54, 2 noli considerare praesentia, sed futura; -ae enim tuae et novissima erunt in bonum). *respicitur vita aeterna*: AVG. in psalm. 36, serm. 1, 12 noli putare, quia finita ista vita, finitus est homo, quia 'sunt -ae homini pacifico' (*v. p. 968, 15; in explic. eiusdem loci e. g.* PS. AVG. serm. ed. Mai 9, 1 id est ... vives aput deum. *aliter p. 968, 11*).

**2** *animantes, sc. significantur ii, qui e maiore numero supersunt* (*arcuimus exempla ad corpus vel vitam eorum pertinentia, v. p. 962, 73sqq., -as mortuorum p. 964, 43sqq. attulimus; in imag. de -is hominis unius p. 967, 4*); *-ae sunt*: **a** *quilibet* (*sc. homines praeter l. 67. p. 967, 3, eorum sedes e. g. l. 71; cf. p. 963, 75sq.; huc vergit p. 962, 55sq.*): **α** *indicatur multitudo, coetus, gens sim.* (*sc. per gen. passim, per praepos.* de *vel* ex *l. 61. 72sqq.; saepe respic. superstites post cladem, sc. ceteris occisis, aliter e. g. l. 51sq. 67; selecta inde a* LIV.): TER. Ad. 444 (*442* homo antiqua virtute et fide) quam gaudeo, ubi etiam huius generis -as restare video ([DON. *ad loc.* id est paucos ac raros bonos; nam -ae pro relictis paucisque dicuntur]. SEN. nat. 3, 27, 12. AMBR. Noe 5, 11 in diluvio per arcam Noe servatae sunt -ae g. humani). CIC. Pis. 23 *cum* templum ... a coniuratorum -is ... armis teneretur (*cf.* Att. 1, 14, 4 de intermortuis -is coniurationis [LIV. 32, 26, 15]). ad Brut. 10 -as hostium Brutus persequitur (20, 1. LIV. 21, 40, 10 -as extremas hostis, non hostem habetis). *al.* CAES. civ. 3, 21, 4 *Milo* gladiatoriae familiae -as habebat. BELL. Afr. 22, 2 paterni exercitus -is collectis (*item pro obi. verbi q. e.* colligere: Alex. 40, 5 LIV. 25, 22, 2. *al.; ceterum*: LIV. 24, 18, 9 ad Cannensis e. -as. 25, 37, 16. *al.; cf.* BELL. Afr. 93, 3 de tanto exercitu -as esse nullas *eqs.*). SALL. or. Macri 18 exulum. NEP. Them. 5, 1 copiarum (IVST. 19, 3, 9). VERG. Aen. 5, 787 *non* satis est *Iunoni* ... poenam traxe (*i. traxisse*) per omnem -as Troiae; cineres atque ossa peremptae insequitur ([*an ad p. 965, 44?*]. CLAVD. DON. Aen. 1, 30 p. 16, 27 de -is T. Romanum quaesivit imperium. *sim.* AVG. civ. 18, 19 p. 280, 27 -ae Troianorum). LIV. 22, 54, 7 ne has quidem -as superesse civium sociorumque. PLIN. nat. 8, 176 hodie ... -ae stirpium *boum Epiroticorum* durant (*cf. p. 968, 9sqq.*). SVET. Iul. 35, 2 Scipionem ac Iubam -as partium in Africa refoventis devicit *Caesar* (FLOR. epit. 4, 2, 64 huc -as p. naufragarum, *i. victarum,* quidam fugae aestus expulerat; nec -as diceres, sed integrum bellum). FLOR. epit. 3, 5, 27 *Pompeius* rebellis Asiae -as sequens *eqs.* CLAVD. DON. Aen. 2, 660 p. 235, 27 ut de magna urbe nullae -ae supersint. VVLG. Ios. 11, 8 ita percussit omnes, ut nullas dimitteret ex eis -as. Ier. 47, 4 depopulatus est ... Palestinos, -as insulae Cappadociae (*sim. indicatur regio gentis*: 47, 5 conticuit Ascalon et -ae

[*Monaco*]

vallis earum. *cf. e. g. l. 53*). CLAVD. 28, 157 tanta ... ex gente ... -as. IORD. Get. 277 Scirorum -as ... acrius pugnaturos (pugnaturas, -is ... pugnaturis *var. ll.*). PS. VEN. FORT. vita Pat. 12, 36 columbarum tuarum mihi -as teneam. *al.* *in imag. de eo, qui e priore statu minor factus est*: PS. CIC. exil. 8 liceat manere, si non illum M. Tullium, custodem urbis ..., patrem patriae, at certe -as Tulli. **β** *indicatur dux, praeses sim.*: CIC. Pis. 16 illam manum ex intermortuis Catilinae -is concitastis **(***item c. gen.*: ad Brut. 5, 2 exspectatio -arum Antoni. HIST. AVG. quatt. tyr. 5, 3 Firmum *usurpatorem* ... feminei propudii, *i. Zenobiae*, -as colligentem. VVLG. Soph. 1, 4 disperdam de loco hoc -as Baal [HIER. *ad loc.* l. 193 cultores eius e populo]**)**. HIST. AVG. Sept. Sev. 15, 4 Pescennianas -as ... persequebatur. CLAVD. 3, 310 *Rufinus* tradit ... suas hostilibus armis -as. **γ** *indicatur, cuius actione vel qua de causa -ae relinquantur, sc. per gen. subi.* (*nonnulla, e. g. l. 26, simul ad residua vel fragmenta rerum spectant, ut ad p. 963, 47sqq. trahas; selecta inde a* LIV.): VERG. Aen. 1, 30 Troas, -as Danaum atque immitis Achilli arcebat *Iuno* longe Latio **(**[SERV. auct. dupliciter et a Troianis et a Graecis dici possunt]. 1, 598 nos, -as D. [CLAVD. DON. p. 118, 14sqq. -as ter debemus accipere, ut sit -as D., -as terrae, -as maris ...; -as terrae ..., quia ... multos luis contagione perdidit, -as maris, quia *eqs.*]. *cf. p. 963, 52***)**. LIV. 5, 13, 12 populatores ... -as pugnae absumpsere (36, 19, 9. *aliter, sc. de cadaveribus, p. 965, 24*). 22, 56, 2 -as tantae cladis velut ⌊ex naufragio⌋ colligentem ([⌊ ⌋ *cf. p. 963, 54*]. 25, 5, 11. *al.* PANEG. 12, 23, 3). 27, 27, 10 infelicis expeditionis. SEN. suas. 5, 5 *Xerxes* -as victoriae nostrae colliget; illos adducet *eqs.* SIL. 10, 416 super -as belli atque imperdita corpora (FLOR. epit. 4, 8, 1 AVG. civ. 3, 14 p. 115, 34. *al.*; *cf. e. g. p. 965, 55sqq.*). SVET. Cal. 38, 4 -as omnium spectaculorum, *sc. gladiatores*, ... venditavit. *al.* **δ** *cetera exempla*: PLANC. Cic. fam. 10, 11, 2 nullum alium receptum Antonium -asque, quae cum eo essent, habere. BELL. Alex. 42, 4 -is ex fuga collectis. SEN. dial. 6, 20, 4 *Pompeius* vidit ... ex illo proelio *Pharsalico,* in quo prima acies senatus fuit – quam infelices -ae sunt! – ipsum imperatorem superfuisse. 12, 7, 7 *Aenean* profugum ... exiguas -as trahentem necessitas ... in Italiam detulit. CVRT. 4, 5, 4 multas se *Dareum* adhuc -as habere nec semper inter angustias posse deprehendi (*simul ad opes spectare vid., ut ad p. 962, 52sqq. pertineat*). STAT. Theb. 10, 766 captae ... Lernae. FRONTIN. strat. 4, 7, 39. TAC. ann. 1, 61, 2 accisae ... -ae, *sc. legionum Vari.* FLOR. epit. 4, 2, 64 *p. 966, 70.* CYPR. epist. 11, 8 (*in imag.*) *sumus* positi inter plangentium ruinas et timentium -as, inter numerosam languentium stragem et exiguam stantium paucitatem *in persecutionibus.* *al.*

**b** *Iudaei, populus Israhel* (*saepe pars post defectionem vel cladem a deo servanda vel servata [ad rem v. Kreuzer, Neues Bibel-Lex. III, 2001, 348sqq.]; opp. exercitus sim. l. 49*): VET. LAT. gen. 45, 7 (Aug. quaest. hept. 1, 148; *loq. Ioseph*) misit ... me deus ante vos, *fratres,* remanere vestrum -as super terram (*gr.* ὑπολείπεσθαι ... κατάλειμμα, *Vulg.* ut reservemini; *quae seq., v. p. 968, 63*). Is. 10, 22 (Ambrosiast. in Rom. 9, *sim. al. et* VVLG.) si fuerit numerus filiorum Israel sicut arena maris, -ae salvae fient (*gr.* κατάλειμμα. *locus explicatur l. 67sqq.*). Soph. 2, 9 (cod. 176) ⌊⟨resi⟩dui⌋ ex populo meo ... et ⌊-ae⌋ g⟨e⟩ntis meae (⌊ ⌋ *gr. bis* κατάλοιποι, VVLG. *v. l. 55*). I Macc. 3, 35 (recc. L, V) ad extirpandam virtutem Israhel et -as Hierusalem (rec. B -as ex H., *gr.* τὸ κατάλειμμα). TERT. resurr. 22, 4 cum -is Israhelis (*cf.* -ae Israel: HIER. in Is. 13, 49, 5 l. 50G. ad faeces sive -as I. convertendas; hoc enim verbum hebraicum 'nesure' sonat. VVLG. II par. 34, 9. *al.*). HEGES. 2, 1, 2 p. 131, 4 misereri ... -arum Iudaeae (*gr. 2, 90* λείψανα). VVLG. iud. 5, 13 salvatae sunt -ae populi **(**Ier. 41, 10 captivos duxit Ismahel omnes -as p., qui erant *eqs.* Soph. 2, 9 -ae p. mei ... et residui gentis meae [*cf. l. 47*]. *al.***)**. IV reg. 21, 14 -as hereditatis meae (Mich. 7, 18). Is. 10, 21 -ae ... Iacob ad deum *convertentur* (Mich. 5, 7 erunt -ae I. in medio populorum multorum. RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 170, 3. *al.*). Ier. 40, 11 quod dedisset rex Babylonis -as in Iudaeam et quod praeposuisset super eos Godoliam. SVLP. SEV. chron. 2, 15, 4 -is ... servitio nuper exemptis. *al.* *confunduntur, ut vid., voces hebr. q. s.* יֶתֶר *'-ae' et* מֵיתָר *'nervus'*: PSALT. Rom. 20, 13 (*item* HIER. in psalm.) in -is tuis praeparabis vultum illorum (*gr.* περιλοίποις, *Vulg.* reliquis, *Hier. psalt. sec. Hebr.* funes. *explicant* HIER. *ad loc.* '-is' ... ad similitudinem sanctorum, quos tibi ... servasti *eqs.* AVG. *ad loc.* in his, quae relinquis, id est in cupiditatibus regni terreni. *al.*).

**c** *credentes, apostoli sim., sc. apud Christ.* (*saepe in interpr. Is. 10, 22, v. l. 45; cf. l. 65*): VET. LAT. Rom. 11, 5 (Ambrosiast. *al., sim.* VVLG.) -ae per electionem gratiae factae sunt (*gr.* λεῖμμα). HIER. in Mich. 2, 5 l. 322 (*explicat l. 58*) -ae Iacob, quos apostolos intellegimus. AVG. civ. 18, 33 p. 305, 28 hae ... in Christum illius gentis -ae crediderunt. persev. 18, 47 *deus* praescivit ... -as, quas secundum electionem gratiae fuerat ipse facturus. *al.*

**B** *memoria rei, quae iam evanuit* (*fort. huc p. 964, 22*): CIC. div. 2, 128 *animus* incidit in visa varia ... ex -is, ⌊ut ait Aristoteles⌋, inhaerentibus earum rerum, quas vigilans gesserit **(**[⌊ ⌋ *insomn. 461a19* αἱ ὑπόλοιποι κινήσεις αἱ συμβαίνουσαι ἀπὸ τῶν αἰσθημάτων, *sim. 462b22* ὑπόλειμμα]. *cf.* 2, 140 -ae rerum earum ..., de quibus vigilantes ... egimus**)**. PSALT. Rom. 75, 11 (*sim.* VVLG.) -ae cogitationum diem festum agent tibi **(***gr.* ἐγκατάλειμμα. *explicant* AVG. in psalm. 75, 14sq. *confessio* facit in nobis -as c. ...; [15] -ae c. sunt, cum meminimus *eqs.*; ... ex ipsis -is c., id est ex ipsa memoria *eqs.* serm. 220. CASSIOD. *ad loc.* l. 194 sunt ... criminum recordata pernicies. *aliter explicat* HIER. *ad loc.* in -is c. puritas mentis ostenditur**)**. CONC.[S] I 3 vers. Tur. p. 70, 6 (= p. 123, 31. *al.*) sunt ... et nunc -ae tunc factorum mirabilium (*gr. I 1, 2 p. 41, 16* τὰ λείψανα). CASSIOD. in psalm. 36, 38 l. 694 (*ad l. 15*) '-ae' significant memoriam bonorum, quam iustus vir ... post obitum derelinquit.

**C** *is, qui (id, quod) pro hereditate sim. relictus (relictum) est*: **1** *in imag. significatur progenies sim.*: VET. LAT. psalm. 36, 37sq. (cod. 300, *sim. al. et* VVLG.) sunt -ae homini pacifico ...; -ae impiorum interibunt (*gr.* ἐγκατάλειμμα ... κατάλειμματα. *locus explicatur l. 11. p. 966, 41sq.*). VVLG. Iob 18, 19 non erit semen eius neque progenies ... nec ullae -ae. Is. 14, 22 perdam Babylonis nomen et -as et germen et progeniem. *al.* **2** *proprie*: ACT. Archel. 64, 2 anus *mortua* ... ipsi *puero* ... universa sua bona tradidit et cum ceteris -is etiam quattuor illos libellos. FACVND. fid. 39 *ecclesia* statuta devote semper custodivit hactenusque in suis -is ubique propagatis custodit (*si recte intelleximus*).

**II** *usu christ. de -is sanctorum, martyrum, quas Christiani venerantur* (*quae saepe in basilicis, altaribus sim. conditae positaeve sunt, aliter e. g. l. 31*): **A** *significatur cadaver eiusve partibus* (*-ae sanguinis l. 38; cf. usum p. 964, 43sqq. illustratum; quaedam simul spectant ad B*): **1** *apud auctores*: GAVDENT. serm. 17, 1 ut venerandas sanctorum -as haberemus, deus ... tribuit (17, 15 horum martyrum v. -ae. DIONYS. EXIG. praef. 8, 3. *al.*; *cf. l. 47*). HIER. epist. 60, 16, 3 martyrum effossae -ae. 109, 1, 3 honoramus ... -as martyrum (in Gal. 5, 13[b] l. 69. *al.*). PRVD. perist. 11, 14 sexaginta illic defossas mole sub una -as ... hominum. PAVL. NOL. carm. 18, 126 quisque ... propior consistere certat -is corpusque manu contingere gaudet. epist. 32, 17 basiliculam de benedictis ... martyrum ⌊-is⌋ sacri cineres ... ⌊consecrabunt⌋ (*cf.* GREG. TVR. glor. mart. 3, 8 expetens pontificis -as, ut ... locum ... eius -is consecraret. *sim. al. apud eundem*). VICTRIC. 10 l. 2 subicitur oculis cruor et limus: id ... -arum nomine signamus. 12 l. 37 in ipsis corporibus -isque membrorum. AVELL. 2, 26 -ae cruoris eius *Rufiniani* in obsessis corporibus daemonia affligunt. REG. eccl. Carth. l. 75 in quibus *altaribus* nullum corpus aut -ae martyrum conditae probantur. CONC. Epaon. a. 517 p. 30 l. 175 sanctorum -ae (*postea*: sacris cineribus). GREG. M. dial. 1, 10, 2 -ae beati Sebastiani martyris oratorium sunt ingressae (*in dedicatione oratorii ut*: 3, 30, 2. DYNAM. vita Max. 9 l. 208 *cum* ad ... templum ... sacras cum honore maximo -as adveheret). *al.* **2** *in titulis*: CE 906, 2 (*ca. a. 396?*) Ambrosius templum domino ... sacravit nomine apostolico, munere, -is. INSCR. Bulg. Beševliev 42 (*saec. V/VI in.*) hic insunt -ae sanct(i) Thomae apost(oli) et Babylae ep(iscopi). CIL VIII 23921 (*post a. 537*) (h)ic benerandae -(a)e beat(issimorum) mart(y)r(u)m ... d(e)p(o)s(i)t(ae). INSCR. Année Épigr. 1937 n. 148 (*a. 585*) r(e)l(i)q(uia)e s(ancto)r(u)m m(arty)r(u)m *eqs.* *al.*

**B** *significatur res tactu vel usu sancti sacrata* (*de re tactu sancti corporis sacrata l. 55; pauca certiora*): ANON. Vales. 15, 93 quod *miraculum* videntes populi ... coeperunt -as de veste eius *Iohannis papae* tollere. ALC. AVIT. epist. 20 pignus -arum sanctae crucis. GREG. M. dial. 2, 38, 2 non tanta per sua corpora, quanta beneficia per -as ostendant *sancti.* epist. 4, 30 l. 40 quidam Graeci de talibus -is (*i. brandeis tactu sanctorum mortuorum sacratis*) *dubitaverunt.* DYNAM. vita Max. 12 l. 298 ut *populus* maximam partem indumenti sui (*i. Maximi adhuc vivi*) in -arum patrocinia ... rapuisset. *al.*

*deriv.*: reliquiarium. *Monaco.*

**reliquiārium,** -ī *n.* *a* reliquiae. NOT. Tir. 64, 25 -um.

*i. q. reliquiarum summa, sc. collective respiciuntur:* *posteri*: VET. LAT. gen. 45, 7 (Aug. quaest. hept. 1, 148; *Ioseph fratribus*) *deus voluit* remanere vestrum reliquias super terram et enutrire vestrum -um magnum **(**-arum *var. l.*; *gr.* κατάλειψιν, *cod. 100* reliquias, *Vulg. aliter*; *cf.* AVG. *ibid.* non ... consonat, ut ... -um accipiamus Iacob et filios eius, cum omnes sint incolumes [*additur explicatio mystica sec. Rom. 11, 5*]**)**. *hereditas protoplastorum*: AVG. conf. 5, 8, 15 *discessu meo mater* eiulabat atque illis cruciatibus arguebatur in ea -um (-arum *var. l.*) Evae, cum gemitu quaerens quod cum gemitu pepererat (*cf. gen. 3, 16*).

**reliquias** (*nom.*) *v.* reliquiae.

**1. reliquo,** -āvī, -ātum, -āre *et* **reliquor,** -ātus sum, -ārī. *a* reliquus (reliquum). *act. vel pass. non legitur nisi p. 969, 15. 17 et* GLOSS., *depon. l. 75sqq.* GLOSS. -o: λοιπάζω. λοιπογραφῶ.

**1** *notione originaria, sc. technice in re pecuniaria, i. q. reliqui solvendi obnoxium fieri (facere p. 969, 14), reliquum debere*: **a** *depon.*

[Bk.]

-ari: **α** *absolute*: EPIST. imp. Aur. dig. 50, 1, 24 reliquorum usuras ... ab ipso, qui ex administratione honoris -tus est, ... *non* exigi (VLP. dig. 50, 4, 6, 1 qui ex a. rei publicae -antur [-linq- *F*]). VLP. dig. 10, 2, 20, 6 si filius in muneribus publicis ... -tus est. PAVL. dig. 32, 97 legatarius proferebat manu patris familiae -tum *esse* et (se *Mommsen*) tam suo quam colonorum nomine. **β** *indicatur ipsum reliquum: per abl.*: SCAEV. dig. 33, 8, 23 pr. Stichus summas, quibus -tus erat tam ex kalendario quam ex variis causis, reddidit. 40, 7, 40 pr. cum ampla pecunia ... sibi commissa -etur et quasdam summas ... rationibus non intulerit *Stichus*. *per acc. obi.* (*sec. struct. 'posco aliquem aliquid' sim.; cf. l. 15*): SCAEV. dig. 33, 7, 20, 1 *colonus* -tus est amplam summam. 40, 7, 40 pr. ea, quae mala ratione -tus est *Stichus*. PAVL. dig. 26, 7, 46 pr. debitum, quod ex conductione -tus est *colonus*.

**b** *reflexive* se -are: VLP. dig. 34, 3, 9 *heres* non impeditur reliquas exigere, ˪quas˩ quis se -vit (˪ ˩ *cf. l. 10*).

**2** *notione deflexa i. q. aliquid reliquum facere, sc. id non solvere*: APOLLIN. Alc. Avit. epist. 13 repente ... sum ˪-ti faenoris˩ recordatus (˪ ˩ *in imag. de commemoratione sororis defunctae non celebrata*).

*deriv.*: 1. reliquatio, reliquator (-trix).

**2. reliquo**, -ātum, -āre. *a* re- *et* liquare. *stirps perf. act. non legitur.* **[***arcenda vid.* PASS. Call. (BHL 1523) 1 *manus aurea simulacri incendio* eliquata est (-tum est *ed. Mombritii*). Prim. Felician. (BHL 6922) 7 conflari plumbum (-ari p. *ed. Mombritii; cf. l. 40*).**]**

*i. q. liquando resolvere* **(***in statum priorem l. 33. 40sq.; ceterum notione praeverbii minus perspicua, cf.* GLOSS.[L] IV Plac. R 2 -tum: *μεταφορικῶς* dictum, liquatum [*inde* I Ansil. RE 898]**)**: **1** *in sermone med. -antur*: **a** *substantiae remediorum*: ORIBAS. syn. 9, 28, 3 La p. 332 si et papaver simul coquitur cum oleo et cum adipem anserinum ... simul ˪-atur senices˩ **(**[˪ ˩ *i.* -atum inicis; *gr. διατήκων ... ἐγχέοις, Aa* adipe ... remisso]. ALEX. TRALL. 2, 210 [*gr. II 347 τῆξον*]**)**. 9 add. La p. 398 addes, quae -ta[s] sunt (9, 3 add. Aa p. 275). *ibid.* axungia vetus -ta calicem unum. PHILVM. med. 1 p. 109, 10 -ta cetera superfundes. PS. THEOD. PRISC. add. p. 309, 17 in -ta pice (*trad.*, in liquata p. *Rose; cf. l. 42*). **b** *carnes excrescentes*: ORIBAS. eup. 4, 24, 13 La p. 546 *medicamentum* ˪-at et sanat˩ in oculis pterygia (˪ ˩ *gr. ἀποτήκει, Aa* sanat). **c** *partes corporis induratae* (*sc. molliendo*): ORIBAS. eup. 2, 1 *A* 16 Aa p. 432 *vitis alba* splen -at (*gr. 31 τήκει, La non resp.*, resolvit *cod. Stuttgart.*).

**2** *exempla cetera*: PASS. Cyriac. 17 trullum (ollam *var. l.*) in plumbum -ari, *ut in os martyris infundatur* (*aliter cod. Maxim.* plumbum solvi in trullula; *gr. 5 μόλιβδον λυθῆναι. cf. l. 23*). Marcell. pap. (BHL 5234 sq.) 18 *vicarius* iussit picem -ari, et cum -ta fuisset *eqs.* (*ita Acta sanct.*, liquari ... liquata *ed. Mombritii; cf. l. 33*). ISID. orig. 16, 20, 13 aeris flos fit ... conflationibus, resoluto atque -to aere (*Plin. nat. 34, 107* fit aere fuso).

**3. reliquo** *v.* relinquo. **reliquor** *v.* 1. reliquo. *Bk.*

※**reliquus**, -a, -um. **[***subest radix* *leik^w- *'discedere, relinquere'* (*cf. eadem notione ind. vet.* riṇakti, *avest.* irinaxti, *armen.* lk'anem, *gr. λείπω, hibern. vet.* léicid, *lat.* relinquere), *quae in lat. suffixo* -o̯uo- *aucta est, sc.* *re-lik^w-owo- > re-li-cu-us (*ut* perspicere > perspicuus) > re-li-quus (*sec.* reliquī, reliquiae). *cf. Sommer, Laut- u. Formenlehre*[2.3] *132; Walde-Hofmann I 808sq.; Leumann, Gramm. 1977, 303; Rix et al., Lex. der indogerm. Verben, ²2001, 406sq.; de Vaan, Etym. Dict. of Latin, 2008, 344. Mei.***]** *derivatur a* relinquere PRISC. gramm. III 510, 35.

*vocis forma: 1) tetrasyllaba* -cuus **(***cf.* CASSIOD. gramm. VII 158, 15 sq. [*e Papir.*] reliciae [*Keil,* reliqu- *codd.*] et -cui [*Keil,* reli(n)qui *codd.*] per c scribebantur, et sicut -cuus et vacuus, sic -cui et vacui *eqs.; huc pertinere vid.* DON. Ter. Andr. 25, 4 geminata 'u' scribitur**)**: *in inscr. l. 66; in codd. vet. e. g.* TER. *l. 63.* CIC. rep. 2, 39 (*P saec. IV/V; ibid. iterum, sc. ante corr. ut* 2, 43. 51. 64). LIV. 22, 51, 7. *al.* (*P saec. V*[1]). 41, 23, 15. *al.* (*V saec. V*[1]). VET. LAT. I Cor. 7, 29 (cod. 75). *al., ceterum saepe edd. cum codd. rec.; tetrasyll. formam confirmat metrum apud* PLAVT. (*sed* -qu- *cod. A praeter* Cist. 506 relicuomst. Trin. 510. *cf. l. 72*). CAECIL. com. 242 (-qu- *codd. et pars edd.*). TER. (*codd. fere* -qu-, *sed* -cu- *cod. A e. g.* Hec. 570 Phorm. 37). LVCR. (*sc.* rē- *in hexam., v. p. 970, 19; de* -cu- *restit. v. Deufert, Prolegomena, 2017, 231sq.*). PHAEDR. 1, 31, 13 (-qu- *codd. ut* 3, 4, 2. 4, 26, 12). CE 93, 2 (*lapis periit; saec. I/II, iamb.*) ⟨quae *dies*⟩ ... lucem reli⟨cuam praecideret⟩ (*si recte suppl. Bücheler*). ARGVM. Plaut. Pseud. 3 (-qu- *codd.*). *2) trisyllaba* -quus: *in inscr.* LEX Iul. munic. (CIL I² 593) 152 -ei. CIL IX 2845, 6 (*a. 14/1 a. Chr.*). EDICT. Sotid. de curs. publ. (Journ. Rom. Stud. 66, 1976, 107) l. 25 (*aet. Tib. in.*). TAB. cer. Pomp. Camodeca 83, 8 (*a. 51*). *al.; in* PAP. Herc. 1067 (*v. Piano, Cronache Ercol. 47, 2017, 221*) *et codd. vet. e. g.* PLAVT. Cas. 858 (*A, contra metrum ut* Merc. 547, *sed* relliqu- Trin. 14). CIC. rep. 1, 7. *al.* (*P*). LIV. 25, 16, 17. *al.* (*P*). 41, 20, 10. *al.* (*V*). FRONTO p. 113, 26. *al.* (*A saec. V*[2]). GAIVS inst. 2, 174. *al.* (*V*). *al., nota abbrev. p. 970, 15, ceterum saepe edd. cum codd. rec.; trisyll. metiuntur poetae in hexam. inde a* MANIL. 2, 734 (*secl. Bentley*), PERS. -cus: *in inscr.* CIL VIII 2728, 9 (*fere a. 153*); *in codd. vet.* CIC. Verr. II 3, 176 (*V saec. IV*). Flacc. frg. Mediol. (*M saec. V*). Mil. 36 (*P saec. V*). fam. 6, 9, 2 (*T saec. VI*). LIV. 21, 56, 8. *al.* (*P*). 44, 6, 16. *al.* (*V*). SCHOL. Cic. Bob. p. 77, 5. *al.* (*C saec. V*), *ceterum saepius edd. cum codd. rec.* -qus: *in inscr.* CIL VI 9626. VIII 1039 (*saec. I*[2]); *in codd. vet.* LIV. 22, 55, 5 (*P ut* 22, 59, 4). FRONTO p. 194, 11 (*A, at* p. 203, 6 -quum). VET. LAT. Luc. 9, 17 (cod. 2), *ceterum rarius edd. cum codd. rec.*

*redditur pronuntiationis barbarismus q. d.* (*cf. p. 902, 50sq. 962, 6sqq.*): leri- *testantur* VICTORIN. gramm. frg. p. 36, 20 inperiti dicunt leriqui pro -qui (reilqui *codd. et edd.*). CHAR. gramm. p. 350, 15 (*e Cominiano*) ˪lericum˩ pro eo, quod est -cum (˪ ˩ *Schopf, Die konsonantischen Fernwirkungen, 1919, 179,* reilcum *edd. c. codd.*). CONSENT. gramm. p. 12, 10 plerum pro prelum, ˪leriquum˩ pro -quum (˪ ˩ reilqu- *var. l. praefert Keil*). *abbrev. v. p. 972, 73 et* reliq: CHART. lat. ant. X 428, 7 (*saec. I² a. Chr.*). CIL IV 141, 28. 3340. 3529 TAB. Vindol. III 582 b 5. *al.*; rel: TAB. Vindol. III 586 (*v. p. 982, 8*) *et fort.* 728, 3 (*loco laeso*). CHART. lat. ant. VII 349, 10 (*ca. a. 240*); *in codd. v. p. 973, 13, ceterum suppleas fort.* ⟨rl⟩q PORPH. Hor. epist. 1, 18, 16. NOT. Tir. 64, 23 -um. rē- *producitur* LVCR. 1, 560. 2, 955. 3, 648. 4, 976 (*v. Deufert, Prolegomena, 2017, 228sq.*). *de notione et differentia*: CHAR. gramm. p. 460, 24 ˪-a˩: *λείψανον* (˪ ˩ '-⟨i⟩a?' *Goetz in indice ad* GLOSS. II 546, 17; *cf. p. 962, 28*). SYNON. Cic. p. 442, 9 remansit. resedit. superavit. residuum erat. -um fuit. DIFF. ed. Uhlfelder 63 -os dicimus relictos ex omnibus, ceteros quos nescimus ˪vel residuos˩ (*in parte codd. item vel sim. e. g.* DIFF. ed. Beck p. 81, 9 gramm. suppl. 282, 1. *ceterum* GLOSS. II 362, 34 *λοιπή*: c., -a. 37. 40 *λοιπός*: c., -us. *cf. p. 990, 25*). GLOSS. II 466, 52 *ὑπόλοιπον*: -um, residuum (GLOSS.[L] II Abav. RE 107 residua: -a. *adde l. 23. 25. 30sqq.*). GLOSS.[L] I Ansil. RE 849 sqq. (cod. Paris.) -um: novissimum. ultimum. extremum. postremum. residuum. 854 sqq. -um est: superest. paret. extat. manet. superat. remanet. restat. residuum est. 862 sqq. -us fuit: remansit. superabit (*i.* -vit). superfuit. residuus (-dui *cod.*) fuit. *v. etiam p. 961, 19. 20 et cf. infra p. 972, 67. 978, 67. 979, 4.* *legitur in versibus apud* PLAVT., CAECIL. (*v. p. 983, 70*), TER., VARRONEM (*v. p. 973, 14*), PVBLIL. (*v. p. 972, 32*), LVCR. (*v. l. 20*), MANIL. (*v. p. 987, 2*), PHAEDR., PERS., SIL. *al., in prosa orat. inde a* CATONE, GRACCHO, LEGE repetund., RHET. Her.; *usu praedic. et neutr. pro subst. (sing. vel plur.) inde a* PLAVTO, *attributive inde a* TER., *pro subst. masc. inde a* CIC. **[***confunditur in codd. c.* reliquia(e), *v. p. 962, 39sqq. (falso tradi vid.* CHIRON 763 *p. 965, 40), p. p. p.* relictus *e. g.* CIC. Verr. II 5, 91 de orat. 2, 150 fam. 4, 14, 1 CAES. Gall. 5, 52, 2 LIV. 26, 32, 6 (*falso tradi vid.* SALL. or. Macri 1 [*V,* relictum *vulgo sec. app. Kurfess*]), relinquere *e. g.* CIC. ad Brut. 20, 2 LIV. 40, 12, 5 SEN. contr. 1, 7, 8 COLVM. 4, 22, 4 (*restit.* CIC. Balb. 17 VARRO ling. 10, 17. LIV. 22, 40, 8 reliqu⟨i⟩ erat [*sim.* 23, 29, 16]), *v. etiam p. 932, 68sq.*, aliqua *e. g.* CIC. Att. 6, 4, 1 SEN. nat. 1, 5, 7 (*in falsa var. l.* LIV. perioch. 105, 5), ceteri CAES. Gall. 3, 8, 1; *traditur loco spurio* OV. ars 1, 331ª, *fort. etiam* MANIL. 2, 734 (*v. p. 987, 2*).**]**

*fere i. q. qui vel quod relinquitur, restat, superest sim.* (*de notione partitiva usibusque peculiaribus v. p. 991, 30sqq.*).

*exempla sic digerenda esse putavimus*:

**I** *respectu effectus relinquendi sim. adhuc vigente*:

**A** *-um est, quod praesto restat aliquanto ablato, amisso sim., aut quod excedit mensuram rectam sim.*:

**1** *de rebus*: **a** *usu communi de eo, quod restat ut pars pleni cuiusdam: p. 971, 23* (*respic. possessio, pecunia sim. p. 971, 26, locus, spatium p. 972, 61, quaelibet corp. p. 973, 11, incorp. p. 973, 70*). **b** *usu peculiari de eo, quod restat aliquo loco vel statu: p. 975, 46.*

**2** *de animantibus: p. 975, 66* (*qui varia ratione ex multis, coetu supersunt sim. p. 975, 73, qui prognati sunt p. 977, 48; in elenchis milit. p. 977, 53; de Iudaeis p. 977, 72; conspectus locut. p. 978, 15*).

**B** *-um est, quod restat faciendum, tractandum, exhibendum sim.*: **1** *qualibet actione: p. 978, 46* (-um est *c. variis subi. p. 978, 72*). **2** *dicendo, scribendo, considerando sim.: p. 980, 26* (-um est *c. variis indic. argumenti p. 981, 1, actionis dicendi p. 981, 37*). **3** *reddendo, solvendo pecuniam sim. debitam: p. 981, 53* (*conspectus locut. p. 982, 75*).

**C** *-um est tempus vel quidlibet futurum, posterius, consequens*: **1** *praedic.: p. 983, 61* (quod -um est *p. 983, 61*). **2** *attrib., sc. de spatio temporali p. 984, 14, de quibuslibet p. 984, 59.* **3** *neutr. pro subst.: p. 985, 14* (*sing. in locut. notabilioribus p. 985, 40*). **4** *masc. plur. pro subst.: p. 986, 30.*

**II** *respectu effectus relinquendi sim. evanido*:

*[Spoth]*

**A** *exempla usum et contextus illustrantia*:
**1** *attrib., sc. notione non partit. p. 986, 51, partit. p. 987, 46.*
**2** *pro subst.*: **a** *neutr. sing. p. 988, 3, plur. p. 988, 49 (praeciduntur verba nota per* et *-a p. 989, 41).* **b** *masc. vel fem. plur.: p. 989, 56.*
**B** *de ratione intercedente inter voces q. s.* -i *et*: **1** alii: *p. 990, 5.* **2** ceteri: *p. 990, 25.*
***appendix*** *ad syntaxin et usus notabiliores spectans: p. 990, 38 (gen. partit.* -i *praedic. iuxta* esse, facere, habere *p. 991, 7; usus attrib. p. 991, 30).*

**I** *respectu effectus relinquendi, subtrahendi, minuendi, pereundi adhuc vigente*: **A** *-um est, quod praesto restat aliquanto ablato, amisso, separato sim.* **(***de eo, quod restat ad plenum quoddam efficiendum e. g. p. 972, 69. 973, 44. 48. 974, 10. 976, 33sqq. [cf. p. 978, 44], quod visui non iam aut adhuc non perceptibile est e. g. p. 973, 21. 32. 976, 39***)***, aut quod excedit mensuram rectam, utilem sim. (rarius, sc. l. 39. p. 973, 16. 30. 976, 14 [cf. p. 983, 57]).* *in graecis respondent imprimis λοιπός et eius compos., ceterum eiusdem stirpis participia et nomina, e. g.* τὰ ὑπολειφθέντα VET. LAT. gen. 30, 36 (cod. 100), τὸ λειπόμενον BOETH. top. Arist. 118b19, *οἱ περιλειπόμενοι p. 977, 10, τὰ λείποντα p. 978, 68, τὸ κατάλειμμα p. 977, 49; praeterea nota ἄλλος p. 973, 43, τὸ περισσεῦσαν p. 973, 59, τὸ πλεονάζον l. 40, οἱ συμμείναντες p. 978, 40; v. etiam sub II p. 986, 45sqq.*

**1** *de rebus*: **a** *usu communi, sc. de eo, quod restat ut pars pleni cuiusdam* **(***quod plerumque intellegitur e notione partit. [de qua v. p. 991, 30]; indicatur per gen. partit. vel praepos. e. g. l. 55. 59. p. 973, 64. 974, 46***)***; respiciuntur*: **α** *possessio, pecunia, merces sim. (saepe in calculatione apud iuris consultos, nota l. 70sqq. p. 972, 12sqq. et cf. p. 981, 53sqq.); adhibetur*: ① *praedic. iuxta verba*: esse: PLAVT. Cist. 506 quod dedi, datum non vellem; quod -omst, non dabo (*cf. Otto, Sprichw. n. 499*). Truc. 15 *haec meretrix* numquam ab amatore postulat, id quod datumst, sed ⌊-om⌋ dat operam ne sit -om (⌊ ⌋ *v. l. 65*; -am *codd.*). CATO agr. 2, 6 (*antea p. 981, 64 [quod fort. huc trahas]; parte vini vel olei iam vendita*) -a quae sint, uti compareant. CIC. S. Rosc. 108 cur tria praedia ... statim Capitoni dantur? cur, quae -a sunt, iste ... possidet? Verr. 3, 116 deductis tritici ⟨milia⟩ mod⟨iis⟩ *tot* ... -a sunt tritici ⟨milia⟩ *tot.* PERS. 6, 68 pone paterna, fenoris accedat merces, hinc exime sumptus, quid -um est? :: -um? IAVOL. dig. 24, 3, 66, 5. IVLIAN. dig. 40, 7, 13, 2 nisi id, quod computatione rationum habita -um fuerit, aut uterque aut alter totum solverit. VET. LAT. I Macc. 10, 41 (rec. V) omne, quod -um fuit, quod non reddiderant, qui super negotia erant (*gr.* τὸ πλεονάζον, *rec. L* quod [h]abundat, *B* superfluum). *al.* facere (superfieri *l. 42*): PLAVT. Trin. 510 is *ager* de divitiis meis solus superfit ... -ŏs. CIC. Verr. II 1, 36 (*antea*: accepi ... *tot* nummos; dedi ... *tot* nummos; reliqui Arimini HS sescenta milia) quae *HS sescenta milia* se Arimini scribit reliquisse, quae ... -a facta sunt. 3, 128 quibus aratrum saltem aliquod ... Apronius -um fecit. *al.* LIV. 26, 47, 1 sua omnia, quae -a eis bellum fecerat. habere: SALL. or. Lep. 11 populus Romanus ... ne servilia quidem alimenta -a habet. CHART. lat. ant. XLII 1221, 23 (*ca. a. 115*) *me* habe⟨re⟩ ex denar⟨i⟩is centum ⟨denarios⟩ XXXV -os.

(II) *neutr. pro subst.*: Ⓐ *sing.*: ① *gen. partit.* -i *ponitur praedic. iuxta verba* (*nisi pendet e pron. neutr.*): esse: PLAVT. Trin. 14 (*13* rem paternam ... perdidit) ei, qui me *Luxuriam* aleret, nil video esse -i (CAES. Gall. 1, 11, 5 LIV. 28, 41, 12 IVST. 38, 10, 6). CIC. Verr. II 3, 121 quibus aliquid ... -i fuerit ex magno patrimonio. 3, 198. Phil. 2, 73 ut doleremus quicquam esse ex illis *rebus Pompei* -i[s], quod videre possemus (LIV. 22, 40, 8). habere: CIC. S. Rosc. 147 nec quicquam iam habere -i *eum* vides, quod ei detrahere possis. LIV. 26, 35, 5. facere, fieri (*accedit dat. personae praeter l. 62*): CIC. Verr. II 3, 88 impositis ita magnis decumis, ut ipsis -i nihil fieret **(**3, 115 quibus n. ... de bonis ... suis -i fecit. *al.* SALL. Catil. 11, 7 milites ... n. -i victis fecere [*cf.* 52, 4 n. fit -i victis]. 28, 4 quibus *latronibus* ... luxuria ex magnis rapinis n. -i fecerat. *al.***)**. 3, 198 quantum -i scribae (*nom.*) fecerant. ALF. dig. 15, 3, 16 si quid deducto eo, quod servus domino debuisset, -um fieret. relinquere: LACT. mort. pers. 37, 3 si quid -i vel Diocles vel Maximianus reliquerant, hic *Maximinus* abrasit. ② *cetera exempla*: PLAVT. Truc. 15 *l. 31.* LEX repetund. (CIL I² 583) 64 quaestor eam pequniam eis ... solvito; ⌊⟨-om⟩⌋ in aerario siet (⌊ ⌋ *Mommsen,* pequnia *Lintott*). CIC. Verr. II 3, 103 agros decumanos ... populo Romano ex parte decuma, C. Verri ex omni -o vectigalīs fuisse. 3, 200 quid his rebus, *sc. oneribus,* detractis possit ad dominos puri ac -i pervenire **(***sc. de eo, quod efficitur, superest expenso et accepto computato, cf.* off. 1, 59 [*in imag.*] ut boni ratiocinatores officiorum esse possimus et addendo deducendoque videre, quae -i summa fiat, ex quo quantum cuique debeatur intellegas. POMPON. dig. 40, 7, 5 pr. rationem reddere iussus -um, quod apparet, solvit. *v. etiam l. 38. 63. p. 972, 13sqq.***)**. LIV. 45, 43, 10 -um ... praedae ... *tot* lembi erant. LABEO dig. 19, 2, 60, 4 (*antea: ad villam aedificandam* data ... tibi erant centum, ex quibus cum partem impendisses, vetui te opus facere) ut pecuniae mihi -um restituas. TAC. ann. 16, 11, 1 *monebant* magna ex parte heredem Caesarem nuncupare atque ita nepotibus de -o consulere. PLIN. epist. 10, 75, 2 *ut ex hereditate* praeceptis quinquaginta milibus nummum -um omne ... *his* civitatibus redderem. IAVOL. dig. 24, 3, 66, 5 -um ex priore dote. *al.*

Ⓑ *plur.*: CIC. S. Rosc. 23 multa *bona* palam ... auferebat, plura clam ... removebat ...; -a constituta auctione vendebat (Verr. II 1, 91 LIV. 3, 10, 1). APVL. met. 10, 14, 4 (*antea*: te partes electiores surripere) de -is aequam vindicare divisionem (*an subaudias* partibus*?*). MARCELL. dig. 34, 9, 6 (*de pecunia*) ex centum ... *heres* legatariis ... dabit septuaginta quinque; -a ... ad fiscum venient. *al.* *de expenso sim. et accepto sim. computando eorumve summa, ratione* (*cf. p. 971, 70sqq.*): CIC. Att. 15, 15, 3 cum ex -is, quae *Eros Attici servus tum* ... fecit, abundare debeam, cogor mutuari (SCAEV. dig. 21, 2, 69, 4 rationes reddere iussus intellegitur summam pecuniae, quae ex -is colligitur, iussus dare. *adde l. 20*). 15, 20, 4 (*antea*: rationes Erotis) -a diligentius ex hoc ipso exquiram. 16, 3, 5 me angit ratio -orum meorum *eqs.* (*cf. l. 43sqq. et* rationum -a: SCAEV. dig. 33, 8, 23, 3 -a r. quasi legata *servis.* VLP. dig. 15, 1, 9, 6 sive ... ex contractu quid domino debeat sive ex r. -is *servus*). 16, 6, 3 nomina mea ... exsolve; bella -a reliqui, sed opus est diligentia ... *quibusdam* persolutum ut sit. PAPIN. dig. 40, 7, 34, 1 acceptis rationibus et -is computatis.

(III) *attrib.*: Ⓐ *qualibet in re* (*fort. huc pertinet locus contextu carens* CIL IV 8852 -am sum⟨m⟩a⟨m⟩): CIC. S. Rosc. 21 tria praedia ... Capitoni ... traduntur ...; in -as omnis fortunas ... impetum facit *T. Roscius* (p. red. ad Quir. 3 [*opp.* incolumes]. *al.*). Verr. II 4, 48 sigillis *patellae* avulsis -um argentum ... reddidit (VVLG. I Esdr. 7, 18). Tusc. 2, 32 si quid de Corinthiis tuis amiseris, posse habere te -am supellectilem salvam *scis.* LENT. Cic. fam. 12, 15, 1 (*antea*: correptis vectigalibus *Asiae provinciae a Dolabella*) ad meum officium revertendum mihi esse existimavi, ut ... -a vectigalia exigerem (12, 15, 6). PVBLIL. sent. F 1 fidem qui perdit, ⌊quo rem servat -am⌋? (quo se servet -o *vel* -um *trad.*). LIV. 44, 27, 9 pecuniam. VITR. 2, 8, 8 (*aestimatur pretium parietum; antea*: pretia ... annorum singulorum deducunt octogesimas) ex -a summa parte reddi *volunt* **(**LABEO dig. 33, 8, 22, 1 [*respic. hereditas*] partem quartam libertae, -am p. quartam liberti futuram. SVET. Aug. 101, 2 *heredes instituit* secundos Drusum ... ex triente, ex p. -is Germanicum liberosque eius. GAIVS inst. 2, 254 hereditatis. 4, 122 si quis partem rei petierit et ... *postea* -am p. petat. APVL. apol. 91, 8 *ut* dividua p. dotis posteriori filio, -a prioribus cederet. *al.***)**. COLVM. 3, 3, 13 ut cultoris neglegentia sex milia seminum intereant, -a tamen decem milia ... *tot* milibus nummorum ... cum lucro redemptor emet. 4, 3, 6 (*antea: fundi* partem tertiam) in dimidia parte -i agri. QVINT. decl. 320 them. bonorum. *al.* *iunctura* -a ratio (*i. summa accepti et expensi effecta, cf. l. 12. p. 971, 72sqq.; subst. subaudiendum vid. l. 47. 49, ita ut vix cogites de fem. pro subst. ut p. 982, 61*): SCAEV. dig. 34, 3, 31, 1 'rationes ab eo exigi veto': quaeritur, an chartas, in quibus rationes conscriptae sunt, item -as secundum accepta et expensa ... reddere debeat. VLP. dig. 34, 3, 9 si quis rationes exigere vetetur ..., non impeditur -as exigere, quas quis se reliquavit. PAVL. dig. 40, 4, 53 curatoribus ... adulescentis -am r. ... exsolutam videri. Ⓑ *in computatione post nummos re vera expensos* (*exempla certiora*): LIV. 10, 46, 14 aeris gravis tulit in aerarium ... *tot* milia; -o aere aedem *deae* ... faciendam locavit. CHART. lat. ant. I 7 (*a. 81/90*) I$^a$ 21 accepit stip⟨endi⟩ *drachmas tot* ..., ⟨e⟩x eis f⟨a⟩enaria ..., ex⟨p⟩ensas dr⟨achmas⟩ *tot* ..., -as deposuit dr⟨achmas⟩ *tot eqs.* (*al. ibid.*). TAB. Vindol. III 582 a ii 3 ex eis *pullis* ... consumpti n⟨umero⟩ X ⟨...⟩ -i penes *aliquem.* IVLIAN. dig. 35, 1, 23 *ex decem* -a quinque numeravit. CHART. lat. ant. X 410 (*a. 193/6*) A ii 5 ex eo *stipendio* col⟨la⟩tio ⟨denarios⟩ *tot,* ... -os ⟨tuli⟩t ⟨denarios⟩ *tot* (*ibid. 12. al. in eadem pap.*). INST. Iust. 4, 7, 4$^b$ si ex decem ... aureis ... quinque aureos solverit, -os vero quinque ... consumpserit. *al.*

**β** *locus liber, spatium vacuum sim.* (*quaedam ad II vergere concedimus*): CIC. de orat. 2, 150 inter ingenium ... et diligentiam perpaulum loci -um est arti (*in imag. ut* BOETH. cons. 5, 1, 8 quis ... cohercente in ordinem cuncta deo locus esse ullus temeritati -us potest? *cf. p. 974, 47*). VARRO rust. 3, 16, 10 *quosdam* circum villam ... hortum habuisse ac -um thymo ... opsevisse. VAL. MAX. 7, 3, 4 (*antea*: aliquantum ... vacui agri relictum est) quicquid -i soli fuit. COLVM. 2, 2, 12 *lapidibis collectis* partes agri sunt occupandae, ut -ae emundentur (12, 55, 4 cum *frusta carnis et salem immittendo* ad fauces seriae perventum est, sale -a p. repletur). PLIN. nat. 2, 143 *secundum divisionem Tuscorum caeli pars* quarta optinet, quod est -um ab occasu *aequinoctiali* ad septentrionem. INSCR. Piganiol, Docum. cadastr. 1962 p. 129 n. 47 (*Arausione; a. 77*) militibus ex tr⟨ibutario⟩ iugera C, rel⟨i⟩q⟨ua⟩ colon⟨iae⟩ C (*al. in isdem cadastr.; per abbrev.* reliq *e. g.* p. 113 n. 9, rel *e. g.* p. 104 n. 4, r *e. g.* p. 108 n. 7). FRONTIN. aq. 7, 8 (*de aqua Marcia*) ⟨ex⟩ eo *opere supra terram* longius ab urbe ... opere arcuato pas-

*[Spoth]*

suum *tot* ..., propius urbem ... substructione passuum *tot* ..., ⌞-o (-a *var. l.*) opere arcuato⌟ passuum *tot* (⌞ ⌟ *abl. absol., cf. in re simili 9, 3* relicto o. a.). TAC. hist. 3, 60, 2 nec plus e toto terrarum orbe -um est Vitellio, quam quod inter Tarracinam Narniamque iaceat (*cf.* ann. 15, 13, 3 *Parthorum regem* totis regni viribus advenisse; at Romanis ⌞orbem terrarum⌟ -um, quo bellum iuvarent [⌞ ⌟ *sc. copias inde ortas*]). ann. 12, 56, 2 (*antea*: cincto ratibus ambitu) -a lacus *Fucini* ... tectis navibus obtinebant. VET. LAT. Sirach 44, 18 dimissum est -um terrae, cum factum est diluvium (*gr. 17 ἐγένετο κατάλειμμα τῇ γῇ*). DICT. 2, 41 bipertito campo, qui -us non pugnae opportunus erat, utraque pars aratui insistere *eqs. al.*

γ *quaelibet res*: Ⓘ *corporeae*: Ⓐ *adi.* (*adhibetur attrib. aut praedic.; exempla selecta inde a* CIC.): CATO agr. 135, 4 *funis tortus erit* longus p(edes) XLVIIII, in commissura abibit p(edes) III, rel(iquus) erit p(edes) XLVI. VARRO Men. 267 cum corrigia disruptast, enatare cum ⌞-a⌟ (*sc. corrigia*; ⌞ ⌟ *si recte restit. Bücheler, v. app. crit.*). rust. 1, 31, 2 *pampinando coles tot* relinquere, -os decerpere, ne *eqs.* 1, 54, 2 ut, siquid -i habeant musti *scopi uvarum,* exprimatur (*distingue p. 975, 52*). 3, 9, 13 si *pullis subductis gallinae* -a sint ova pauciora. 3, 16, 34 *v. p. 952, 30.* LVCR. 3, 648 *membro absciso miles* corpore -o pugnam ... petessit (PLIN. nat. 30, 74 capite, pedibus, interaneis ademptis -um c. *stelionis. et saepissime, maxime notione partit., e. g.* HYG. astr. 4, 12, 8 [*antea*: exoritur ... genu et sura *sideris*] -um autem c.). 4, 976 -as ... esse vias in mente patentis. CIC. Tusc. 1, 96 cum ... venenum ... obduxisset, -um ... e poculo eiecit. Att. 9, 19, 2 nihil nobis nisi ... spiritum -um esse (CAES. civ. 2, 15, 1 unde agger ... comportari posset, n. erat -um omnibus arboribus ... excisis. LIV. 43, 7, 7 sibi, *sc. claudo,* n. vivi -um *esse* praeterquam linguam ad *deplorandum*). CAES. Gall. 4, 32, 4 omni ⌞ex -is partibus⌟ (*ad p. 986, 72*) demesso frumento pars una erat -a ([*an ad p. 978, 47 sqq.?*]. civ. 2, 11, 4 pars eius turris concidit, p. -a consequens procumbebat. VITR. 1, 5, 4. COLVM. arb. 5, 2 tres sequentes *gemmas* relinquas, -am p. virgae amputes. *al., e. g.* PANEG. 2, 36, 2 *milites* mutilis ... membris -a sui p. fugiebant. MART. CAP. 8, 843 *occidit* Centauri p. -a). BELL. Afr. 2, 5 *naves* onerariae -ae praeter paucas vento dispersae ... diversa loca petierunt. LIV. 8, 24, 16 quod membrorum -um fuit *post lacerationem* (COLVM. 12, 35 *haec* decoque usque ad quartas: -um q. erit *eqs.* QVINT. inst. 7, 2, 17. *al.; cf. p. 975, 52*). TAB. cer. Pomp. Camodeca 83, 8 (= 84, 8; *a. 51*) purpuras laconicas -as *pignori datas* (*sc. aliquot iam venditis*). COLVM. 3, 18, 4 ea pars, quae duplicatur, tres gemmas vel quattuor optinet et -i duo vel tres fructuarii oculi penitus in terram deprimuntur *eqs.* PLIN. nat. 4, 62 *Ceos* quattuor fere partibus ... mari devoratis oppida habet ⌞-a⌟ Iulida, Carthaeam; intercidere Coresus, Poeeessa (⌞ ⌟ *neutr. plur.; an fem. sing. notionis partit.? vix suppleas* pars). AVIEN. Arat. 1242 manum Aurigae -am *deprimit Capricornus* (*gr. 683 ἄλλην χεῖρα*). VVLG. Is. 40, 26 *deus* educit ... militiam *caelestium* ... et omnes ex nomine vocat; ... neque unum -um fuit. FAV. EVL. 26, 8 si tibiam ... sumas et octava eius portione deducta cavernam imprimas, tonus auditur; si sextam decimam ex -a *tibia* metiaris, hemitonium consequitur. MART. CAP. 4, 401 in primo angulo *quadrati* ... scribatur *id* ... et in alio *id* ...; infra ad primum angulum *id* ..., ad angulum -um *id. al.*

Ⓑ *neutr. pro subst.*: ① *sing.*: *gen. partit.* -i *ponitur praedic. iuxta verba* esse, facere (*nisi pendet e pron. neutr.*): CIC. fin. 2, 101 cum *post mortem* -i nihil sit ..., quod pertineat ad nos (CAES. civ. 1, 48, 5 *Afranius* paene omne frumentum ... convexerat; -i siquid fuerat, Caesar ... consumpserat [*nisi suppl.* frumenti]). LIV. 7, 35, 8 cum praeter arma et animos armorum memores nihil vobis fortuna -i fecerit (*adde p. 991, 16*). *cetera exempla*: VAL. MAX. 1, 6, 5 *partem carnis* diripuerunt aves, -um humi ... iacuit. COLVM. 2, 10, 3 -um, quod semini⟨s⟩ superest, ... reponas. 12, 54, 2. PLIN. nat. 24, 185 *medicus aliquid aegris dedit,* ut tertias partes biberent, dein ... dimidium ex relicto iterum dedit, mox ... -um. *al.* VET. LAT. Luc. 9, 17 (cod. 2) sublatum est -um fracturarum (*gr. τὸ περισσεῦσαν, cod. 3. al. et Vulg.* quod superfuit). *al.* ② *plur.*: CIC. nat. deor. 2, 137 ab eo cibo, *sc. ab iecore dilapso,* cum est secreta bilis ..., -a se in sanguinem vertunt. SALL. hist. frg. 1, 88 *facie mutilata et oculo effosso tribunus non* illis anxius, quia -a gloriosius retinebat. 3, 87 parte consumpta -a cadaverum *humanorum* ad diuturnitatem usus sallerent (*v. Funari, comm. 1996, 607*). *al.* *de toto cadavere* (*aliter l. 64*): CIL VIII 3582, 6 (*Lambaesi, ut l. 68*) domum ..., ubi -a corporis sui sint, se vivo instituit (*gen. explic. ut*: AVR. VICT. Caes. 21, 6 *Caracalla* moritur; c. -a ... relata Romam *eqs.*). 4167, 2 -a ⌞L. Vmbri Felicis⌟ hic posita sunt (⌞ ⌟ *gen. poss. ut*: CE 1366, 5 [*a. 512*] hi⟨c patr⟩is -a gener ac pia filia condunt).

(II) *incorporeae*: Ⓐ *quaelibet* (*saepe de actione salutifera, auxilio, solacio sim., sc. de eo, quod restat aliis actionibus, rationibus sim. omnibus perditis, exclusis [cf. p. 976, 25 sqq.; distingue usum p. 978, 43 sqq. illustratum]; saepe accedit dat. personae; saepius in interrog. rhet., praecipue p. 974, 23 sqq.; ad quem finem, indicatur p. 974, 6. 47. 975, 12*); *adhibetur*: ① *praedic. iuxta verba*: ⓐ esse (*suppl. e. g. p. 974, 34; addidimus* restare *l. 2,* superesse *l. 14. 18*): ⓐ *subi. est subst.* (*exempla pauca selecta post* CIC.): TER. Hec. 587 *ne* causa ulla restet -a, quin tua Philumena ad te redeat. CIC. S. Rosc. 150 unum perfugium. Verr. II 4, 112 quae deprecatio est ... ei -a, qui *eqs.*? leg. agr. 2, 52 cum *Mithridate victo* ... in locis ... illis etiam nunc belli nomen -um sit. Mil. 99 nec ..., si mihi eriperis, -a est illa saltem ad consolandum querela, ut *eqs.* de orat. 2, 252 detractis ... tot rebus ex hoc ... loco facetiae -ae sunt, quae aut in re ... positae videntur esse, aut in verbo. Tusc. 1, 96 quo *itinere mortis* confecto nulla -a cura ... futura sit. div. 1, 31 cum *quidam* ... in quattuor partes vineam divisisset trisque partis aves abdixissent, quarta parte, quae erat -a, in regiones distributa ... uvam *immensam* ... invenit. fam. 4, 14, 1 ne vestigium quidem ullum est -um nobis dignitatis (LIV. 28, 43, 15 v. belli nullum). COLVM. 2, 12, 9 (*consummantur operarum tempora*) sic in asse fiunt octo menses et dies *tot* ...; supersunt tamen de anno tres -i menses et dies *tot* ..., quos absumamus *eqs.* QVINT. inst. 7, 2, 12 videtur utique *non nisi* alterum verum: everso, quo defendimur, -um est, quo premimur (*in logica, cf. l. 36 sq. 56*). HYG. mun. castr. 1 efficitur striga pedum LX, -i pedes XII *sunt,* qui ... sufficient (32 ut deducto *eo* ... -i DC p. supersint. *al.*). BOETH. arithm. 1, 18, 4 l. 26 quos, *sc. II,* si detraho novenario, -i sunt VII (*antea*: relinquentur; relicti sunt; *postea*: supersunt). *al.* (β) *locut.* -um est, *cuius subi. est struct. verb.* (*enunt. secund. cum* ut *l. 24 [praeparatum per pron. neutr. l. 26, cf. e. g. l. 43. p. 975, 6. 15], inf. l. 39. 41 [cf. p. 975, 14], or. recta l. 38*) *aut pron. neutr.*: CIC. Q. Rosc. 13 adnumerasse sese negat, expensum tulisse non dicit ...; -um est, ut *adversarius* stipulatum se esse dicat *eqs.* (45 Phil. 12, 28. *al.* QVINT. inst. 5, 7, 19 decl. 307, 2). Verr. II 3, 176 quid igitur est -um, nisi uti fateare *eqs.*? (SALL. Iug. 31, 26. TAC. ann. 5, 4, 4 q. -um, n. ut caperent ferrum *eqs.*? *cf. p. 975, 11. 15. 37 et* SALL. Iug. 24, 8 q. est -om n. vis vostra, quo moveri possit *Iugurtha*? *aliter*: AVSON. 25, 13 [347 S.], 15 tertia defuerit si portio, q. -um? – bes). Phil. 13, 49 optatissimum est vincere; secundum est ... pro ... libertate patriae *omnia pati* ...; quod -um est, non est tertium, sed postremum omnium, ... turpitudinem suscipere vitae cupiditate (LIV. 40, 56, 2 is *hac* spe ... amissa – q. -um erat – id studere, ne *eqs.* [*item in parenthesi*: TAC. ann. 12, 14, 2 q. unum -um]. VITR. 4, 7, 1 locus ... cum habuerit in longitudine sex partes, una adempta -um q. erit, latitudini detur. MAR. VICTORIN. in Cic. inv. 1, 12 p. 43, 13 tollit duo ..., ut id, q. -um est, adprobetur. 1, 45 p. 111, 24 exclusis multis unum, q. -um est, confirmatur. p. 111, 27]). Att. 4, 6, 2 ⌞-um iam⌟ est *Σπάρταν ἔλαχες, ταύταν κόσμει'* (⌞ ⌟ *v. app. crit.*). 7, 5, 5 plane mihi deest, quid ad te scribam; ... -um est iocari. LIV. 25, 16, 18 (*antea l. 46*) -um ... quid esse *eis* ... praeter mortem? TAC. ann. 2, 15, 3 aliud sibi -um quam tenere libertatem aut mori? *al.*

ⓑ facere, fieri (*addidimus* habere *l. 50*): CIC. Verr. II 3, 132 ne illud quidem tibi -um fecisti, ut hoc posses dicere *eqs.* 3, 175 ne illam quidem ... defensionem. 5, 89 quod -um vitae viriumque fames fecerat (*cf.* Att. 3, 8, 2 haec addita cura vix mihi vitam -am facit). Marcell. 10 quidquid belli fortuna -um rei publicae fecerit (LIV. 25, 16, 17 quod unum -um f. fecerit, *sc. mortem*). Phil. 13, 48 cum locum tibi -um non modo ad pacem, sed ne ad deditionem quidem feceris. nat. deor. 1, 29. LIV. 22, 55, 5 si quid dii immortales ... -um Romani nominis fecerint. RVT. LVP. 2, 7 paulum illud, -um quod habet mentis ..., poculis *extrudit.* NIPS. grom. p. 298, 17 facio hypotenusae numerum in se; fit ... *tot*; hinc tollo quattuor embada, quod fit ... *tot*; -um *tot* (*item sing.* -um *pertinet ad plur.*: GROM. Bubnov p. 519, 2. 529, 10 fit -um *tot. al.; cf. sing. p. 973, 13*). DICT. 3, 20 *Priamo* dolor ... non ullam tanti nominis ... speciem -am fecerat.

② *attrib.*: CIC. inv. 1, 45 in qua *enumeratione* pluribus rebus expositis et ceteris infirmatis, una -a necessario confirmatur (*explicatur l. 37; in logica ut l. 16*). Sest. 80 plaga una illa extrema defuit, quae ... -um spiritum exhausisset (VAL. MAX. 9, 11, 5 de filii magis vita ... quam de -o s. suo sollicitus. *cf. p. 973, 24*). Mil. 14 -a auctoritas senatus ... intercessione sublata est. Att. 1, 14, 7 *frater* Argiletani aedificii -um dodrantem emit. 7, 9, 4 tollamus ... hoc *malum* ...: de -is quid est deterrimum? *al.* PLANC. or. frg. Ascon. Mil. p. 39, 9 -ae parti sententiae ... intercessimus (VITR. 3, 5, 5 ex novem partibus ... una p. ... abaci crassitudo relinquatur, -ae octo *eqs. al.* BASS. gramm. VI 258, 30 *versūs. al.*). LVCR. 2, 955 *solent leniore* oblato ... ictu -i motus vitales vincere. SALL. Catil. 35, 4 -ae dignitatis conservandae (PLIN. epist. 10, 110, 2). LIV. 33, 3, 4 quibus *veteribus* ... quicquam -i roboris erat. VITR. 4, 3, 6 (*indicavit mensuras partium columnae*) -a spatia ... pura relinquantur aut *eqs.* FEST. p. 218 *ex libris Verrii* intermortua iam ... verba ... praeterire et -a quam brevissime redigere in libros (*cf. p. 976, 42*). BASS. gramm. VI 256, 17 *prima amissa* -ae duae *syllabae.* TAC. ann. 15, 11, 3 *ut Corbulo* signa ... et ⌞nomen⌟ -um infelicis exercitus tueretur (⌞ ⌟ *cf. l. 5. 49*). PLIN. epist. 8, 24, 4 -am umbram et residuum libertatis nomen. FLOR. epit. 4, 2, 49 stragem fugientis equitatus levis armaturae ruina comitata est; ... -a (*i. -orum?*) strages quasi una manu facta est. LACT. inst. 5, 8, 5 si quid nobis -ae mentis est. CE

*[Spoth]*

1990, 4 *soror et coniunx* nonaginta annos vixerunt adque duobus: quadraginta et quinque soror, -os fuit uxor. *al.*

③ *neutr. pro subst.*: ⓐ *sing.*: *gen. partit.* -i *ponitur praedic. iuxta verba* facere, esse, habere (*nisi pendet e pron. neutr.*): Cic. Verr. II 1, 2 praesto est, respondet, defenditur; ne hoc quidem sibi -i facit, ut *absentia* … pudentem exitum quaesisse videatur (2, 101 nihil … sibi -i fecit, quod defendi aliqua ratione posset. Sull. 89 quod fortuna in malis -i fecit, ut cum *suis* … lugere suam calamitatem liceat, id sibi ne eripiatis vos, iudices, obtestatur). Sull. 89 quid … est huic -i, quod eum in hac vita teneat *eqs.*? (fin. 1, 30 detractis de homine sensibus -i nihil est, *sc. ad iudicandum.* Att. 15, 11, 1 nihil esse iam -i, quod ageremus, nisi ut *eqs.* Caes. civ. 2, 5, 5 ut, si quid adversi accidisset, ne ad conandum quidem sibi quicquam -i fore viderent. Sall. or. Lep. 15 estne viris -i aliud quam solvere iniuriam aut mori per virtutem? Liv. 36, 35, 4 ne hoc quidem -i vobis est, ut *eqs.* 45, 5, 10 -i quid esse, nisi ut fortiter moriatur?). Sall. Catil. 20, 13 quid -i habemus praeter miseram animam? (Liv. 28, 25, 13 nihil -i habebant praeter … a malis consiliis receptum, ut imperatoris vel … irae vel … clementiae sese committerent). *cetera exempla*: Liv. 30, 39, 2 dum -um tempestatis exsaeviret. Vitr. 3, 5, 2 ut superior pars *spirae* tertia parte sit crassitudinis columnae, -um plintho relinquatur; dempta plintho -um dividatur in partes quattuor *eqs.* 5, 12, $3^b$ is … pulvinus exaequatā struatur planitiā minus quam dimidiae partis, -um … proclinatum latus habeat. *al.* Bass. gramm. VI 269, 26 metro *cuidam* si detraxeris *haec* …, -um erit par huic clausulae. *al.* ⓑ *plur.*: Tac. hist. 4, 2, 2 civitas … extingui … -a belli postulabat (*paulo aliter p. 980, 17*).

Ⓑ spes, ecquid *sim.* spei (*meton. de homine l. 43*); *adhibetur*: ① *praedic. iuxta verba*: ⓐ esse (*quod hic illic subaudias*): Ter. Andr. 25 ut pernoscatis, ecquid spei sit -om *eqs.* ([*locum aliter explicat* Don. *p. 986, 4*]. Tac. ann. 3, 4, 1 nihil spei -um clamitabant. Symm. epist. 4, 74, 2 quid … spei). Eun. 240 itan parasti te, ut s. nulla -a in te sit tibi? (*item accedit* in *c. abl.*: Cic. Att. 3, 13, 1. fam. 14, 3, 3 in novis tr. pl. *eqs.* Liv. 25, 11, 11 -a erat in obsidione s. *cf. e. g. l. 38. 40*). Cic. S. Rosc. 150 unum perfugium, iudices, una s. -a est Sex. Roscio. *al.* ⓑ *quaelibet et in acc. dupl. aut abl. absol.*: Rhet. Her. 4, 25, 34 quae -a s. manet libertatis. Cic. Verr. II 3, 48 cum … non modo rem, sed ne s. quidem ullam -am cuiquam feceris. fam. 7, 28, 3 -am s. nullam video (*sim.* 11, 5, 2). Liv. 2, 32, 7 nullam … nisi in concordia civium s. -am ducere. 10, 16, 6 unam sibi s. -am in Etruscis restare. 40, 12, 5 ut ego ne ⌊apud te⌋ (*cf. p. 983, 9*) quidem spei quicquam -um habeam (*Vossius*, -i *vel* -ae *var. ll.; cf.* Ivst. 14, 3, 4 spem salutis -am habebat). Rvt. Lvp. 2, 7 in hoc … bonae spei -um residere. Dict. 4, 12 spe -a resistendi. *al.*

② *attrib.* (*cf. p. 984, 62sq.*): Cic. fam. 14, 4, 6 mea carissima filiola et s. -a nostra, Cicero, valete (*cf. p. 987, 31*). Liv. 10, 14, 12 omnem -am s. Tac. ann. 13, 17, 3 sibi amisso fratris auxilio -as s. in re publica sitas. Dict. 4, 8.

**b** *usu peculiari, sc. de eo, quod restat aliquo loco vel statu* (*exempla certiora*): **α** *potius alia re non eiusdem generis materiaeve ablata*: Cic. Verr. II 3, 34 ut, cum exactum sit ab aratore, tamen … -us metus iudicī (*gen.*) sit. Liv. 26, 35, 6 bona sua venderent; in corpora, quae -a essent, saevirent. Colvm. 12, 53, 3 *haec* trita … in eandem metretam reponito et tantundem olei quantum prius infundito …; postea oleum depleto et, quod est -um ⌊musti⌋ (*pendet e pron.*), … recondito. Plin. nat. 20, 97 huic *scillae* aridis tunicis direptis quod -um e vivo est, consectum suspenditur. 33, 85 *aurum* ita virus trahit rebus una crematis …; -us cinis … *quaedam* sanat (*nisi ad p. 991, 39sqq.*). Tac. hist. 3, 61, 3 apud Vitellianos … versa fides *est* et -um *erat* perfidiae certamen. Boeth. cons. 4, 3, 15 *ita* fit, ut mali desinant esse, quod fuerant; sed fuisse homines adhuc ipsa humani corporis -a species ostentat. **β** *potius ipsum non ablatum, occupatum sim.*: Cic. Sest. 30 *si* iudiciorum … simulacrum aliquod futurum in civitate -om credidisset. prov. 7 qui locus … in Graecia … tam sanctus fuit, in quo ullum simulacrum … -um sit (*sc. non raptum*)? Bell. Afr. 26, 3 nihil, ne tectum quidem … ab illorum *hostium* scelere … -um futurum (*sc. intactum?*). Vitr. 5, 1, 7 -a spatia inter … *has duas* trabes per intercolumnia luminibus sunt relicta. Plin. nat. 35, 145 in iis *operibus artificum non perfectis* liniamenta -a … spectantur, *sc. in perfectis erasa.*

**2** *de animantibus eorumve coetibus* (*addidimus urbem p. 976, 28 [cf. l. 26. p. 973, 6]; raro de animalibus, e. g. p. 976, 15. 21. 75 [corpus eiusve partes v. sub 1]; saepe ponitur praedic. iuxta verba* esse [*hic illic subaudiendum; accedit alterum praedic. p. 976, 68. 977, 6*], exstare *p. 976, 61,* manere *p. 977, 1, ceterum* facere, fieri *p. 977, 11sqq.,* habere *p. 976, 16; in acc. dupl. vel abl. absol. e. g. p. 976, 6. 977, 8; pro subst. masc. plur. e. g. p. 976, 7. 59. 63, sing. p. 976, 5, neutr. sing. p. 976, 26. 977, 49*): **a** *exempla notionem et usus illustrantia*: **α** *contextu vario de eis*: Ⅰ *qui ex multis, coetu sim. supersunt* (*ad plenum efficiendum p. 976, 35; sed pertinet ad corpus unum p. 976, 38sqq.*): Ⓐ *quilibet* (*exempla selecta inde a* Cic.): Gracch. or. frg. Schol. Cic. Bob. p. 81, 24 ne … genus nostrum interiret et uti aliqua propago generis nostri -a esset (*cf.* Cic. fam. 13, 39 ex qua *familia* -us est M. Titurnius Rufus. Varro rust. 3, 1, 5 eos, *qui agros colerent,* solos -os esse ex stirpe Saturni. Ps. Sall. in Tull. 1 *Cicero* rem publicam … ita moderatur quasi unus -us e familia *Scipionis.* Tac. ann. 11, 16, 1 *Cheruscorum* uno -o stirpis regiae). Cic. Q. Rosc. 35 qui de sua parte *societatis* decīdit, -is integram relinquit actionem (*postea*: pro sociis). Vatin. 16 ex iis *novem collegis* tres erant, quos … inridebas …; -i sex fuerunt, e quibus *eqs.* Brut. 6 (*2* magna sapientium civium bonorumque penuria) si viveret Q. Hortensius, cetera fortasse desideraret una cum -is bonis … civibus *eqs.* rep. 2, 39 equitum magno numero ex omni populi summa separato -um populum distribuit *eqs.; ibid.* -a … multo maior multitudo … *tot* centuriarum. Att. 2, 16, 1 ager *Campanus* non amplius hominum quinque milia potest sustinere: -a omnis m. ab illis abalienetur necesse est. 6, 1, 13 in qua *possessione* … animal -um nullum est. fam. 9, 15, 2 moriar, si praeter te quemquam -um habeo, in quo possim imaginem antiquae … festivitatis agnoscere. Planc. Cic. fam. 10, 15, 3 fratrem cum equitum quattuor milibus … misi …; ipse … *cum* -o equitatu subsequar. Caes. Gall. 4, 12, 2 compluribus … nostris deiectis -os in fugam coniecerunt. 6, 9, 5 firmo … ad pontem praesidio relicto … -as copias equitatumque traducit. Varro rust. 3, 16, 30 quae *apes* … cum exierunt, in conspectu volitant -as, quae nondum congregatae sunt, respectantes. Sall. Catil. 57, 1 postquam … de Lentulo *aliisque* … supplicium sumptum *est,* plerique … dilabuntur; -os Catilina per montis … abducit. epist. Pomp. 10 rem familiarem … *et* fidem consumpsi; -i vos estis, qui nisi subvenitis *eqs.* (*sim. de eo, qui ultimo praesidio est aliis* [*neutr. pro subst. meton. de homine*]: Sil. 17, 152 id -um *Poenos* … opis auxiliique, *sc. Hannibalem,* ciere rerum extrema iubent). Plin. nat. 3, 110 Truentum cum amne, quod solum Liburnorum in Italia -um est (*sim.* 3, 130). 8, 165. 9, 33 *uno delphino* capto … -orum convenit multitudo *eqs.* Frontin. strat. 3, 10, 5 *Himilco* partem copiarum in insidiis posuit …, deinde cum -a parte exercitus *progressus est.* Lex Irnit. 8 A 27 sq. (*24* reiectis alternis decurionibus) donec quinque *decuriones* -i sint, eorum quinque, qui -i erunt *eqs.* Liv. perioch. 102, 7 Catilina urbe pulso de -is coniuratis supplicium sumptum est. Vvlg. I reg. 16, 11 numquid iam conpleti sunt filii? :: … adhuc -us est parvulus et pascit oves. II par. 4, 4 quorum *boum duodecim* tres respiciebant aquilonem et … tres occidentem, … tres … meridiem et tres, qui -i erant, orientem. *attributi notione partit. de animante uno* (*cf. p. 973, 31*): Tert. virg. vel. 17, 8 *struthocamelum* caput solum … abstrudere, -am se in aperto relinquere. Avg. civ. 7, 25 p. 306, 31 quid … ipse *Attis* -us et quidquid remansit absciso? *locut.* de -o *pendet ex subst.* (*cf. p. 988, 40*): Vitae patr. Iurens. 28 non … probatos … secernens omnes de -o (*i. omnes -os*) tamquam … indignos ex hoc *coenobio* … eliminas.

Ⓑ *qui non interfecti vel mortui sunt, non perierunt* (*saepissime de superstitibus in re militari vel eis, qui cladem evaserunt sim.; sine respectu mortis violentae aliorum e. g. l. 50. 63. p. 977, 1. 7; cf. supra p. 954, 42sqq.*): ① *exempla varia* (*selecta inde a* Cic.): Cic. Verr. II 1, 36 multos ex illa calamitate Ariminensium testis nobis in hanc rem -os esse. 2, 124 cum esset ex vetere numero quidam senator demortuus et cum ex utroque genere par numerus -us esset *eqs.* 3, 124 (*antea p. 977, 28*) *aratores* qui '-i'? quid hoc est '-i'? quo ex bello, qua ex vastitate? (*de eisdem*: 3, 126 '-os' hos esse non ex bello neque ex aliqua eius modi calamitate, sed ex tuo scelere *eqs.; al. in eadem orat.*). 5, 101 qui ex illo numero -i Syracusas classe amissa refugerant, dicebant *eqs.* Cluent. 21 unus, qui -us erat Dinaeae filius, … est mortuus (*de eodem*: 22 quem … unum ex multis fortuna -um esse voluisset). Rab. perd. 33 nullus est -us rex, nulla gens …, quam pertimescatis. Catil. 1, 12 si te interfici iussero, residebit in re publica -a coniuratorum manus (*cf.* 1, 31 hic morbus … relevatus istius poena vehementius -is vivis ingravescet. *v. etiam l. 33*). Pis. 96 legati … alienati, tribuni militum inimici, centuriones et si qui ex tanto exercitu -i milites exstant *eqs.* (*de eisdem*: 98 -i milites, qui ferrum, qui famem, qui morbum effugerunt). Phil. 2, 13 veniamus ad vivos, qui duo de consularium numero -i sunt. 3, 34 optimo cuique pereundum, -is serviendum. fam. 9, 18, 4 quem *mulum* tibi -um dicis esse, quoniam cantherium comedisti. Caes. Gall. 2, 10, 3 magnum *hostium* … numerum *in flumine* occiderunt; per eorum corpora -os … transire conantes … reppulerunt. 5, 44, 11 uno interfecto -os … propellit. 5, 52, 2 non decimum quemque esse -um militem sine vulnere. 7, 62, 4 cum primi ordines … transfixi pilis concidissent, tamen … -i resistebant. Hirt. Gall. 8, 13, 2 paucis … resistentibus interfectis … -am multitudinem *sunt secuti.* Liv. 38, 27, 7 octo milia … in fuga … ceciderunt; -i flumen Halyn traiecerunt. Val. Max. 8, 13, 4 *Perpenna* omnibus, quos in senatum consul vocaverat, superstes fuit septemque *modo* …, quos censor … legerat, e patribus conscriptis -os vidit (*v. de eodem p. 943, 12sq.*). Colvm. 9, 13, 11 (*antea: examen apium partem plebis imbre amittit*) -a paucitas … non sufficit. Pers. 6, 53 si

*[Spoth]*

mihi nulla iam -a ex amitis, ... proneptis nulla manet patrui (*55* superest). PETRON. 136, 7 *trium anserum uno occiso* -i ... orbati ... duce. SIL. 10, 592 -i pia turba senatus munera ... invadunt. TAC. Agr. 34, 2 acerrimi Britannorum iam pridem ceciderunt, -us est numerus ignavorum et timentium. hist. 3, 34, 2 rediit Cremonam -us populus. ann. 1, 2, 1 exuto ... Lepido interfecto Antonio ne Iulianis quidem partibus nisi Caesar dux -us *erat.* 1, 3, 7 quotus quisque -us, qui rem publicam vidisset? FLOR. epit. 4, 10, 10 vix tertia parte de sedecim legionibus -a. VET. LAT. I Thess. 4, 15 (Rufin. symb. 41 l. 50. *al.*) nos, qui vivimus, qui -i sumus in adventu domini (*gr. οἱ περιλειπόμενοι, Vulg.* residui. *sim.* 4, 17 [Hier. epist. 119, 8, 1. *al.; Vulg.* relinquimur]). *al.* ② *locut.* -um facere, *cuius subi. est res* (*cf. l. 46. p. 978, 33*): CIC. Verr. II 2, 86 quos civis belli calamitas -os fecerat, ii *eqs.* (CVRT. 6, 9, 27). HIRT. Gall. 8, 24, 4 si quos fortuna -os fecisset (LIV. 9, 24, 13 ex nocturna caede ac fuga. *cf. p. 973, 54. 974, 46. 975, 7*). AVR. VICT. Caes. 33, 2 quos *milites* Mursina labes -os fecerat. ③ *neutr. sing. praedic. iuxta* esse (*suppl. l. 19. 21*): LIV. 2, 15, 6 obsidum quod -um erat, reddidit *Porsenna* (*item e pron. pendet gen. partit.*: 21, 56, 8. 28, 33, 8 peditum [*antea*: duae ... p. partes]. TAC. ann. 4, 73, 3 q. -um auxiliorum *erat. cf. p. 978, 9. 12*). SIL. 7, 105 (*loq. Hannibal*) resides ad bella vocantur ... senes; quodcumque videtis, hoc -um est, primo damnatum ut inutile bello. TAC. ann. 6, 36, 3 nec iam aliud Artabano -um quam ... *custodes* suis quisque sedibus extorres, *sc. aliis deficientibus.*

ⓒ *qui alicubi retinentur, relinquuntur ab aliquo, remanent* (*sc. aliis dimissis, abductis, fugientibus sim. [plerumque in re militari, cf. p. 937, 68sqq. 954, 67sqq.]; hic illic accedit indicatio loci; exempla certiora selecta*): CIC. Verr. II 3, 80 de calamitate aratorum et de fuga et de -orum paucitate (*de eisdem*: 3, 124 [*121* qui remanserant, vix decuma pars aratorum, relicturi agros omnes erant, nisi *eqs.; affert verba ex epistula*] 'ut aratores, qui -i erant, quam plurimum sererent'. *postea p. 976, 51*). 5, 87 *in praesidio* erant perpauci *milites* -i, ceteri dimissi. 5, 89 evolarat iam e conspectu ... quadriremis *una,* cum etiam tum ceterae naves uno in loco moliebantur; erat animus in -is (*sc. nautis earum*), ... pugnare ... se velle clamabant. 5, 100 remigibus militibusque dimissis, -is egestate et fame perditis (*de eadem re e. g.* 5, 131 remiges nautasque dimissos, -os stirpibus vixisse palmarum). CAES. Gall. 1, 12, 2 tres iam partes copiarum Helvetios id flumen traduxisse, quartam vero partem citra flumen Ararim -am esse (*in re simili*: civ. 1, 40, 3 *cum legiones* duae flumen transissent ... et omnis equitatus sequeretur, ... *ponte vi naturae interrupto* -a multitudo equitum interclusa *est.* SVET. Aug. 16, 3 [*antea*: traiecto in Siciliam exercitu] cum partem -am copiarum continenti repeteret). BELL. Alex. 54, 3 cum duae legiones -ae essent in castris (*cf.* SIL. 10, 373 dedita ... -o cum milite castra). SALL. hist. frg. 3, 96A neque ex ... fuga ... ullis ad signa redeuntibus et, qui -i erant (*sc. sub signis*), ... detractantibus militiam. NEP. Chabr. 1, 2 fugatis iam ... conducticiis catervis -am phalangem loco cedere vetuit (*nisi ad p. 991, 39 sqq. pertinet*). TAC. hist. 4, 17, 2 quantum *virium* in Italia -um *esse*? SYMM. epist. 1, 64 quos *summates civitatis* -os ⌊fuga⌋ fecerat (⌊ ⌋ *sc. aliorum, ni fallimur*). *al.*

(II) *qui prognati sunt ex aliquo* (*cf. p. 968, 14sqq.; paulo aliter p. 976, 2sqq.*): VET. LAT. Sirach 47, 25 *deus* dedit ... -um Iacob et David de ipsa stirpe (*27 Salomon* reliquit post se de semine suo generis stultitiam; *gr. 22 τῷ Ιακωβ ἔδωκεν κατάλειμμα*). VVLG. Iob 27, 15 (*14* si multiplicati fuerint filii eius) qui -i fuerint ex eo *homine impio.*

**β** *in elenchis, pridianis sim. militaribus, sc. de eis, qui in castris ad opera suscipienda vacant aliis occupatis (ideoque absentibus), aegris, mortuis sim.*: CHART. lat. ant. I 7 (*a. 81/90*) IV$^b$ 2 (*antea respic. absentes et immunes sec. Marichal*) -i XXXX; ex eis opera vacantes: ⌊armorum custos *eqs.*⌋ (*sc. novem munera; seq.* 19 -i XXXI). TAB. Vindol. II 154, 19 (*a. 92/7; antea*: summa absentes) -i praesentes *tot* ..., ex eis aegri XV, volnerati VI *eqs.* (CHART. lat. ant. III 219, 79 [*a. 105; antea 55* ex eis apsentes, *61* summa apsentes extra provinciam, *76* summa utraque absen⟨tes⟩] -i p. [*seq. 80* in (h)is *eqs., 82* ex eis aegri]. VII 347, 4 [*ca. a. 225/35*] reliq(ui) p. *al.*). 154, 26 summa eor⟨um⟩, *sc. aegrorum sim.,* -i valent⟨es⟩. CHART. lat. ant. III 219, 52 (*a. 105; antea 41* e⟨x⟩ eis decedunt, *50* summa decesserunt, *51* restitutus ex non secutis) -i numero puro ... in (h)is *eqs.* (XLVII 1450, 28 [*ca. a. 215*] summa, qui decesserunt mil(ites) XXX, in (h)is ...; reliq(ui) n(umero) p(uro) mil(ites) *tot* ..., in (h)is *eqs.* [*31* absunt in choram mil(ites) *tot*]. X 454, 5 [*saec. III*] reliq(ui) numero p⟨ur⟩o). XLII 1213 (*a. 225/50*) recto b 9 reliq⟨ui ad signa⟩. c 4 -i ad sign⟨a⟩. X 454, 11 (*saec. III*) reliq(ui) *tot* (*10* sum(ma), *cf. l. 65*). *ibid.* 23 reliq(ui) (*antea enumerari vid. decedentes*). *ibid.* 39 reliq(ui) (*antea enumerari vid. absentes; seq. 40* ex eis in custodias). *al.*

**γ** *de Iudaeis, populo Israhel*: (I) *de eis, qui post defectionem vel cladem sunt servandi vel servati a deo (cf. p. 967, 40sqq.; exempla potiora)*: *masc.*: VET. LAT. III Esdr. 1, 56 -os abduxerunt ... in Babylonem. Is. 10, 22 (Filastr. 107, 13) si fuerit populus Israhel sicut arena maris, -i salvabuntur (*cetera v. p. 967, 45sqq.*). Soph. 2, 9 (Hier. *ad loc.* l. 233) qui -i fuerint de populo meo (*cetera v. p. 967, 47sqq. 55sq.*). 3, 12 (*ibid.* l. 356) qui fuerint -i de Israel (*gr. οἱ κατάλοιποι,* Aug. civ. 18, 33 qui -i fuerint Israel, *Vulg.* reliquiae). Zach. 14, 2 (Hier. *ad loc.* l. 10) egredietur media pars ... in captivitatem; -i ... populi mei non peribunt (*gr. οἱ κατάλοιποι,* VVLG. -um populi). VVLG. Ier. 24, 8 -os de Hierusalem, qui remanserunt in urbe. *neutr.*: HIL. in Matth. 17, 4 (*ad Matth. 17, 11*) *Eliam* -um, quod deprehenderit ex Israel, ad cognitionem dei revocaturum (VVLG. Is. 37, 31 id, quod salvatum fuerit de domo Iuda, et, q. -um est). *al.* (II) *de eis, qui in ecclesiam Christ. recipiuntur*: HIL. in Matth. 10, 14 ut -um Israel crederet, esse adventui suo debitum (*affert Matth. 10, 23*). *ibid.* quod erit -um Israel, ... *dei* adventu in ecclesia collocandum (in psalm. 58, 11 l. 4 id q. I. sit -um, salvabitur. *al. apud eundem; cf.* 58, 11 l. 16 id q. eorum est -um).

**2** *in re publica* (*exempla selecta inde a* Liv.): **a** *exempla varia*: Cic. div. in Caec. 9 cum hoc unum his tot incommodis -um esse arbitrarer, ut homines idonei ... causam rei publicae ... susciperent. Phil. 13, 25 veneficam audes appellare eum virum, qui tuis veneficiis -a invenit? Att. 7, 9, 3 (*agitur de Caesare consule*) neque ei *malo* -um est ullum. *al.* Sall. Catil. 40, 3 *Allobroges* queri de avaritia magistratuum, accusare senatum, quod in eo auxili nihil esset, miseriis suis -um mortem expectare. Liv. praef. 9 *nunc* nec vitia nostra nec -a pati possumus. 3, 20, 8 non ita civitatem aegram esse, ut consuetis -is sisti possit; dictatore opus esse rei publicae. 5, 52, 9 quae res ... nisi instauratio sacrorum ... adfectae Veienti bello rei publicae -o fuit? 6, 35, 6 nullo -o alio praeter expertam ... intercessionem invento. 26, 3, 3 si mors sua -o publicis cladibus futura esset. Cvrt. 9, 4, 22 ita seditionis non -a quam principia maiora sunt. Plin. nat. 11, 105 *populo Romano* ad Sibyllina coacto -a confugere inopiae metu (*cf.* Serv. Aen. 6, 72 *p. 1017, 47*). Qvint. inst. 5, 2, 5 adversus consulta ... senatus ... -um nullum est, nisi *eqs.* Tac. ann. 1, 9, 4 non aliud discordantis patriae -um esse, quam ⟨ut⟩ ab uno regeretur. 4, 72, 3 -um ex bello *erat.* 11, 26, 1 imminentium periculorum -um ipsa pericula ratus. *al.* **b** *-um praebet princeps*: CIL III 7251, 9 (*a. 49/50*) multa -a invenisse. Orat. imp. Claud. (Chart. lat. ant. X 418) 2, 9 adversus quas *fraudes* excogitavimus ... -a. Sen. clem. 1, 13, 4 ostendens, quam invitus aspero -o manus admoveat. Tac. ann. 3, 28, 4 ni Tiberius statuendo -o quinque consularium ... sorte duxisset. Traian. Plin. epist. 10, 55 non aliud -um dispicio ..., quam ut quantitas usurarum minuatur. Symm. rel. 37, 3 *ut* utilitati publicae velox -um porrigatis. Amm. 15, 8, 21 communium ... -um aerumnarum in eius *imperatoris* locabat adventu *plebs.* Novell. Theod. 23 pr. quoniam saepe ab una civitate ... postulatum -um generalem solet formam correctionis adferre. 24 pr. *non* singulis cogemur adhibere medicinam, si generali -o cuncta sanemus. Valent. 7, 2 pr. cum pietas nostra ad provincialium quietem tuendam ... -a quaereret. *al.* *de indulgentia tributorum, debitorum*: Paneg. 5, 5, 6 -is sponte concessis. Cod. Theod. 11, 28, 3 his *debitoribus* ... praecipue consulendum est, qui iusto -o indigent. 11, 28, 13 manentibus -is. Salv. gub. 4, 31 -a pridem nonnullis urbibus data quid aliud egerunt, quam ut divites cunctos immunes redderent? 5, 34 sicut in onere nonarum indictionum pauperes gravant, ita in novorum -orum opitulatione sustentant: sicut tributis novis minores maxime deprimuntur, sic -is novis maxime sublevantur. *al.*

**3** *in iure* (*cf. l. 14*): Cic. Cluent. 95 nedum his temporibus ... sine vestra sapientia, *iudices,* ac sine iudiciorum -is salvi esse possimus. Gaivs dig. 12, 2, 1 maximum -um expediendarum litium in usum venit iurisiurandi religio. 35, 2, 80, 1 potest heredi hoc -o succurri, ut *eqs.* Papin. dig. 38, 2, 41 decreti -um poterit procedere. Vlp. dig. 25, 4, 1, 3 *mulier* cogenda ... erit -is praetoris ... in ius venire (29, 2, 69). 39, 1, 1, 1 hoc ... edictum -umque operis novi nuntiationis adversus futura opera inductum est, ... adversus ea, quae nondum facta sunt, ne fiant. Cod. Iust. 3, 36, 23 (*a. 294*) stipulationis et iuris adhibito -o (4, 10, 9 [*a. 294*]. Theod. 11, 30, 15 litigatori liceat litem i. -o sublevare). 5, 3, 20 pr. ut ... ipsi *mariti* quidem commoda dotis lucrentur, uxores autem sine nuptiali -o relinquantur. *al.*

**4** *in doctrina christ.*: Herm. vulg. sim. 8, 11 accipient a domino -um priorum peccatorum suorum **(**[*gr.* ἴασιν]. Gavdent. serm. 13, 20 elemosinis -um p. paenitens quaerit. Ambr. in Luc. 2, 91 Christus venit ad -um p. Salv. eccl. 2, 1, 1 diximus de -is p., immo potius de spebus -orum atque solaciis *eqs. al.***)**. Cypr. eleem. 3 quae *divina clementia* ... dedit curandis denuo sanandisque vulneribus -a salutaria (laps. 14 domini sacerdotem ... -is s. providere. Novatian. Cypr. epist. 36, 3, 1 Cassiod. inst. 1, 32, 4). epist. 18, 2, 1 quominus illis *lapsis* quoque divino -o consulatur. Ps. Hil. libell. 8 p. 79, 27 quae *mors* a deo pro -o hominibus attributa est et quae ... fit finis ... peccati. Ambr. obit. Theod. 46 *Helena* festinabat tangere -um inmortalitatis, *sc. crucem.* Pelag. in I Cor. 7, 3 p. 159, 11 sqq. *incontinentibus* concedatur -um, ne fornicando moriantur; ... (14) non denegetur -um nuptiarum (in I Tim. 4, 2 p. 489, 17 Avg. c. Iulian. 3, 21, 42. *cf.* Rvfin. Orig. in exod. 11, 7 p. 261, 20 -o ... nuptiali). Rvfin. Orig. in num. 10, 1 p. 71, 6 delicti -um quaerere. Consvlt. Zacch. 2, 10, 8 ut -o (in -a *var. l.*) pereuntium ... dei filius mitteretur. Fvlg. aet. mund. p. 172, 23 postquam Iud(a)ea salutis -um patibulo crucis adfixit **(***metonymice de Christo [cf. p. 1013, 6]; proprie*: Fvlg. Rvsp. ad Tras. 1, 5, 1 *Manichaeus* semetipsum miser a -o s. exclusit. Sacr. Leon. 871 ut *corda* -a s. aeternae ... custodiant. Greg. 157, 2 ut -um nobis perpetuae s. operentur *munera deo oblata. al.***)**. Evseb. Gallic. hom. 26, 1 -a paenitentiae (Fvlg. Rvsp. rem. pecc. 2, 15, 1 ut nunc vulneribus suis adhibeat conversionis ac p. -um. Caes. Arel. serm. 18, 7 ad p. -a et elemosinarum medicamenta. *al.*). Sacr. Leon. 1058 (= Greg. 164, 1) misericordiae tuae -is ... fragilitas nostra subsistat (Regvla mag. 15, 46 ut in adflictione omnium divinae m. -um speretur). 1087 cuius *sacrificii* -is dignaris absolvere peccatores. *al.*

**II** *in versione prava -um significat machinationem, dolum sim.* (*redditur gr. μέθοδος, μεθοδεία*): Vet. Lat. II Macc. 13, 18 (rec. P) rex ... Antiochus accepto gustu audaciae Iudeorum adtemptavit -is ... locos (*recc. L, X* methodis, *B, M* machinis, *V* arte). Eph. 4, 14 (cod. 75. *al.*) ut non ... circumferamur omni vento doctrinae ... in astutia ad -um erroris **(**[*Vulg.* circumventionem]. *usum vocis explicare conantur* Lvcif. Athan. 2, 30 l. 7 ne ... ad diaboli ... -a recederent ab apostolica ... fide. Mar. Victorin. *ad l.* ut ... sit erroris tui -um intellectus alienus. Ambrosiast. *ad l.* hoc ... -um est falsitatis, ut sub praetextu veritatis inducat errorem**)**. 6, 11 (*ibid.*) ut possitis stare adversus -um diaboli (*cod. 77. al. et Vulg.* insidias). Canon. Turner II 1 p. 20 rec. II presbyteri, qui *in persecutione* immolaverunt et iterum resipuerunt ..., *non* per -um aliquem, sed ex veritate, *partim restituendi sunt.*

***appendix syntactica*:** **1** *iuncturae verbales, sc.* -um: **a** *pro subi. positum* (*exempla selecta*): Cels. 3, 2, 2 quaedam -a increscentibus morbis ... conveniunt, ... apta sunt. 3, 23, 1 si -a non sustulerunt *morbum.* Sen. clem. 1, 9, 6 procedunt (Papin. dig. 38, 2, 41). dial. 5, 39, 2 prosunt (5, 39, 3 epist. 40, 4 Plin. nat. 32, 42. *al.*). Scrib. Larg. ind. capp. 162 sanat. *al.*

*[Reineke]*

**b** *pro obi. positum pendet ex verbis* (*selectis*): α *quaerendi, reperiendi sim.*: Caecil. com. 119 meae morti -um reperibit nemo (Caes. civ. 3, 50, 2 *p. 1017, 20.* Cels. 1 prooem. 36. *al.*). Ter. Andr. 468 quod -um nunc huic malo inveniam? (Phorm. 185. 200. 616 Cic. Phil. 13, 25 Bell. Afr. 72, 4. *al.; c.* ut *p. 1017, 21sq.*). Cic. Verr. II 3, 129 -um ... quaererent ([*v. p. 1013, 10*]. Tusc. 2, 45. *al.* Pvblil. sent. R 14 Liv. 2, 43, 10. *al.*). Liv. 22, 8, 5 ad -um ... desideratum (Cels. 3, 18, 2 Sen. dial. 3, 16, 2. *al.*). Val. Max. 9, 2 ext. 5 timori -um ... petivit (Plin. nat. 36, 10 Tac. hist. 5, 3, 1. *al.*). *al.* β *adhibendi, dandi sim.*: Cic. Tusc. 4, 58 quae ... -a morbis ... adhibeantur (4, 63 Liv. 22, 8, 5. 42, 40, 3 Cels. 1 prooem. 23. *al.*). nat. deor. 2, 126 quo -o cum essent usae *pantherae* ([*v. p. 1012, 66*]. Varro rust. 2, 3, 8 Cels. 4, 6, 4. *al.*). Caes. civ. 1, 81, 4 praesenti malo aliis malis -a dabantur (Liv. 10, 47, 6 Val. Max. 2, 4, 5 l. 347. Plin. nat. 29, 24 cum tot -a dederit natura. *al.*). Cels. 1 prooem. 37 temptaturum (3, 14, 2 Sen. clem. 1, 9, 6 epist. 29, 3 Qvint. decl. 326, 6. *al.*). 3, 2, 2 experienda (4, 27, 1$^{D}$ add. l. 89. Cvrt. 3, 5, 16 [*cf.* 15 inexperta]. *al.*). *al.* γ (*non*) *accipiendi sim.*: Liv. praef. 9 pati (34, 49, 3 Colvm. 7, 5, 16). Sen. benef. 6, 24, 2 reiciunt. dial. 12, 1, 2 ad sustinenda -a. 12, 10, 3 recipit (Qvint. inst. 6, 4, 19. *al.; cf.* accipere: Max. Tavr. 37, 3 Cassiod. var. 5, 15, 3. *al.*). Colvm. 6, 19, 1 respuat (Qvint. inst. 6, 4, 19 Firm. err. 16, 5. *al.*). Plin. nat. 17, 247 *cupressus* omnia -a odit. *al.*

**c** *pro parte praedicati positum iungitur c.* esse: α -um est *sim.* *(plur. l. 54. 58sq.; subauditur* esse *e. g. l. 33. 39. 42. 44. 49); quid (quis l. 28) -um sit, indicat*: (I) (*pro*)*nomen*: *pronomen* (*praeparat [acc. c.] inf. vel enunt. secund. e. g. l. 31. 37. p. 1013, 58*): Ter. Haut. 539 id -um aegritudinumst (*v. p. 1013, 28*). Cic. Verr. II 1, 142 *p. 1013, 9.* Liv. 3, 3, 5 *p. 1013, 37.* Phaedr. 2, 3, 3. *al.* *nomen*: Ter. Ad. 294 *servus* mearum miseriarumst -um (*v. p. 1013, 5sqq.*). Varro ling. 7, 107 *p. 1012, 40.* Pvblil. sent. C 12 *p. 1013, 33. al.* Sen. contr. 2, 1, 17 adoptio fortunae. Cels. 4, 13, 2 *p. 1011, 63. al.* (II) (*acc. c.*) *inf.*: *acc. c. inf.*: Cic. div. in Caec. 70 hoc -um est ... rei publicae ...: homines ad legum defensionem ... quam honestissimos ... accedere. Plin. nat. 23, 123 *p. 1011, 69.* Tac. ann. 4, 50, 2 ponenda arma: unum adflictis id -um disserebat. *al.* *inf.*: Sen. contr. exc. 3, 9, 2 mori (*v. p. 1013, 12*). Cels. 4, 20, 2 -um est sanguinem mittere aut cucurbitulas ... admovere. 4, 27, 1$^{D}$ add. l. 44 commune ... ad urinae difficultatem -um est [h]is cibis uti *eqs.* 5, 27, 2$^{C}$. Sen. nat. 4 praef. 6 hoc non esse -um tanti mali: nolle laudari. Cvrt. 5, 3, 23 *non* aliud -um erat quam reverti. Colvm. 6, 6, 3. Mela 3, 102 ita adfectis -um est ex altero *fonte* bibere. Plin. nat. 8, 188 -um *est* congregare eas *oves. al.* (III) *enunt. secund. cum*: ut: Cic. div. in Caec. 9 *p. 1013, 58.* Cvrt. 7, 3, 14 *non* aliud -um erat, quam ut *eqs.* ([*v. p. 1013, 44*]. Tac. ann. 1, 9, 4 *p. 1013, 73; cf. p. 1017, 21*). Plin. nat. 17, 260. 18, 85 -um *est,* ut gravissima quaeque grana eius serantur. *al.* ne (*cf. p. 1013, 9*): Sen. dial. 4, 18, 1 *p. 1013, 39.* Plin. nat. 8, 205 -um *est,* ne prima subatione neque ante flaccidas aures coitus fiat. si: Colvm. 6, 17, 4 est etiam praesens -um, si conteras fraxini tenera cacumina quinque librarum *eqs.* Plin. nat. 24, 172. 31, 40. Qvint. inst. 11, 1, 72 hoc ... commune -um est, si tota actione aequaliter appareat non honor modo eius, sed etiam caritas. Tac. ann. 4, 17, 3 *non* aliud ... -um *est,* quam si *eqs.* (Verec. in cant. 7, 9). *al.* *coni. nudo*: Mart. 11, 98, 22 -um mali solum est, facias amicum, basiare quem nolis. quod: Qvint. decl. 313, 11 adversus haec illud -um est, q. accusator cogitat, quid obiecturus sit. (IV) *locut. c. praepos.*: in *c. abl.*: Plin. nat. 18, 147 -um unicum i⟨n⟩ aratro, saepius vertendo. 18, 157 -a eorum *morborum* ... in sarculo et ... cinere. 28, 178 *dentibus mobilibus* magnum -um est ... in luporum capitis cinere. *cf.* 28, 206 torminibus satis esse -i in leporis coagulo poto. 28, 217 praecipuum ... -um traditur in calculo onagri. ex: Plin. nat. 29, 56 multa ... -a sunt ex ansere. 29, 92 multa et alia ex his *vermibus* -a sunt. Aster. ad Renat. 5 supremum etiam erit hac ex arte -um: natando praevenire mortem.

β -o est *sim.* (*sc. dat. fin., cf. p. 1016, 26sqq.; subauditur* esse *p. 1016, 2; saepe accedit dat. commodi; cf.* Synon. Cic. p. 423, 17 expedit. utile est. ... prodest. pro re est. -o est); *pro subi. sunt*: (I) (*pro*)*nomina indicantia*: *res*: Ter. Eun. 439 haec res solast -o: ... par pro pari referto. Rhet. Her. 3, 12, 22 *p. 1012, 65.* Liv. 5, 52, 9 *p. 1013, 67.* 26, 3, 3 *p. 1013, 68.* Sen. contr. 2, 6, 7 quaeritis, quae res mihi -o fuit: aetas. Cels. 4, 27, 1$^{D}$ -o sunt cucurbitulae ... sub mammis admotae. 7, 29, 7 -o est cervix praecisa. Cvrt. 9, 10, 1 *p. 1012, 8.* Colvm. 5, 10, 16 mala punica ne in arbore ⟨h⟩ient, -o ⌊erunt⌋ lapides tres, si ... ad radicem ipsam collocaveris (⌊ ⌋ *Reeve,* erit *trad.; locum geminum v. p. 1016, 30*). *al.* Plin. nat. 16, 251. *al.* Apvl. Plat. 2, 9 p. 233 sicut illa *ars unguentaria* -o vult esse. Pallad. vet. med. 7, 2 -o ... sunt cupressi (-i *var. l.*). *al.* *animantes*: Heges. 5, 41, 2 p. 385, 16 quales sunt cives, quibus hostis -o est? Hier. in Ion. 1, 10 ut ipse -o (-um *var. l.*) sit, qui auctor peccati fuerat. Cassiod. var. 12, 15, 7 leges ... administrantes -o, non oneri esse voluerunt. (II) *struct. verbales*: *acc. c. inf., sc. pass.*: Plin. nat. 15, 67 *p. 1012, 62.* 21, 166 colligi eam *anemonem* tertianis et quartanis -o. 28, 32 -o est ablui ... manus. 28, 45. *inf.*: Plin. nat. 22, 116 si inguen tumeat, albam ceram in pube fixisse -o est. *enunt. condic. c.* si (*cf. p. 1015, 69*): Plin. nat. 23, 116 -o aiunt esse, si prius edenda dentur aliqua *eqs.* Marcell. med. 17, 17 si super lecticam ... suspendatur illis myrtus, -o erit. *enunt. secund. c.* ut: Pallad. vet. med. 22, 2 lassitudini -o est, ut in fauces oleum ... infundatur.

γ pro -o est *sim.*: Sen. benef. 2, 18, 8 venenum aliquando pro -o fuit. dial. 12, 18, 8 hoc tibi tam sollemne officium pro -o erit. epist. 94, 7. Plin. nat. 18, 136 *lupinum* inpositum ... ventribus pro -o est. 23, 15.

δ in -o est *sim.*: Plin. nat. 8, 52 gustatus ... sanguis in -o est. 29, 84 in -o est, si quis eiusdem generis *phalangiorum* alterum percusso ostendat. 30, 72 spumam coclearum inlitam in -o esse tradunt.

ε -i est *sim.* (*cf. p. 1012, 1. 28sqq. et in var. lect. p. 1015, 72*): Plin. nat. 21, 118 *p. 1012, 36.* 28, 206 *p. 1015, 56.* 36, 147. Gell. 15, 1, 3 si quid ... posset -i fore, ut ne tam adsidue domus ... arderent. Arnob. nat. 7, 8 p. 350, 6 -i cuius est anser ..., ut ex eius *immolati* cruore medicina adhibeatur irato *deo*? Max. Tavr. 90, 1 hoc in illa *vita nostra in terra* -i solum videtur esse, quod brevis est.

**2** *locut. adverbiales*: α *variae*: pro -o: Pvblil. sent. N 47 pro salutis -o (*v. l. 45*). Liv. 9, 20, 5 cum *Campani* utrumque ipsi pro -o aegris rebus discordia intestina petissent. Colvm. 12, 36 hoc vino ... pro -o uti. Plin. nat. 26, 78 ad calculos vettonicam ... pro singulari -o bibere. Svet. Aug. 90 *p. 1013, 54. al.* in -o: Plin. nat. 28, 122 eadem *urina lyncis* ... iugulorum dolori monstratur in -o. β *finales*: *dat. finalis* -o (*cf. p. 1012, 32sqq.; c.* esse *v. p. 1015, 61sqq.*): Val. Max. 1, 8, 2 *p. 1013, 47* (*de persona, ut p. 1014, 45*). Colvm. 6, 17, 9 (*plur. ut*: Plin. nat. 11, 97 *p. 1012, 21.* 22, 118 non placent -is. 28, 56. 31, 99. *al.*). arb. 23, 2 -o placuit ..., si *eqs.* (*locum geminum v. p. 1015, 69*). *al.* in -um: *v. vol. VII 1, 766, 12sqq.* ad -um: Plin. nat. 24, 108 folia *acanthii* ... ad -a opisthotoni bibuntur. Pavl. sent. 5, 23, 19 quod *medicamen* ... ad -um datum erat. *al.*

**3** *iuncturae attributivae*: **a** *casus*: α *gen. indicans*: (I) *quid mali tollatur*: Ter. Haut. 539 id -um aegritudinumst. Ad. 294 miseriarum. Cic. Verr. II 3, 129 iniuriae ([*v. p. 1013, 10*]. Pvblil. sent. I 21 *p. 1013, 17*). Liv. 2, 45, 4 timoris (Sen. epist. 5, 7 Octavia 442 Qvint. decl. 253, 1). *al.* (II) *cui (rei) succurratur* (*exempla selecta*): Cic. Cluent. 51 ad omnia confugi ... -a ... causarum. Pvblil. sent. C 42 consilium in dubiis -um prudentis est. Cels. 4, 2, 1 singularum laborantium partium. Sen. benef. 7, 1, 2 animi (epist. 64, 8 Plin. nat. 28, 9). epist. 78, 5 totius vitae. Cvrt. 7, 5, 9 deficientis exercitus. Plin. nat. 10, 201 sitientium. Fronto p. 237, 4 desiderandi -um. *al.* (III) *quid efficiatur, obtineatur*: Pvblil. sent. I 52 incertus animus -um est sapientiae (*an ad l. 56sqq.?*). N 47 nihil turpe ducas pro salutis -o (Val. Max. 3, 8 ext. 6 *p. 1011, 57.* Filastr. 151, 3. Ambr. Hel. 3, 4 ieiunium ... -um s. *al., v. etiam p. 1014, 46sqq.*). Tac. ann. 1, 76, 1 -um coercendi fluminis (*item c. gerund.*: Apvl. flor. 15, 17 medendi -a [*nisi ad l. 51sqq.*]. Gaivs dig. 12, 2, 1 *p. 1014, 21. al.*). Ambr. epist. 10, 77, 18 sanitatis -um (Cassian. inst. 10, 14 *apostolus* filiis ... consilio salubri infert -a s. Vitae patr. Iurens. 74). *al.* (IV) *qua in re -um constet* (*exempla selecta*): Sen. dial. 6, 1, 6 (*ad Marciam*) illud ipsum naturale -um temporis ... in te ... vim suam perdidit (epist. 123, 4 Novatian. Cypr. epist. 30, 3, 3). Colvm. 6, 5, 3 -um ... *huius* radiculae. 7, 5, 5 -um ... medicaminis (*cf.* 7, 5, 16 *p. 1011, 65*). Ambr. paenit. 2, 6, 45 paenitentiae (*al., v. p. 1014, 50sqq.*). *al.* (V) *quis (quid) -um praebeat* (*cf. l. 44*): Plin. nat. 30, 98 eorum *magorum* -a ponemus. Vet. Lat. Eph. 6, 11 (*v. p. 1014, 66*) -um diaboli (Avg. serm. 4, 36 l. 828. *al.*). Firm. math. 7, 23, 11 desperati medicinae -is convalescunt (err. 16, 5 capta mens languoris vitio ... respuit -a m. Ps. Avr. Vict. epit. 16, 4. *al.*). Marcell. med. 14, 45 -um Cosmi medici ad anginam (16, 100. 22, 37 Procliani m. -um de experimento ad eparis suppurationes. 29, 55 de Prosdochi m. -is). *al.*

β *dat., sc. (in)commodi*: *in enunt. (ut non raro potius e verbo pendere putes)*: *v. p. 1013, 37. 1015, 2. 4. 8. 10. al.* *in titulo*: Cato agr. 159 intertrigini -um (*v. p. 1011, 47*). Plin. phys. Sang. p. 225 l. 15 spleneticis. p. 231 l. 5 desintericis. p. 275 l. 7 somno. *al. apud eundem.*

**b** *praepos. indicantes*: α ad *quid agendum -um adhibeatur*: Cic. Tusc. 5, 74 *p. 1013, 31.* Plin. nat. 14, 99 ad refrigerandos in morbis corporum ardores. 16, 199 ad continendos partus. *al.* Amm. 15, 10, 4 ad arcendum exitium. *al.* β *cui (rei) impugnetur*: contra: Pvblil. sent. R 14 -um ... c. fulmen quaerere. Ps. Sall. rep. 2, 8, 3 haec ego magna -a c. divitias statuo. Sen. dial. 9, 5, 1 c. tantam vim malorum. *al.* Plin. nat. 1, 8, 63 c. rabiem. 10, 152 *p. 1013, 52.* 16, 79 c. serpentium venena. 24, 118 (*de suco ruborum*) singulari -o c. mala oris oculorumque, sanguinem exscreantes *eqs. al.* ad: Cels. 4, 27, 1$^{D}$ add. l. 44 *p. 1015,*

[*Reineke*]

*36.* SCRIB. LARG. ind. capp. 46 ad sanguinis eruptionem ... -a. *al.* PETRON. 18, 3 ad tertianam. PLIN. nat. 37, 138 *iritem* ad ichneumonum morsus -o esse. *al.* adversus, adversum: CELS. 5, 27, 12^A *p. 1012, 3.* ORAT. imp. Claud. *p. 1014, 2.* SEN. dial. 12, 8, 1. nat. 6, 1, 6 *p. 1013, 48.* COLVM. 8, 5, 12 *p. 1013, 51. al.* ab: PLIN. nat. 8, 152 a morsu *canum.* in *c. acc.*: TAC. hist. 1, 20, 3 exauctorati ... tribuni ...; nec -um in ceteros, *qui Nymphidio faverant,* fuit, sed *eqs.* de: GALEN. sect. 4, 5 eadem de ipsis passionibus -a (*gr. τὰς αὐτὰς ἐπὶ τῶν αὐτῶν παθῶν ἰάσεις*). **γ** *cui (rei) succurratur*: ad: COLVM. capp. 58 ad eosdem *dentes.* PLIN. nat. 11, 205 ad lienem ... -a. MARCELL. med. 8, 128 ad oculos scabros ... -um praesens. *al.* contra: PLIN. nat. 24, 118 c. ... sanguinem exscreantes (*v. p. 1016, 74*). **δ** *unde -um comparetur*: ex *variis*: PLIN. nat. 1, 28, 2 ex homine -a (28, 10 *p. 1012, 51*). 1, 29, 9 ex lanis. 1, 29, 14 ex animalibus. TAC. ann. 4, 72, 3 ex bello. APVL. apol. 40, 1 ex piscibus. de experimentis: MARCELL. med. 8 tit. ad ... oculorum dolores ... -a diversa, etiam physica, de probabilibus e. 8, 20 (*sing.*). 8, 116. *al.*

**c** *enunt. secund. explicantia*: **α** *qua in re -um constet (saepe praeparatur per pronomen sim.), sc. per*: ut (*cf. p. 1015, 40sqq. 1016, 7*): CAES. civ. 3, 50, 2 nostri, *quos nocte hostes aggressi erant,* ... haec reperiebant -a, ut alio loco ignes facerent (TAC. ann. 13, 25, 4 non aliud -um repertum est, quam ut *eqs.*). PLIN. nat. 36, 107 novum ... -um invenit ille rex, ut *eqs.* (VEG. mil. 3, 16, 7 unum hoc -um ... invenerunt, ut *eqs.* 4, 6, 3 inventum ... -um est, ut *eqs.*). QVINT. inst. 11, 2, 29 eo ... -o utitor, ut *eqs.* TRAIAN. Plin. epist. 10, 55 *p. 1014, 5.* EDICT. imp. Constant. (CIL III 12043) 7 eiusmodi -i⟨a⟩ prospeximus, ut *eqs. al.* si (*cf. p. 1015, 45sqq. 69. 1016, 5sq. 13. 30*): PLIN. epist. 4, 13, 7 huic vitio occurri uno -o potest: si parentibus ... ius ... relinquatur *eqs.* VEG. mil. 3, 12, 6. *enunt. interrog.*: TERT. Scap. 4, 3 *proconsul* ipse dedit -um, quomodo responderent Christiani, ut dimitti possint. **β** *ad quam rem -um adhibeatur*: SCRIB. LARG. 163 *p. 1012, 12.* GELL. 15, 1, 3 *p. 1016, 17.*

**d** *adiectiva* (*selecta*): CIC. Cluent. 67 acrioribus (PLIN. nat. 22, 143 APVL. met. 5, 30, 5. *al.*). PS. SALL. rep. 2, 8, 3 magna (SEN. clem. 1, 22, 2 OCTAVIA 442 PLIN. nat. 1, 29, 17. *al.*). NEP. Att. 21, 2 -a celeria faciliaque (CASSIOD. var. 8, 33, 2). LIV. 2, 23, 15 lenibus (SEN. epist. 13, 14. *al.*). 34, 49, 3 vehementioribus (COLVM. 6, 32, 2). 45, 28, 3 salutarium (SEN. benef. 4, 28, 4 epist. 99, 29. *al.*). SEN. contr. exc. 4, 5, 2 temerariis. 6, 7, 2 graviora ipsis periculis. CELS. 5, 27, 12^A propria (*al., v. vol. X 2, 2103, 25sq., quibus addas* SCRIB. LARG. 200. *cf.* CELS. 3, 22, 9 suis). 5, 28, 3^D validioribus (AMM. 14, 6, 23 satis validum. BOETH. cons. 1, 5, 11). SEN. Oed. 515 iners malorum -um ignorantia est. benef. 3, 9, 2 efficacibus (SCRIB. LARG. 47 efficacissimum. *al.*). dial. 11, 7, 1 levioribus (TAC. ann. 3, 54, 1). 11, 8, 1 non quidem firmius -um, sed familiarius (BOETH. cons. 1, 6, 21). COLVM. 6, 5, 3 praesens (6, 14, 3 praesentissimum. *al.*). PLIN. nat. 8, 118 contra morsus ... praecipuum -um (11, 261. *al.* PLIN. med. 1, 6, 5. *al.*). 14, 99 singulare (15, 36. *al.* PLIN. med. 3, 4, 14 PS. APVL. herb. 74 l. 11). 20, 9 praesentaneo (*al., v. vol. X 2, 852, 24sqq.*). SERV. Aen. 6, 72 in quibus *libris Sibyllinis* erant fata et -a Romana (*adi. indicat, cui -um afferatur, ut*: AMBR. obit. Theod. 16 *misericors* in alieno -o vulnera sua curat). VEG. mulom. 1, 18 pro physico ... -o (*al., v. vol. X 1, 2063, 71sqq.; cf.* -a ph. et rationabilia *supra p. 215, 73sqq.*). *al.*

**4** *pro praedicativo accedit ad obi.*: SALL. Catil. 40, 3 *p. 1013, 63.* LIV. 2, 45, 4 *p. 1013, 36.* PLIN. nat. 10, 152 *p. 1013, 52.* TAC. Germ. 16, 1 *p. 1013, 56. al.*

*deriv.*: remedialis, remedio(r). *Reineke.*

**remelīgo** (-mil-?), -inis *f.* **[***voci subest verbum* *remello *'morari, retardare' tamquam oppositum verbo* pro-mellere *'promovere' (cf. vol. X 2, 1843, 22sqq., usu technico ibid. 25sqq.) et ipsum derivatum a radice* *melə̯₃- *'provenire' (cf. gr. βλώσκω, aor. μολεῖν 'ire', sloven.* molíti *'protendere'), quae aucta est infixo nasali* (*mel-n-ə₃- > *mella- > melle-) *vim factitivam q. d. afferente nec non suffixo* -īgo. *v. Walde-Hofmann II 427sq.; Leumann, Gramm. 1977, 369; Rix et al., Lex. der indogerm. Verben, ²2001, 433; Bock, Die einfachen thematischen Präsentien, 2008, 293sq. Mei.***]** *scribitur* -mel- FEST. *ter,* -mil- PLAVT. Cas. 804 (*cod. A; om. P*). GLOSS. *de notione*: FEST. p. 277 -es (-gens *cod.,* -genes *Paul.*) et remorae ⌊a remorando⌋ (*Müller,* memorando *cod.,* a morando *Paul.*) dictae sunt (*affert* AFRAN., PLAVT. *infra*). GLOSS. -es: remoratrices. [*restituit Leo loco corrupto* PLAVT. Mil. 1030 (ilico *trad.*).]

*respiciuntur mulieres moram interponentes* (*notione parum dilucida, vix per imag. nominis piscis p. 1030, 21, v. Barbara, Rev. Phil. 80, 2006, 239sqq.*): PLAVT. Cas. 804 quid illaec *mulieres* nunc tam diu intus re- morantur -es? AFRAN. com. 277 ⌊-o⌋ a Laribus missa sum hunc (hanc *trad.,* haec *Müller*) quae cursum cohib⟨eam⟩ (⌊ ⌋ *sunt qui agnoscant prosopop.*).

**rememinī,** -isse. *a* re- *et* meminisse. *i. q. repetendo meminisse*: VET. LAT. Is. 43, 18 (Tert. adv. Marc. 4, 1, 6) ne -eritis priorum (*v. p. 379, 10; gr. μὴ μνημονεύετε, Cypr. epist. 63, 8, 1* nolite ... meminisse, *Vulg.* ne memineritis).

**rememorābilis** NOT. Tir. 30, 19^a (*add. cod. V¹ al.*). *a* rememorare (-ari).

⁜**rememorātio,** -ōnis *f.* *a* rememorare (-ari). GLOSS. ⌊commenticium⌋: -o (⌊ ⌋ -tarium *Loewe, Glossae nominum, 1884, 34 dubitanter*).

*i. q. actio rememorandi, sc. ita ut aliquid*: **1** *memoria recolatur (gr. resp. ἀνάμνησις. pendet gen. obi. l. 18sqq., praepos.* de *l. 15, enunt. c.* quod *l. 13):* *in doctrina Platonis*: EXPOS. de Plat. 13 l. 14 doctrinam ... nihil aliud esse quam -em (*v. Plat. Phaedo 72^E*). BOETH. anal. pr. 67a22 quae in Menone (*81^D*) est oratio, quoniam disciplina *est* -o (*postea*: velut recognoscentes). *vario usu*: VET. LAT. psalm. 69, 1 (cod. 303. *al.*) psalmus David, in -em, quod salvum fecerit eum deus **(**VVLG. *al.* in -e, *cod. 300* in recordationem. *item respicitur titulus psalmi*: PSALT. Rom. 37, 1 [*sim.* VVLG.] psalmus David, in -e de sabbato [*cod. 300* in recordatione, *303. al.* in commemoratione]. HIL. in psalm. 69, 1 -is precatio ei competit, qui se incidere in oblivionem *dei* ... pertimescit. GREG. TVR. in psalm. p. 874, 26 in -e delictorum utique suorum. *al.***)**. MAX. TAVR. 98, 3 -e[m] ominum (omnium *vel* hominum *codd.*) sunt solliciti *superstitiosi.* PS. HIER. chron. exord. p. 44, 4. CIL X 4510 (*christ., a. 563*) quius (*i. cuius, sc. pueri defuncti*) -o dolum (*i. dolorem*) parentibus demisit. **2** *verbis repetatur* (*c. gen. obi.*): LIB. geneal. chron. I p. 170, 203 incipit -o (recommo- *var. l.*) Salae nepotis Sem (*cuius mentio iam facta est ibid. p. 165, 94sqq.*). BOETH. top. Arist. 164a3 oportet ... -es universaliter facere orationum *adversarii* (*gr. ἀπομνημονεύσεις*). *Bk.*

⁜**rememoro,** -āvī, -ātum, -āre *et* **rememoror,** -ātus sum, -ārī. *a* re- *et* memorare. *de genere et formis: sub 1 praevalet usus depon. (v. l. 38), sub 2 et 3 occurrunt non nisi formae pass. vel act.; perf.* -vit *v. p. 1019, 54.* *de notione v. l. 73. p. 1019, 47.* *legitur inde a* VET. LAT., PASS. Perp., IREN. [*veteris vel exquisiti sermonis propria sunt it.* rimemorare, *francog.* remembrer *et varia dial., prov., cat., hisp., port.* remembrar. *cf. M.-L. 7195. Battisti-Alessio V 3243. Wartburg X 237sqq. Coromines V 563. Corominas-Pascual IV 32. Houaiss² 2424. Schd.-Cr.*] [*confunditur in codd. c.* remorari *e. g.* HIER. interpr. Iob 24, 19 (*corr. manus alt.* CASSIOD. hist. 2, 5, 6; *in var. l. falsa p. 1059, 23*), memorare *l. 56 et e. g.* CONC.^S I 3 Rustic. p. 165, 6.]

*fere i. q. in memoriam referre*: **1** *reminiscendo, recordando* (*usu fere depon., sed act. v. l. 72. p. 1019, 1. 2. 4, pass. v. l. 58. 75. p. 1019, 3 et fort. l. 64; gr. resp.* (*ἀνα*)*μιμνήσκομαι, in Vulg.* recordari, *nisi aliud adnotavimus*): **a** *c. gen.* (*sec. usum gr.*): VET. LAT. gen. 40, 13 (cod. 101) -bitur Farao initii tui et restituet te ... in officio tuo. num. 11, 5 (Quodv. prom. 2, 14) -ti ... sumus piscium, quos manducabamus in Aegypto gratis, cucumeres, porros *eqs.* (*cf. l. 59*). Tob. 2, 6 (cod. 148, *sim. al.*) -tus sum sermonum prophetae Amos ([*Vulg.* memorans]. 8, 2 [cod. 148]. *cf. l. 62sq.*). psalm. 77, 42 (cod. 303, *sim. al.*) *Israelitae* non sunt -ti manus eius, qua die liberavit eos de manu tribulantium **(**Bar. 3, 5 [cod. 189; *Israelitae ad deum*] ne -are[s] iniquita[n]tium patrum nostrorum, sed -are m. tuae et nominis tui [*Vulg.* meminisse ... memento]**)**. Is. 63, 11 (Ps. Vigil. Thaps. trin. 2, 3 rec. II) *dominus* -tus est dierum aeternorum (Hebr. 10, 32 [Anian. Chrysost. hom. 15, 6 p. 26, 11] d. priorum [*cf. l. 61*]). Bar. 2, 32 (cod. 189; *loq. deus*) -buntur nominis mei ([*Vulg.* memores erunt]. 3, 5 *v. l. 48*). PASS. Perp. 1, 6 annuntiamus ..., uti ... -emini gloriae domini. IREN. 4, 33, 12 -tus est dominus sanctus mortuorum suorum (*v. p. 393, 16sqq.*). PS. PHILO antiq. 16, 3 (*loq. deus*) -bor saeculi. *ibid.* (*deus de seditiosis, cf. num. 16, 31sqq.*) perditio, *i. locus perditionis,* eorum non -bitur et erit exitus eorum sicut tribus gentium (memorabitur *var. l.*). *al.* **b** *c. obi. acc.* (*nom. in struct. pass.*): VET. LAT. num. 10, 9 (Orig. in Matth. ser. 52 p. 116, 22) -bimini in conspectu dei vestri (*sc. forma pass.; Vulg.* erit recordatio). 11, 5 (cod. 100; *loq. Israelitae*) -ti sumus pisces *eqs.* (*cf. l. 42*). deut. 32, 7 (cod. 400; *loq. Moses*) -amini diem saeculi ([*Vulg.* memento]. Hebr. 10, 32 [cod. 75. *al. et* VVLG.] -amini ... pristinos d.). Tob. 2, 6 (Lucif. non parc. 8 l. 62) -tus sum sermonem prophetae Amos ([*Vulg.* memorans]. 8, 2 [cod. 62]. *cf. l. 43sq.*). Os. 2, 17 (cod. 176; *loq. deus*) auferam nomen Bahalim ex ore eorum neque -buntur nomina illorum, *sc. deorum* (*sive depon. sive pass.* [*sc. -buntur nomina ab eis*]). Zach. 7, 10 (Ps. Aug. spec. 10 p. 364, 16) malitiam unusquisque fratris sui ne -emini in cordibus vestris (*gr. μνησικακείτω, Tert. adv. Marc. 4, 16, 3* meminerit, *Vulg.* cogitet). Matth. 26, 75 (cod. 14) -tus est Petrus verbum Iesu **(**Marc. 14, 72 [cod. 8, *sim. al.*]. Luc. 22, 61 [*ibid.; gr. ὑπεμνήσθη*]. HERM. vulg. vis. 4, 1 -tus sum v. [*Pal. 4, 1, 7* memoratus sum, *gr. ἐπανεμνήσθην*]. CONC.^S II 3, 1 p. 162, 2 ipsa ... v., quae tunc interlocutus sum, -ari non possum. *cf.* p. 164, 19 ista, *quae dicta sunt,* non possum -are [RVSTIC. -ari, *gr. II 1, 1 p. 175, 25 μνημονεύειν*]**)**. HIER. hom. Orig. in Ezech. 10, 5 p. 422, 31 'memineris et confundaris' (*16, 63*), id est, cum receperis peccata tua et -ta fueris, tunc confunderis **(**interpr. Iob 24, 19 -tum est peccatum eius [*Vulg. aliter*]. PS.

*[Palazzolo]*

Ambr. ad virg. dev. 2 p. 583[C] ut -es p. tua). Patric. conf. 2 ut vel sero -rem delicta mea. Isid. diff. 2, 97 sic animus pars eiusdem animae est, quo sentitur et sapitur ..., sicut memoria, qua meditata -antur. orig. 11, 1, 109 voluit ... eos *homines* natura uterum maternum -are. *al.* **c** *c. struct. verbali: (acc. c.) inf.*: Vet. Lat. Tob. 4, 1 (cod. 148, *sim. al.*) -tus est Thobis commendasse ⌞se⌟ pecuniam Gabelo (⌞ ⌟ *om.* cod. 62; *Vulg. aliter*). Rvfin. Orig. in lev. 3, 6 p. 311, 1 si -tus fuerit peccasse se (*postea*: qui sponte recordatus fuerit peccatum suum). *enunt. secund. c.* quod *sim.* (*gr. resp.* ὅτι): Vet. Lat. Tob. 4, 13 (cod. 148, *sim. al.*) -are, fili, quoniam hii omnes acceperunt *eqs.* ([*cod. 62* memor esto, *Vulg. aliter*]. psalm. 77, 35 [cod. 300. *al.*]. *al.*). psalm. 77, 35 (cod. 325, *sim. al. et* Vvlg.) *Israelitae* -ti sunt, quia deus adiutor est eorum (Matth. 5, 23 [cod. 3, *sim. al.*] si ... -tus fueris, q. frater tuus habet aliquid adversum te. *al.*). Matth. 27, 63 (cod. 4, *sim. al.*) -ti sumus, quod seductor ille dixit *eqs.* (Ioh. 2, 17 [cod. 3, *sim. al.*] q. scriptum sit *eqs. al.*). *enunt. secund. interrog.*: Vet. Lat. Luc. 24, 6 (cod. 13, *sim. al.*) -amini, qualiter locutus est vobis. Didasc. apost. 32, 19 *mulier* -ta fuerit, ubi debeat ire ... aut quia amic⟨a⟩e suae oblita est verbum ... dicere. *enunt. relat.*: Ps. Philo antiq. 3, 9 (*loq. deus*) -bor, qui inhabitant terram. Romvl. fab. 75, 9 rec. gall. *panthera* -ans, quae perpessa fuerit (*recc. vet. et W* memorata). Epist. Austras. 7, 5 -are, quae promisisti. **d** *nude*: Vet. Lat. Is. 43, 25 (Ps. Ambr. paenit. 2 p. 973[B]; *loq. deus*) ego sum, qui deleo iniquitates tuas et non -bor. Marc. 11, 21 (cod. 3, *sim. al.*) -tus Petrus ait: ‘rabbi, ecce arbor fici, quam maledixisti: aruit’.

**2** *in memoriam revocando, commemorando (accedit dat. l. 35, praepos. de l. 33): exempla varia*: Vet. Lat. Ezech. 29, 16 (cod. 176) *spem* -antem iniquitatem ([*gr.* ἀναμιμνῄσκουσαν, *Vulg.* docentes]. Vvlg. III reg. 17, 18 [*mulier Sidonia ad proph. Heliam*] ingressus es ad me, ut -rentur i. meae?). Iren. 3, 21, 2 l. 49 *deus* inspiravit Hesdrae ... praeteritorum prophetarum omnes -are sermones et restituere populo eam legem, quae data est per Moysem (*sed gr.* ἀνατάξασθαι). Vita Anton. prol. 4 l. 21 modica ... ⌞-ans⌟ scribam vobis (⌞ ⌟ -bo *cod.; gr.* μνημονεύσας). Alex. Trall. 1, 103 ut de mulsa debeamus ⌞-are⌟ (cod. Oxon. *ante corr.*, -ari Andecav., remorare *Paris.; gr. II 55* μνημονεῦσαι). Regvla mag. 31, 8 horam psallendi abbati aut fratribus, ne ... eos ... hora praetereat, ipsi ⌞universis⌟ -ent (⌞ ⌟ *Zelzer,* -sos *trad.*). *cum acc. dupl.*: Cassiod. hist. 2, 5, 6 *imperator* tyrannorum eos crudelitatem -ans et honorabilem pacem (*gr. Theodoret. 1, 7, 11* ἀναμιμνήσκων). Novell. Iust. 159 praef. p. 740, 9 *hi* dicebant *se* ... ideo positas nos -are leges (*gr.* ἀνεμίμνησκον). *cum enunt. secund. interrog.*: Galen. Agnell. in Galen. puls. 20, 1 *ea* in sequenti dicimus -antes, prius quanta[e] ... communicant (*gr.* ὑπομνήσαντες).

**3** *memorem reddendo, commonefaciendo* (*quis commonefiat, indicatur per acc. l. 46. 50. 54 [nom. in struct. pass. l. 52], dat. l. 47, de qua re, per praepos. l. 50*): Vet. Lat. Rom. 15, 15 (cod. 75, *sim. al.*) audacius ... scripsi vobis ... ex parte tamquam -ans vos (*gr.* ἐπαναμιμνήσκων ὑμᾶς, Pelag. *ad loc.* p. 116, 16 -ans vobis [*explicat*: recordans vos esse prudentes, sive: non ignaros doceo, sed commemoro ut scientes]; *Vulg.* in memoriam vos reducens). Iren. 1, 30, 11 Sophiam ... praemonentem et -antem homines in incorruptibile lumen et in primum hominem et de descensione Christi. Conc.[S] I 3 Rustic. p. 165, 6 *a me* clarum exemplum factum est et -tus es exemplo rei ([*gr. I 1, 2 p. 77, 21* ὑπεμνήσθης, *vers. Tur.* ammonitus]. Mvtian. Chrysost. hom. 23, 1 p. 377[med.] [*spectat ad Hebr. 11, 7*] apostolus *Paulus* ex familiari e. eos, *sc. Hebraeos,* -vit [*gr. p. 159[extr.]* ἀνέμνησε]).

*deriv.*: rememorabilis, rememoratio. *Palazzolo.*

**1. remendo** *v.* 1. remando. **2. remendo** *v.* remedio.

Punici sigan, ... idem **remenia** vocant *herbam symphoniacam, i. hyoscyamum* Ps. Apvl. herb. interpol. 4 adn. 26 (*cod. V*; Punici gingan, ... Friges rymenia *cod. Ha*). *obscurum; Diosc. gr. Vind. 4, 68* λύπημα *conferunt Howald-Sigerist.*

**remēnsūro,** -ātum, -āre. *a* re- *et* mensurare. *i. q. rursum mensurare: ineundo mensuram*: Grom. p. 348, 4 *Augustus* omnem terram ... fecit -ari ac veteranis assignari. *transmeando*: Gloss. V 328, 57 ⌞remenso⌟: -to (⌞ ⌟ *e. g.* pelago *Verg. Aen. 2, 181*). *?attribuendo* (*si explicationi aet. posterioris subesse putes Vet. Lat.*): Gloss. bibl. cod. Aug. ed. Labhardt n. 1928 remetietur (*Marc. 4, 24, cf. vol. V 1, 477, 56*): -bit.

**remēnsus** *v.* remetior. **rementus** *v.* reminiscor. *Bk.*

※**remeo,** -āvī, -ātūrus, -āre. *a* re- *et* meare. Not. Tir. 80, 41 -at. *de genere: c. acc. obi. int. p. 1024, 15, pass. impers. p. 1021, 74 et* Max. Tavr. 38, 4, *depon. in var. l.* Lex Burg. lib. const. 39, 4. *de notione*: Fest. p. 277 -are: redire (*affert* Afran. *p. 1020, 41*). Synon. Cic. p. 441, 32 redit. -at *eqs.* (*v. p. 507, 69*). Gloss. -at: ἀνακάμπτει, ἀναστρέφει, καταπορίζει, ἐπανέρχεται. *sim. al., e. g. p. 1021, 21.* *legitur in versibus inde a* Plavto, ?Enn. (*v. p. 1021, 13*), Afran., Verg. (*frequentius apud* Sen. *trag.,* Lvcan., Val. Fl., Sil., Stat.), *in orat. soluta inde a* Varrone, Cic. (*semel*), Liv., Sen. *philos.* (*frequentius apud* Plin. nat., Tac., Apvl. *et e. g.* Greg. M.). [*confunditur in codd. maxime c.* remanere, *e. g.* Colvm. 1, 8, 7 Plin. nat. 21, 73 Ps. Apvl. Ascl. 30 Avg. c. Pelag. 4, 8, 24 (*cf. p. 1023, 38*), remanare *p. 1007, 34,* remereri Ps. Avg. quaest. test. 127, 17.]

*fere i. q. retro meare, redire* (re- *praeverbium reversionem indicat ad locum sim. retro positum [sub I eodem, unde abitum est], ceterum maxime ad aliquid, quod vel prius est vel minus, inferius sim.; hic illic fort. i. q. iterum meare, e. g. p. 1024, 15 et sub p. 1022, 21 sqq. 47 sqq.; gr. respondet imprimis* ἐπανέρχεσθαι, *e. g. p. 1022, 64. 1023, 13 [cf.* κατέρχεσθαι *p. 1022, 16], ceterum e. g.* μετακινεῖσθαι *p. 1023, 72,* ὑποστρέφειν *p. 1022, 29; in contextu variat maxime c.* redire, *e. g. p. 1021, 61. 1022, 20. 35. 39, et* reverti, *e. g. p. 1022, 20. 36*): **I** *eodem fere -atur, unde abitum est, ubi quis (quid) prius fuit*: **A** *respicitur motus localis*: **1** *-ant animantes* (*quolibet modo euntes, nota e. g.* natando *l. 36,* navibus *l. 34,* pedibus *l. 50*): **a** *generaliter*: **α** *-ant homines* (*anima hominis a corpore soluta p. 1021, 66, dei l. 35*): ① *varia exempla* (*selecta inde a* Val. Fl.; *saepe domum vel in castra revertuntur*): Plavt. Asin. 228 (*loq. lena*) -ato audacter, mercedem si eris nactus: nunc abi. Liv. 9, 3, 7 *Pontius Samnis* consultus ab nuntio ... censuit omnes *Romanos* ... inviolatos dimittendos; quae ubi spreta sententia est iterumque eodem -ante nuntio consulebatur, censuit *eqs.* Sen. Phaedr. 121 (*loq. Phaedra*) non si ... *Daedalus* -et, ... promittat ullam casibus nostris opem. 217 (*nutrix ad Phaedram*) metue ac verere sceptra -antis viri. Colvm. 1, 8, 7 nec egredi terminos *vilicus debet,* nisi ut addiscat aliquam culturam, et hoc si ita in vicino est, ut -are possit (remanere *var. l.,* re manere *Lundström*). Lvcan. 5, 678 non tam -ans Caesar ... quam tacitā sua castra fugā comitesque fefellit. Plin. nat. 6, 106 *nautae sim.* ex India renavigant mense ... Decembri ...; ita evenit, ut eodem anno -ent. 12, 5. Val. Fl. 8, 268 *Iason* qua libuit -at cum virgine (*i. cum ea virgine, quae ei placuit; sunt qui* qua *pro adv. accipiant*). Tac. hist. 5, 22, 1 *legatus* profectus ... ad visenda castra ... navibus -bat. CE 271, 7 (*a. 134/8*) malas hominum ... numina fraudes ... fugēre, ... *nunc* per occultas -ant rimata latebras. Pallad. hist. mon. I 19, 3 p. 277[B] rursus natando -vit (*gr. p. 59, 12* διεκολύμβησεν αὖθις, *antea*: totum fluvium natando transmisit). *al.*

Ⓘ *cum additamentis selectis; indicatur*: Ⓐ *quo -etur*: ① *ad locum vel rem*: *varia exempla*: Plavt. Epid. 662 -bo intro, ut adcurentur advenientes hospites. Afran. com. 94 vetuit me sine mercede ... -are in ludum. Manil. 5, 579 *Perseus* ad litus -at ([*i. ad rupem, de qua vincta pendet Andromeda*]. Mart. Cap. 6, 666. Greg. Tvr. glor. mart. 71 velociter litori, de quo digressus fuerat, -vit). Mela 2, 1 per ... amnem *Tanain* in Maeotida -antibus ad dexteram Europa est, modo sinistro lateri innavigantium adposita. Sil. 7, 158 Campanas -at ... *Hannibal* in oras (*de primo eiusdem incursu cf. 6, 650 sqq.*). Tac. ann. 13, 47, 2 quoniam diverso itinere Sallustianos in hortos -verit *Nero.* *al.* *domum, in patriam sim.*: Ov. met. 15, 480 talibus ... instructo pectore dictis *Pythagoram* in patriam -asse ferunt (Ivvenc. 1, 286 p. -are parabant. *al.*). Plin. nat. 7, 176 (*e Varrone*) quendam, qui efferretur foro, *ut sepeliretur,* domum -asse pedibus (Apvl. met. 10, 26, 4 Arnob. nat. 2, 8 Ivvenc. 1, 47. *al.*). Sil. 1, 616 *senatores aetatis belli Punici* ad parvos curru -bant saepe penates (Stat. silv. 3, 5, 12 Euboicos fessus -are p. *cf. p. 1021, 22*). Tac. ann. 14, 25, 2 patrias in sedes (*cf. p. 1021, 8*). *al.* ② *ad hominem* (*v. etiam e. g. p. 1021, 47*): Liv. 9, 16, 3 legatis *pacem petentibus* ... triste responsum ab consule ... *redditum erat,* nisi praesidio Samnitium interfecto ... ne ad se, *i. ad consulem,* -rent. Stat. Theb. 9, 331 festinus ad oscula matris ... -at. Ivl. Val. 1, 15 l. 644 (*Alexander ad matrem*) -es ad coniugem, censeo, et redde te marito morigeram. *al.*

Ⓑ *unde -etur* (*fere domum*): Colvm. 1, 8, 20 *pater familias* et illa meminerit, cum e civitate -verit, deos penatis adorare *eqs.* Sil. 12, 605 Iuppiter Aethiopum -ans tellure *eqs.* Tac. ann. 1, 3, 3 Gaium -antem Armeniā ... mors ... abstulit. 2, 69, 1 Germanicus Aegypto -ans. *al.*

**β** *-ant animalia: aves* (*apes l. 69 sq.*): Varro rust. 3, 5, 7 *turdi* ex Italia trans mare -ant (*antea*: in Italiam trans mare advolant ... et eodem revolant. *item de avibus hieme aestateque loca commutantibus*: Plin. nat. 10, 66). 3, 7, 1 fit, ut agrestes *columbae* ... sequantur turres, in quas ex agro evolant suapte sponte ac -ant (*cf.* Nemes. ecl. 2, 65 *aedon* scit rursus -are domum *eqs.*). Colvm. 9, 8, 12 *apes* se recipiunt nec -ant ad aquam (*ad alveum*: Plin. nat. 11, 21. 21, 73). *al.* *varia* (*cf. p. 1021, 49*): Liv. 24, 3, 5 *sponte* greges ... nocte -bant ad stabula. Mela 3, 43 *tigres* proiectum *catulum* excipiunt et ad cubilia sua referunt, rursumque et saepius -ant atque idem efficiunt (*inde* Plin. nat. 8, 66). Plin. nat. 9, 7 exeunt *ex aqua* ... pecori similes beluae ... in terram pastaeque radices fruticum -ant (*sim.* 9, 36). *al.*

*[Fischer]*

**b** *specialia quaedam*: **α** *-ant, qui inter pugnam vel bellum et castra vel domum eunt (sc. fere milites, copiae sim., sed latrones l. 32; terga vertentes, receptui canentes v. p. 1023, 66sqq.)*: (I) *domum, ad castra revertentes*: (A) *varia exempla (selecta inde a* LVCANO*)*: ENN. frg. var. 91 *v. l. 13.* SEN. Ag. 580 (*loq. Clytaemnestra*) *Agamemnona virum* -asse laetor. Herc. f. 277 (*Amphitryon ad Herculem*) adsis sospes et -es tuis tandemque venias victor ad victam domum. MELA 2, 33 *Scione urbs* ab Achivis capto Ilio -antibus posita. LVCAN. 1, 690 patriae sedes ... in urbis. 5, 237 domitis Caesar -bat Hiberis. STAT. silv. 2, 1, 118 casus tarde -antis Vlixis. TAC. ann. 12, 17, 3 in regressu dispar fortuna fuit, quia navium quasdam – qu⟨ipp⟩e mari -bant – in litora ... delatas circumvenere barbari *eqs.* APVL. met. 7, 1, 3 castra nostra -astis *eqs.* LACT. inst. 1, 14, 10 (*ex Ennio, ut vid.*) Iovem adultum ... Titanum ... ac filios eius pugna vicisse, parentes vinculis exemisse, patri regnum reddidisse atque ita in Cretam -asse. DICT. 6, 2 *Troia capta* Graecos ad suos -are. *al.* *in imag. -are dicuntur* triumphi (*cf. Haskins, comm. 1887, ad l.*): LVCAN. 7, 256 (*Caesar ad milites ante pugnam Pharsalicam*) haec est illa dies, mihi quam Rubiconis ad undas promissam memini ..., in quam distulimus vetitos -are t. (B) *ad subi. accedit praedic. indicans, qua condicione sim. quis -et*: VERG. Aen. 2, 95 (*loq. Sinon*) si patrios umquam -assem victor ad Argos *eqs.* ([GLOSS. IV 163, 49 -assem: redissem]. SEN. Ag. 395 -at ... tandem ad penates v. Agamemnon suos. LVCAN. 2, 553 utinam ... sospes et Scythicis Crassus v. -asset ab oris. VAL. FL. 4, 589. *al.; cf. l. 51. p. 1022, 3*). 11, 793 (*loq. Aeneae socius*) haec dira meo dum vulnere pestis, *i. Camilla,* pulsā cadat, patrias -bo inglorius urbes. SEN. Ag. 191 *Agamemno* post ... versum Ilium captae, *i. Cassandrae,* maritus -at et Priami gener. 412 (*loq. praeco*) *Agamemno* -at ... victo similis, exiguas trahens ... victor classe de tanta rates. Herc. O. 295 *Hercules* incolumis illi *Iolae* -at. STAT. Theb. 9, 645 *Apollo* -bat ab armis maestus Echioniis. 12, 164 Thesea fama est Thermodontiaco laetum -are triumpho. TAC. ann. 15, 10, 2. APVL. met. 4, 8, 6 (*loq. latro quidam*) incolumi numero castra nostra petivimus et ... octo pedibus auctiores -vimus. *al.*

(II) *ad pugnam, bellum revertentes*: VAL. FL. 3, 127 leves de more manūs aciemque Pelasgum per noctem -asse ratus. SIL. 2, 188 (*in Poenorum pugna contra Saguntinos*) iamque aderat -ans virgo (*i. Asbyte, socia Poenorum*), inter proelia postquam distringi Therona *Saguntinum* videt *eqs.* 17, 233 (*Hannibal secum loq.*) ibo et castrorum relegens monumenta meorum, qua via nota vocat, -bo Anienis ad undas. *al.* TAC. ann. 3, 21, 4 *dux hostium* spargit bellum, ubi instaretur cedens ac rursum in terga -ans. HEGES. 1, 32, 6 p. 62, 6 (*loq. Herodes*) video ... illos *Arabes* ... in aciem -visse (*cf. gr. 1, 373 ἧκον*).

**β** *-ant, qui e missione sim. revertuntur (sc. nuntii, legati sim.)*: OV. met. 11, 632 Iris ... -at, per quos modo venerat arcus. SIL. 1, 573 (*Saguntini ad legatos, quos Romam mittunt*) mandati summa est: dum stat, -ate, Saguntōs. STAT. Theb. 3, 236 -at portans inmania Tydeus ausa. 7, 486 -at iam missus ... nuntius. 9, 66. TAC. Agr. 40, 2 libertum ... missum ad Agricolam ..., ne appellato quidem eo ad Domitianum -asse. *al.*

**γ** *-ant, qui (quae) submersi sub aqua ad summas aquas emergunt (cf. p. 1022, 40)*: MANIL. 5, 609 confessis subsedit belua membris plena maris summasque iterum -vit ad undas (re(g)navit *var. ll.*). LVCAN. 3, 702 *miles quidam,* ubi conprensum penitus deduxerat hostem, victor et incolumis summas -bat in undas (*cf. l. 20sqq.*). SIL. 14, 554. EVSTATH. Basil. hex. 7, 6, 11 (*in imag.*) de gurgite pelagi -antes revertamur ad terram (*gr. p. 161ᴰ ἀναδραμόντες ἐκ τῶν βυθῶν*).

**δ** *-ant, qui inter terram et caelum vel inferos eunt (sc. fere homines eorumve animae sim.; deus e. g. l. 64, Christus p. 1022, 3sqq.)*: (I) *ab inferis, mortuis ad terram revertentes*: SEN. Herc. f. 681 *ne* -andi amplius pateat facultas, *Lethe* flexibus multis gravem involvit amnem (*cf.* Herc. O. 1527 regnum canis inquieti, unde non umquam -bit *Hercules* [*coni. Leo,* -vit *trad.*]). Herc. O. 1767 (*Alcmene ad Herculem*) ad Tartara olim ... rediturus ibas; quando ab inferna Styge -bis iterum? 1952 (*1947* redis iterum) -are licet soli tibi? VAL. FL. 3, 387 patet ollis, *i. necatis,* ianua leti atque iterum -are licet. STAT. Theb. 2, 2 *Mercurius* gelidis ... umbris ... -at. *al.* *-at anima ad corpus*: PLIN. nat. 7, 174 reperimus ... *cuiusdam* animam relicto corpore errare solitam ... corpore interim semianimi, donec cremato eo inimici ... -anti animae veluti vaginam ademerint. AMBR. obit. Valent. 44 anima ... -bit ad corpus et faciet illud ... reviviscere. AVG. civ. 10, 30 p. 452, 23. ALC. AVIT. carm. 6, 227 Christus ... animam, vivos quae mox -ret in artus, ... efflaverat ore. *al.*

(II) *e terra revertentes*: (A) *in caelum, paradisum, ad deos sim.*: *vario contextu*: VAL. FL. 1, 567 (*Iuppiter Argonautis*) durum vobis iter ... caeli institui; ... sic orbe peracto Liber et expertus terras -vit Apollo. SIL. 9, 486 -antis in aethera divae, *i. Minervae.* APVL. Socr. 16 p. 155 vitā editā -andum est. ARNOB. nat. 2, 33 vos *gentiles* in aulam dominicam tamquam in propriam sedem -turos ... praesumitis. LACT. inst. 7, 20, 8 (*Stoicorum doctrina*) *animas* eorum, qui iusti fuerunt, ... ad sedem caelestem, unde illis origo sit, -are. *al.* *in religione Christ.*: MAR. VICTORIN. hymn. 3, 256 -ans victor ad patrem (*Christus ut*: GAVDENT. serm. 14, 5 pater ... caelestem thronum possidet, ubi [*i. quo*] -are filius ... perhibetur. AVG. in euang. Ioh. 69, 3. *al.*). AVSON. 2, 3 (153 S.), 24 (*antea p. 1008, 37*) nec solam -are animam, sed corpore toto caelestes intrare plagas. AVG. c. Pelag. 4, 8, 24 eos, qui Christi gratia liberantur, in paradisum -are. *al.* (B) *ad inferos, mortuos*: SIL. 13, 852 (*Sibylla Scipioni*) animas tibi, quae potant oblivia, paucas in fine enumerasse paro et -are tenebris. CLAVD. carm. min. 30, 150 -antem rursus ad umbras Phylaciden, *i. Protesilaum.*

**ε** *-ant, qui ab exilio, captivitate sim. domum vel in patriam revertuntur*: SIL. 9, 84 *Poenorum captivus* furtim castris evadit iniquis; sed fuga nuda viri; ... dextra -bat inermi. 14, 152 *qui olim Poenorum captivus erat,* patrias -arat ad oras. VLP. dig. 50, 16, 141 qui ab hostibus -bit. IVL. VAL. 2, 29 l. 935 *ut* ad patriam -rent. HEGES. 1, 2 Babylone -ans Israhel servitio exutus in suam terram sese recepit (*gr. 1, 70 κατῆλθεν ὁ λαὸς εἰς τὴν χώραν. item de Israelitis ex exilio revertentibus*: 5, 16 p. 329, 11 EXC. barb. p. 314, 24). 5, 16 p. 324, 10 (*cf. gen. 12, 10sqq.*) -at Sarra ditior salvo pudore, revertit Abraham sanctior (*antea*: rediit Sarra). *al.*

**2** *-ant res*: **a** *proprie*: **α** *sidera sim.*: MANIL. 1, 175 *ni ita esset,* non ageret cursus ... Phoebus ad occasum et numquam -ret ad ortus. GERM. 720 oceano Geminos -are relicto (*gr. 726 ἀνιοῦσι*). frg. 2, 11 anno solem -are videbis, moverit unde suos currus. SEN. Ag. 818 lege mundi Iuppiter rupta ... noctis geminavit horas iussitque ... tuas lente -are bigas, candida Phoebe. Oed. 233 mitia ... -bunt sidera Thebis. epist. 88, 15 agit illa *sidera* ... inevitabilis cursus; per statas vices -ant. COLVM. 10, 291 Eoo -at ... Lucifer ortu. EVSTATH. Basil. hex. 6, 8, 9 sole ad australem regionem de aquiloni partibus -ante (*gr. p. 137ᴬ ὑποστρέφοντος*). *al.* **β** *partes rerum (sc. restituuntur, redintegrantur, quae dissolutae erant)*: PLIN. nat. 6, 129 Tigris ... divisus in alveos duos, altero ... Seleuciam petit ..., altero ... campos Cauchas secat; ubi -vere aquae, Pasitigris appellatur. AVG. civ. 22, 19 p. 597, 24 si de limo vas fieret, quod rursus in eundem limum redactum totum de toto iterum fieret, non esset necesse, ut illa pars limi, quae in ansa fuerat, ad ansam rediret, ... dum tamen totum reverteretur in totum, id est, totus ille limus in totum vas nulla sui perdita parte -ret. DRAC. laud. dei 1, 400 deus ... ambos, *i. Adam et Evam,* coniunxit in unum et -at sua costa viro (*381sq.* subducitur una sensim costa viro, sed mox reditura marito). **γ** *navis (sc. quae ad summas aquas emergit [cf. p. 1021, 48sqq.])*: SIL. 17, 272 ratis aetherias -vit ad auras (*269sq.* unda ... puppim ... sub ... aequoris aggeribus tenuit ceu turbine mersam).

**b** *per speciem motus -are dicitur*: *id, quod recurvum, reflexum est*: MELA 1, 56 *Labyrinthus habet* paene innumerabiles vias multis ambagibus huc et illuc -antibus. *vestis corpus cingens*: APVL. met. 11, 3, 5 palla nigerrima ... circumcirca -ans (*v. p. 452, 27*).

**B** *sine respectu motus localis*: **1** *-ant, quae rursus apparent, contingunt, exsistunt sim.*: **a** *aetates, tempora sim. (respic. iteratio dierum, annorum sim.)*: TIB. 1, 4, 28 transilit aetas quam cito! non segnis stat -atque dies (SEN. Phaedr. 315 *non* suum tempus tenuere noctes et d. tardo -vit ortu. SIL. 15, 811 nondum -ante d. [*809* diem solisque vices nox abstulit atra]. *al.*). APVL. met. 9, 32, 2 -ans annus post *autumnum* ... ad hibernas Capricorni pruinas deflexerat (*cf.* AVSON. 9 [323 S.], 20 [*respic. dies natalis*] sexta tibi haec primo -at trieteris ab anno, Septembres notis referens natalibus idus. SACR. Leon. 955 anni cursu -ante). carm. frg. 4, 4 (*respic. dies natalis*) lux haec optata canatur, quae bis septeno vere tibi -at (AVSON. 25, 3 [339 S.], 5 nox obitura vicem, -verit aurea cum lux. *al.*). *al.* **b** *status animi vel corporis*: PLIN. nat. 7, 169 per singulas membrorum partes ... certis pestifer calor -at horis aut rigor. SIL. 12, 678 (*Hannibal ad milites*) -et, quaeso, mens illa vigorque, qua vobis ... integrare acies placitum. IVVENC. 1, 748 (*spectat ad Matth. 8, 8*) verbo satis est iubeas -are salutem (2, 343. 4, 324 ARATOR act. 1, 298). PALLAD. hist. mon. I 47, 18 p. 323ᴬ si ... iste ... deo semper gratias agat, rursus ad eum ... -bit scientia bonorum actuum (*gr. p. 140, 8 ἐπανέρχεται*). *al.* **c** *cetera exempla*: SIDON. epist. 2, 3, 1 licet ... in Lares Philagrianos patricius apex tantis post saeculis ... -verit *eqs.* ARATOR act. 1, 118 (*respic. act. 1, 24sqq.*) discipulis ... mystica causa dedit numerum -are priorem.

**2** *-ant, qui (quae) ad condicionem, actionem, statum sim. priorem vel solitum revertuntur (ad quem statum sim. -etur, aut e contextu intellegitur aut ostenditur, sc. fere per praepos.* ad *vel* in *c. acc.)*: **a** *homines (animus l. 74)*: **α** *ad quemlibet statum sim.*: SEN. Ag. 240 (*loq. Clytaemnestra*) amor iugalis vincit ac flectit retro, -emus illuc, unde non decuit prius abire (referemus *var. l.*, referimur *coni. Müller, fort. recte*). Phaedr. 180 furor cogit sequi peiora; vadit animus in praeceps sciens -atque frustra sana consilia appetens. AVG. conf. 9, 10, 24 (*visione trans-*

[Fischer]

*gressi erant fines mundi*) reliquimus ibi religatas primitias spiritus et -vimus ad strepitum oris nostri. Cod. Iust. 1, 51, 5 (*a. 415*) nemo in provinciis, qui semel ... cancellarii ministerium gesserit, ad eandem observationem aliqua ambitione iterum -are concedatur. *al.* **β** *ad salutem, sanitatem* (*respic. fere salus, integritas corporis; transfertur ad salutem spiritalem l. 9*): Apvl. met. 10, 11, 3 puer, *qui mortuus putatur,* ... dormit et protinus marcido sopore discusso -bit ad diem lucidam. Arnob. nat. 1, 48 p. 42, 20 debilium corpora ad suas -are naturas. Pass. Thom. 52 qui a libidine se tollit et ad castitatem redit, hic a praecipitio -at ad salutem. **γ** *ad fidem vel ecclesiam* (*ad diabolum l. 15*): Cypr. epist. 54, 4 ad ecclesiam caritatis ac pacis unitate -atis (59, 15, 3 [*antea*: redeunt]). Rvstic. c. aceph. p. 1169$^{C}$ ad -andum ad fidem domini Christi **(**Conc.$^{S}$ I 4 p. 43, 22 ad f. ... patrum -are sanctorum [*gr. I 1, 5 p. 129, 22 ἐπανελθεῖν*]**)**. Regvla mag. 88, 6 *ut, qui monachus fieri vult,* secum tractet, si debeat se ad deum firmare aut ad diabolum expedius -are. *al.*

**b** *res*: Sen. epist. 36, 11 (*antea*: diligentius docebo omnia, quae videntur perire, mutari) observa orbem rerum in se -antium. Ps. Apvl. Ascl. 30 *deus est* ipsa immobilis aeternitas, in quam omnium temporum agitatio -at et ex qua omnium temporum agitatio sumit exordium. Symm. or. 3, 2 ad honesta officia facundiam posse -are. Cod. Theod. 13, 6, 2 patrimonia naviculariorum, quae ... in extraneorum dominia demigrarunt, in corporis sui ius proprietatemque -ent. Iust. 6, 37, 26, 1 post completum ... tempus ad heredem isdem legatis vel fidei commissis -antibus *eqs.* *al.*

**3** *-ant, qui in scribendo, dicendo post digressionem sim. ad propositum redeunt*: Amm. 15, 12, 6 evectus sum longius, sed -bo tandem ad coepta (*sim.* 22, 16, 24). Clavd. Don. Aen. 2, 435 p. 209, 5 -vit ad ea, a quibus recesserat. Cosmogr. 2, 1 ad propositum.

**4** *-ant, quae ad originem vel auctorem suum revertuntur* (*sc. ita ut res effectae auctori, origini tribuantur*): Boeth. trin. 6 l. 363 M. si sententiae ... opitulante gratiā divinā idonea argumentorum adiumenta praestitimus, illuc perfecti operis laetitia -bit, unde venit effectus (*i. ad deum, ut vid.*).

**II** *-atur varia ratione*: **A** *respicitur motus localis retro directus*: **1** *-ant res*: **a** *per motum sursum directum*: Cic. nat. deor. 2, 118 eventurum ... putant *Stoici* ... ut ad extremum omnis mundus ignesceret, cum umore consumpto neque terra ali posset nec ⌞-ret⌟ aer, cuius ortus aquā omni exhaustā esse non posset (*aer, qui oritur ex aqua, sua levitate sursum ferri vid., cf. 117* aer fertur ... levitate sublimi, sed tamen in omnes partes se ipse fundit; ... naturā fertur ad caelum. ⌞ ⌟ remaneret *codd.* Prob. Verg. ecl. 6, 31 p. 340, 5). Aetna 330 summis decurrere ventos faucibus atque isdem pulsos -are **(***item de ventis*: Plin. nat. 2, 103 venti ingruunt inanes iidemque cum rapina -ant [*antea*: vapor ex alto cadit rursusque in altum redit]. 2, 134 vertex ... -ando distat a turbine [*cf. 132 vertex* inlisu ipso repercussus correpta secum in caelum refert]**)**. Plin. nat. 2, 142 *in divinatione* nec tam adventus *fulgetri* spectatur quam reditus, sive ab ictu resilit ignis sive ... igne consumpto spiritus -at. Apvl. met. 1, 19, 3 ut ... frustulum panis ... mediis faucibus inhaereret ac neque deorsum demeare neque sursum -are posset (10, 31, 2 color deae *Veneris* diversus in speciem, corpus candidum, quod caelo demeat, amictus caerulus, quod mari -at).

**b** *vario modo; -ant*: **α** *variae res*: Sen. dial. 1, 6, 9 haustus ignis cursum animae -antis interscidit. Lvcan. 9, 53 ne forte repulsus litoribus Phariis -ret in aequora truncus *Pompei.* Sil. 16, 66 -ans ... dextera ab ictu decisa est gladio. Cael. Avr. chron. 2, 11, 135 -antis materiae, *i. sanguinis,* causa laxiora transvorationis efficiuntur loca et aegrotantes ... sanguinem respuunt (*antea*: defluxerit *sanguis*). **β** *aquae*: Mela 3, 21 *Garunna* ubi obviis (obvius *trad.*) oceani exaestuantis accessibus adauctus est, iisdemque retro -antibus suas illiusque aquas agit, aliquantum plenior ... fit. Lvcan. 4, 113 tu, *Neptune,* -are vetes quoscumque emiseris aestus. Plin. nat. 2, 212 *aestus maris* bis inter duos exortus lunae adfluunt bisque -ant (*item de mari aestuanti*: Sil. 3, 55 mox -at gurges tractoque relabitur aestu). 5, 90 *Euphrates* increscit ... Nili modo statis diebus, ... minui incipit in Virginem e Leone transgresso *sole,* in totum vero -at in xxviiii parte Virginis. Tac. hist. 1, 86, 2 corrupta stagnantibus aquis insularum fundamenta, dein -ante flumine dilapsa.

**2** *-ant animantes* (*fere homines, sed animalia p. 1024, 5 sq.*): **a** *in re militari sim. respiciuntur, qui se recipiunt vel fugiunt, terga vertunt, receptui canunt* (*sc. fere milites sim., sed venti l. 71*): Lvcan. 8, 387 Medos proelia prima exarmant vacuaque iubent -are pharetra. Val. Fl. 4, 142 -are ... ocius **(***140 sq.* fuge ... certo ... passu, dum datur. *cf.* Clavd. Don. Aen. 1, 135 p. 37, 3 [*Neptunus ad ventos*] 'maturate fugam', hoc est celerius -ate**)**. Sil. 9, 31 vertere ... terga et -are. Heges. 5, 20, 2 p. 341, 22 *milites* non ante -andum putarunt, ... quam subiectis ignibus adolerent obsidialium instrumenta machinarum (*gr. 5, 477 οὐ πρότερον ἐκ τοῦ κινδύνου μετεκινήθησαν. antea*: proruentes ... non retractarunt). *al.* **b** *vario contextu* (*motus in alteram partem directus indicatur hic illic per verbum, quod praecedit, e. g. l. 1. 12*): Plin. nat. 2, 181 *cursori Alexandri* eunti cum sole iter erat, eundem -ans obvium *solem* contrario praetervertebat occursu. 30, 89 *qui stelionem capere volunt,* opponunt qu⟨asi n⟩assas, quarum angustiis etiam gaudet *stelio,* eo facilius exuens circumdatum torporem, *i. membranam*; sed relicto non potest -are (*sim.* Sil. 5, 51 *v. vol. IX 1, 114, 59*). Val. Fl. 6, 757 (*753 sq. Medea, postquam e moeniis proelium spectaverat,* muris digreditur) haud alio -at Medea tumultu (*i. animo perturbata, comparatur antea bacchantibus*). Svet. vita Plin. p. 93, 6 cum ... flagrante Vesuvio ad explorandas propius causas liburnica pertendisset, nec adversantibus ventis -are posset *eqs.* Apvl. met. 9, 18, 3 cum *amator* ... fide tenebrarum ... absconditus introrepere et intra momentum temporis -are posset. *al.*

**B** *sine respectu motus localis*: *-atur tempus, quod repetitur* (*v. Kießling-Heinze ad l.*): Hor. sat. 1, 6, 94 si natura iuberet a certis annis ⌞aevum⌟ -are peractum atque alios *parentes* legere *eqs.* (⌞ ⌟ *obi. int.*). *-are dicitur poena, quae prius constituta erat, cum exagitur, infligitur*: Cypr. Gall. iud. 570 *cum nemo aenigma a Samson positum solveret* (*iud. 14, 14*) et septem post poena dies -ret amicis, confusi struxere dolos. *-at quantitas, quae minuitur*: Boeth. arithm. 2, 1, 4 l. 35 si sit quadrupla proportio, primo ad triplam, inde ad duplam, inde ad aequalitatem usque -are (*syn. l. 37* redire). 2, 1, 6 l. 53 ex his ... ipsis idem si feceris, ad duplam *proportionem* rursus comparatio -bit (*l. 57* redigitur).

*appendicula syntactica; variis additamentis indicatur*: **1** *quo -etur (ad quem locum, statum, ad quam personam, actionem sim.; v. e. g. p. 1020, 38 sqq.): saepissime per praepos.* ad, in *c. acc. (c. pron. refl. v. p. 1023, 17) vel per adv.; per acc. nudum, sc.* domum *p. 1020, 50 sq. 69 et saepius, nomina urbium e. g.* Sil. 1, 276 Apvl. apol. 59, 1, *ceterum e. g. p. 1020, 49. 53. 1021, 12. 25; per dat. personae e. g. l. 18. p. 1021, 6. 28. 1022, 38, loci vel rei e. g. p. 1020, 43. 1022, 10.* *notio revertendi, retro eundi verbo inhaerens saepe additamentis acuitur, sc.* iterum *e. g. p. 1021, 50. 1023, 4,* retro *p. 1023, 57,* rursus *e. g. p. 1020, 36. 68. 72, sim. al.* **2** *unde -etur (ex quo loco, statu, ex qua actione, a qua persona sim.; v. e. g. p. 1020, 60 sqq.): saepe per praepos.* ab, de, ex *vel per adv.; per abl. nudum e. g. p. 1020, 62 sq. 1021, 63.* **3** *ubi vel qua via -etur: per adv., abl. loci, praepos.* per *vel* trans, *v. e. g. p. 1020, 43. 47. 65. 1021, 11. 43.*

*deriv.*: remeabilis (*sed v. p. 1008, 21*), remeaculum, remeatio, remeatus (-ūs).

*compos.*: irremeabilis. *Fischer.*

**remergo,** -sī, -ere. *a* re- *et* mergere. Not. Tir. 72, 78 -it. 72, 85 -sit. *i. q. rursus mergere*: Avg. conf. 8, 5, 12 (*in similitudine*) qui *expergisci volentes* tamen superati soporis altitudine -untur.

**rēmes** *v.* remex. *Bk.*

※**remētior,** -mēnsus sum, -īrī. *a* re- *et* metiri. *scribitur* remit- Vet. Lat. Marc. 4, 24 (cod. 11; remitt- cod. 8), *in var. l.* Matth. 7, 2 (Regula mag. them. or. dom. 58) *et hic illic in codd. rec.* Not. Tir. 72, 62 -itur. *de genere et formis: sensu passivo part. perf. p. 1025, 3 sqq. (in abl. absol., ut l. 70. p. 1025, 7 sqq. 11 sq.). 14, formae praes. p. 1025, 28 et impers. l. 68. p. 1025, 30 sqq.; nota etiam formas activas fut. in var. l.* -am *p. 1025, 26. ceterum fut.* -iebitur Vet. Lat. Marc. 4, 24 (cod. 11), *part. perf.* -titus Matth. 7, 2 (Ps. Ioh. Med. hom. 5 p. 755). *de notione* (*v. etiam p. 1025, 1*): Dosith. gramm. 74, 2 ἀναμετρῶ: -or. Gloss. IV 461, 27 recolligo: -or (462, 1 -or: r.; *fort. explicat p. 1025, 38*). V 328, 57 -so: remensurato. Gloss.$^{L}$ I Ansil. re 972 -so: recepto. 974 -or: reconsidero. *legitur in poesi singulis binisve fere locis apud* Lvcr., Verg. (*ter*), Sen. *trag.,* Val. Fl., Stat., Mart. *al., maxime part. perf., in hexametris semper in fine versus; in prosa orat. inde a* Sen. *philos., maxime in locis e sacra script. (v. p. 1025, 29 sqq.) pendentibus.* **[***confunditur in codd. c.* remittere *p. 1025, 51 et* Vet. Lat. Matth. 7, 2 (Lucif. Athan. 2, 4 l. 72); *in var. l. pro* metiri Plin. epist. 8, 11, 2 (*cf. p. 1025, 30 sqq.*).**]**

*i. q. rursus metiri (accedit adv.* retro *l. 68,* totiens *p. 1025, 6. 48; adhibetur reflexive p. 1025, 48; gr. resp. μετρεῖν p. 1025, 30. 32, ἀναμετρεῖν p. 1025, 50, ἀντιμετρεῖν p. 1025, 33); praeverbium spectat ad*: **1** *motum retro versum; actio fit*: **a** *spatium permetiendo, percurrendo, transeundo* **(***significatur actio et eundi et redeundi p. 1025, 6; iuxta ponitur* redire *p. 1025, 4. 9. 42* [rursus ire *p. 1025, 4*]; *opp.* emetiri *p. 1025, 15,* transcurrere *l. 74***)**: **α** *spatium, iter terrenum sim.* (*adde infernum p. 1025, 11*): Lvcr. 2, 516 ab ignibus ad gelidas iter usque pruinas finitum est retroque pari ratione -sum est **(**[*v. app. crit.*]. Stat. Theb. 3, 324 -sus i. ... Tydeus. Frontin. strat. 3, 11, 4 Viriathus, cum tridui i. discedens confecisset, idem illud uno die -sus *eqs.* Symm. epist. 4, 49 -so i. [*pass.*]**)**. Cvrt. 5, 3, 23 *Alexander* retro evadere ... iubet; xxx fuere stadia, quae -si sunt (Plin. nat. 2, 181 Alexandri cursor ... mille et ducenta s. ... confecit horis *paucis* ... -sus est). Tert. nat. 1, 18, 11 *gladiator quidam* inter venatorios ordine transcurso -sus est (*sc. ordinem*). Symm. epist. 7, 35, 3 tu potius -iri ad nos viam ... deberes. **β** *mare* **(***ipsam navigationem p. 1025, 9;*

[*Palazzolo*]

*non nisi sensu pass.; cf.* Gloss. IV 461, 48 -so: ⌞renavigato⌟ [*corr. Goetz in indice*]**)**: Verg. Aen. 2, 181 (*loq. Sinon*) quod ... *Danai* petiere Mycenas, ... pelago ... -so improvisi aderunt (Val. Fl. 2, 501 p. ... -so cauda *monstri* redit). 3, 143 rursus ad oraclum Ortygiae Phoebumque -so hortatur pater *Troianos* ire mari (Ps. Qvint. decl. 12, 16 nondum tibi obicio duplicata tempora *itineris* nec -sum totiens m. Marcell. chron. II p. 97, 508. Iord. Rom. 380 -so ... Adriatico m. Epiro revertitur). Prvd. perist. 5, 494 cernunt ... *fiscellam* vectam -so marmore labi retrorsum. Marcell. auct. chron. II p. 104, 535, 1 -so ... navigio Trinacriam redit. **γ** *fluvium* (*sc. transeundo; non nisi sensu pass.*): Val. Fl. 3, 227 illum *Coeum* fluviis et nocte *inferorum* -sa ... reppulit *Cerberus.* Clavd. 28, 302 -so ... Pado. carm. min. 31, 13 Nilo ... -so (*sc. a gruibus volantibus*). **δ** *caelum*: Prvd. ham. 850 exsuperat ... polum fervens scintilla, *i. anima in caelum rediens,* -sum (*pass.*). Macr. somn. 1, 6, 53 (*de motu lunae*) ad totam zodiaci latitudinem emetiendam -endamque.

**b** *mensurando, eādem mensurā reddendo* (*iuxta ponitur* reddere *l. 18 sq.*): **α** *eandem rem*: Sen. dial. 1, 3, 13 quidquid *vini* biberunt, vomitu -entur (epist. 95, 21 ingesta ... per os reddunt et vinum omne v. -untur). Mart. 6, 89, 5 fide summa testae sua vina -sus reddidit oenophori (*i. vesicae*) pondera plena sui.

**β** *aliam rem, sc. compensatione, retributione sim.*: Ⓘ *accedit obi. indicans id: quod alia re compensatur*: Ps. Qvint. decl. 12, 19 frumentum pecunia -imur (-amur *codd.*). *quod compensando redditur*: Ambr. epist. 8, 61 non tam -enda amicitiae munia quam cumulanda arbitror. Vvlg. Is. 65, 7 (*loq. deus*) retribuam in sinu eorum *peccatorum* iniquitates vestras ... et -ar (-am *var. l.*) opus eorum primum in sinu eorum. Avg. epist. 102, 27 in eadem ... mensura quamvis non aeternorum malefactorum aeterna supplicia -untur (*pendet e l. 30 sqq.*). Ⓘⓘ *pass. impers.*: Vet. Lat. Matth. 7, 2 (cod. 12, *sim. al.*) in qua mensura mensi fueritis, eādem -etur vobis **(**[*gr.* μετρηθήσεται, *cod. 3. al. et Vulg.* metietur]. *sim.* Marc. 4, 24 [cod. 5, *sim. al. et* Vvlg.] in qua mensura metieritis, -etur vobis [*gr.* μετρηθήσεται, *cod. 2* metietur]. Luc. 6, 38 [cod. 14, *sim. al. et* Vvlg.] eādem mensurā, qua mensi fuerit, -etur vobis [*gr.* ἀντιμετρηθήσεται, *cod. 4. al.* metietur]. *explicat* Tert. adv. Marc. 4, 17, 9 ut opinor, haec retributionem pro meritis provocatam sonant. *pendet e. g. l. 28***)**.

**2** *notionem iterativam*: **a** *percurrendo*: **α** *cogitatione, verbis sim.*: Verg. Aen. 5, 25 (*loq. Palinurus*) si modo rite memor servata -or astra (*sc. cogitatione; cf.* Serv. *ad l.* colligit). Sen. dial. 5, 36, 3 totum diem meum scrutor factaque ac dicta mea -or. Stat. silv. 4, 7, 54 omne ... mundi senium -sus (*sc. historiam omnium saeculorum scribendo*). Apvl. met. 1, 4, 6 tu sodes, qui coeperas, fabulam -ire (2, 20, 7 f. illam tuam -ire). **β** *temporaliter* (*fort. huc l. 48*): Sen. Med. 31 *Sol* non redit in ortus et -itur diem? Mar. Victor. aleth. 3, 612 (*spectat ad gen. 18, 10*) *Sara* te ... annum sole -so esse patrem faciet.

**b** *mensurando* (*accedit vis limitandi l. 48*): Sen. dial. 6, 21, 2 (*nisi ad aβ*) si *aetas nostra* omni tempori comparetur, cuius maior est mensura quam mundi, utpote cum ille, *sc. mundus,* se intra huius spatium *temporis* totiens -atur (ἐκπυρώσεων *causa multi mundi se tempori inserunt*). Hippocr. aer. 8, 13 in vas mensura infundens aqua⟨m⟩ pone⟨re⟩ sub divo, ut gelet ..., cum autem *calore* resolutum fuerit, ⌞-e⟨n⟩s⌟ aquam invenies aliquantum minus (⌞ ⌟ *Kühlewein,* remediens, remittens *var. ll.; gr.* ἀναμετρεῖν). *Palazzolo.*

※**rēmex,** -igis *m.* [*vox composita e subst.* rēmus *et* *ag-, *cui subest radix* *$h_2$eĝ- *'agere' (Rix et al., Lex. der indogerm. Verben,* [2]*2001, 255 sq.); cf. Leumann, Gramm. 1977, 393. Mei.*] *de origine*: Char. gramm. p. 111, 21 -x ... a remo agendo (*sim.* Prisc. gramm. II 278, 7 remigo -x -is. *cf. l. 63*). *scribitur nom. sing.* -mix Gloss. II 314, 7. 357, 50. 513, 22 *et* Not. Tir. 109, 91, -mes *p. 1027, 62.* *de formis*: Char. gramm. p. 110, 25 alia *nomina genetivum habent* per 'gis', ut ... -x -is (*sim.* p. 111, 18. 182, 21 [*e Romano*]. Prisc. *l. 56. al.*). *traditur abl. sing.* -i Aster. ad Renat. 5 l. 56, *gen. plur.* -ium Tac. hist. 4, 16, 3. 5, 23, 2 (*in var. l.* Bell. Alex. 20, 1 Symm. epist. 2, 4, 2 Vvlg. Is. 33, 21). *de notione* (*v. etiam p. 1027, 62*): Isid. orig. 19, 1, 6 -x vocatus, quod remum gerit. Gloss. V 142, 48 -es: gubernatores. Gloss.[L] II Philox. re 149 -es: ἐρέται, κωπηλάται. Corp. r 73 -x: roedra (*anglosax.*). *al.* *legitur inde a* Plavto (*bis*), Caecil. (*v. p. 1027, 24*), Catone (*bis*), *frequentius apud* Cic., Liv. **[***confunditur in codd. c.* regimen *p. 1027, 10. 23,* remigium *p. 1027, 71 (cf. l. 61); restit.* Vell. 2, 84, 1 re⟨mi⟩ges.**]**

*i. qui remum agit, remigat* (*gr. resp.* ἐρέτης *p. 1026, 68,* κωπηλάτης *p. 1027, 35*): **I** *proprie* (*proverbialiter p. 1026, 12, in compar. e. g. l. 75 sqq. p. 1026, 14. 1027, 15; notione per synecdochen dilatata respici vid. tota navis vel classis p. 1026, 18. 19. 1027, 2. 20*): **A** *quolibet contextu* (*disting.* gubernator *p. 1026, 14,* hortator *l. 75,* pausarius *p. 1026, 13,* portisculus *p. 1026, 16*): **1** *usu communi* (*exempla selecta inde ab* Ov.): Plavt. Merc. 696 coquos, quasi in mari solet hortator -es hortarier, ita hortabatur *Demipho.* Poen. 1314 *tu* plenior ali ulpicique quam Romani -es. Cic. de orat. 1, 153 ut concitato navigio, cum -es inhibuerunt, retinet tamen ipsa navis ... cursum suum intermisso inpetu ... remorum, sic *eqs.* (*cf.* Att. 13, 21, 3 *p. 1084, 36. ibid.* inhibitio ... -um). Hor. epod. 17, 16 laboriosi -es Vlixei (*de eisdem*: Sen. dial. 10, 13, 2. Ivv. 15, 22 citius ... crediderim ... cum -bus grunnisse Elpenora porcis. Boeth. cons. 4 carm. 3, 21. *v. etiam l. 24 sq.*). Prop. 2, 27, 13 iam licet et Stygia sedeat *amans* sub harundine -x, cernat et infernae tristia vela ratis *eqs.* (*cf.* Sen. Herc. f. 557 uno tot populi -e, *i. Charonte,* transeunt). Ov. am. 3, 6, 3 (*ad amnem*) nec tibi sunt pontes nec quae sine -is, *i. portitoris,* ictu concava traiecto cumba rudente vehat. ars 1, 368 (*proverbialiter*) hanc *feminam* matutinos pectens ancilla capillos incitet et velo -is addat opem. Sen. Tro. 920 (*loq. Helena*) sin rapta Phrygiis praeda -bus fui *eqs.* epist. 56, 5 pausarium ... -bus modos dantem. Qvint. inst. 5, 11, 26 ut -es sine gubernatore, sic milites sine imperatore nihil valere. Ivv. 4, 49 (*45* cumbae linique magister) cum -e nudo *piscante.* Fronto p. 227, 17 ut ... ⟨te⟩ portisculorum et -um visu auditque oblectares. *al.* **2** *sing. collect.*: Verg. Aen. 4, 588 vacuos sensit *Dido* sine -e portus (Manil. 5, 430. Drac. laud. dei 2, 799 *turba Hebraeorum* transierat salsos ponti s. -e fluctus. *cf. l. 10. p. 1027, 14 sq.*). 5, 116 velocem Mnestheus agit acri -e Pristim. Hor. epod. 16, 57 non huc Argoo contendit -e pinus **(***item respic. Argo*: Ov. Pont. 3, 1, 1 aequor Iasonio pulsatum -e primum *eqs.; cf.* Prop. 3, 22, 11 [*ad Tullum*] *licet* tuo Colchum propellas -e Phasim**)**. Prop. 3, 12, 34 Sirenum surdo -e adisse lacus *eqs.* (*item de comitibus Vlixis*: Ivv. 9, 150 Clavd. carm. min. 30, 23). Ov. met. 6, 445 iubet ille carinas in freta deduci veloque et -e portus Cecropios intrat (Sen. Thy. 438 sq. sic concitatam -e et v. ratem aestus resistens -i et v. refert. *cf. l. 12*). *al.* *usu repraesentativo q. d.*: Qvint. inst. 1, 10, 16 -em cantus hortatur.

**B** *in re militari*: **1** *praemonenda de notione et differentiis (iuxta ponitur* socius navalis *l. 66. p. 1027, 9); distinguitur*: miles (*aliter l. 74*): Cic. Verr. II 1, 87. 5, 100 -bus m.que dimissis. *al.* Bell. Afr. 1, 3 Liv. 22, 19, 9. *et saepius.* nauta: *v. vol. IX 1, 254, 5 sqq., quibus addas* Liv. 40, 4, 12 ad hortationem -um n.que. propugnator: *v. vol. X 2, 2137, 69 sq.* nauarchus: Cic. Verr. II 5, 101. Veg. mil. 4, 43, 2 in n. diligentia, in gubernatoribus peritia, in -bus virtus eligitur. gubernator: Caes. Gall. 3, 9, 1 -es ex provincia institui, nautas g.que comparari iubet. civ. 1, 58, 3 *nostri* minus exercitatis -bus minusque peritis g. utebantur. 2, 4, 1 Liv. 37, 30, 2. *al.; cf. e. g. p. 1027, 40 sqq.* defensor (*aliter l. 60*): Caes. civ. 3, 24, 3 unam ex his quadriremem cum -bus d.que suis ceperunt (*sim.* Bell. Alex. 16, 6). epibata: *v. vol. V 2, 660, 62 sqq.* classiarius (*aliter l. 73*): *v. vol. III 1278, 13 sq.* trierarchus: *v. l. 68.* mesonauta: Vlp. dig. 4, 9, 1, 2 (*e Pompon.*).

**2** *exempla usum illustrantia* (*selecta post* Liv.): **a** *usu communi* (*sc. formae plur. praeter l. 51 sq.*): Cato orat. 20 non aliud vinum bibi quam -es (remeans *trad.; cf.* Frontin. strat. 4, 3, 1 Catonem vino eodem quo -es contentum fuisse traditur). 145 C. Licinio praetore -es scribti cives Romani sub portisculum, sub flagrum conscribti veniere passim. Cic. Flacc. 30 in Asia -es imperabat (*i. postulabat ut*: 31. Caes. civ. 3, 32, 2 milites, arma, -es, tormenta, vecturae imperabantur. Liv. 26, 35, 5). Tusc. 3, 66 *milites Pompei* nihil aliud tum egisse, nisi ut -es hortarentur (*cf. l. 28. 33. p. 1025, 75*). div. 1, 68 -em quendam e quinqueremi Rhodiorum. 2, 114 -x ... de classe Coponi. *al.* Cass. Cic. fam. 12, 13, 3 dilectum -um magna contumacia civitatium tamen satis celeriter habuimus. Caes. civ. 2, 4, 2 piscatorias *naves* ... adiecerant ..., ut essent ab ictu telorum -es tuti. 3, 24, 1 naves ... per causam exercendorum -um ad faucis portus prodire iussit (Nep. Dion 9, 2. Frontin. strat. 3, 2, 2 milites -esque. Veg. mil. 4, 32, 2 gubernatoribus atque -bus et militibus. *cf. p. 1027, 7 sq.*). *al.* Bell. Afr. 7, 5 -es ..., qui aquatum e navibus exierant (*cf.* Alex. 10, 2 cum *Caesar* ... aquandi ... causa -es in terram exposuisset *eqs.*). 62, 4 reliqua classis ... egressis -bus passimque in litore vagantibus ... vacua a defensoribus stabat. *al.* Alex. 47, 2 capit ex eo proelio penterem unam ... compluresque -es Octavianos. *al.* Liv. 26, 35, 1 scripto ... exercitu de -um supplemento agi coeptum *est* (26, 35, 9. 26, 47, 3 ceteram multitudinem incolarum iuvenum ac validorum servorum in classem ad s. -um dedit *Mago. cf. p. 1027, 6*). 37, 16, 11 *dux armavit* non milites solum, sed etiam navales socios, ⌞-um⌟ turbam (nav⟨al⟩ium -um *var. ll.*). *al.* R. Gest. div. Aug. 23 q⟨uibu⟩s in classibus pugnaverunt praeter -es millia ho⟨minum tr⟩ia circiter (*gr.* τῶν ἐρετῶν). Const. veteran. (cil xvi 1; *a. 52*) 4 trierarchis et -bus, qui militaverunt in classe *quadam* **(***item fere in* Const. veteran., *e. g.* Année Épigr. 2002 n. 1771 [*a. 71*]. 2011 n. 1118 [*a. 77/8*]**)**. *ibid.* (cil xvi 24; *a. 79*) 20 ex -bus M⟨arco⟩ Papirio *eqs.* Tac. ann. 13, 30, 1 Clodius Quirinalis ... praefectus -um, qui Ravennae haberentur. Svet. Galba 12, 2 classiarios, quos Nero ex -bus iustos milites fecerat. Vlp. dig. 37, 13, 1, 1 in classibus omnes -es et nautae milites sunt. Veg. mil. 4, 37, 3 *scaphae* vicenos prope -es in singulis partibus habent. Clavd. 17, 332 *ut in ludis*

*[Monaco]*

stagna ... -bus spument inmissa canoris. *al.* **b** *sing. collect.*: CIRIS 111 hanc urbem ... fecerat infestam populator -e Minos. OV. epist. 3, 153 (*Briseis Achilli*) sive paras impellere -e classem sive manes **(**met. 8, 103 *Minos* classis retinacula solvi iussit et aeratas impelli [impleri *var. l.*] -e puppes**)**. LIV. 26, 36, 12 sine coercitione magistratus nec -e (-es *cod. P*) in supplementum nec stipendio res publica eguit. 35, 26, 2 provectos in altum cotidie -em militemque simulacris navalis pugnae exercebat (FRONTIN. strat. 4, 7, 19 Alcetas Lacedaemonius ... in ea *trireme* -em exercebat). 37, 10, 9 *se* non -em, non socios navales ad classem frequentes habiturum. *al.* SEN. Ag. 428 ut ... clara laetum -em monuit tuba *eqs.* (regimen *var. l.*). CVRT. 4, 3, 18 miles ministeria nautarum, -x militis officia turbabat. LVCAN. 3, 526 paribus ... lacertis Caesaris hinc puppes, hinc Graio -e classis tollitur. SIL. 7, 412 totus multo spumabat -e pontus (CLAVD. 22, 252 infesto spumavit -e Tethys. *cf. l. 1*). 12, 448 veniens sine -e classis, *sc. via terrestri tracta* (CLAVD. 8, 223 vile latens virtus ... veluti s. -e puppis). 14, 387 sed quater haec *navis* centum numeroso -e pontum pulsabat tonsis (HOMER. 170 tumidos valido pulsarunt -e fluctus. 185. *cf. p. 1026, 22*). 14, 488 *Marcellus* valido superabat -e ventos. 17, 435 (*loq. Laelius*) *ut* per ... insanos Tyrio fugeretis -e fluctus *Oenotriam tellurem.* CLAVD. 3, 335 -e Medo (nudo *var. l.*) sollicitatus Athos. *al.*

**II** *translate*: **A** *de quolibet operario*: CIC. de orat. 2, 40 unius cuiusdam ⌊operis, ut ait CAECILIVS, -em⌋ aliquem aut baiulum nobis oratorem descripseras (regimen *cod. unus; cf. 1, 263* operarium. ⌊ ⌋ *inde fingitur* com. 274 operis -x). **B** *de animali marino, sc. ceto Ionae* (*sec. Ion. 2*): SEDVL. carm. pasch. 1, 196 Ionas ... vastum ... per aequor venit ad ignotas inimico -e terras (remigante *cod. unus*). ENNOD. carm. 1, 11, 14 diro reductus *Ionas* -e. **C** *de re pro -e, sc. remo, adhibita: de pede*: DRAC. Orest. 375 (*loq. Dorylas paedagogus Orestis*) de qua *carina* solus inops evasi -e planta. *de ala* (*cf. p. 1028, 20sqq.*): VEN. FORT. Mart. 2, 326 -e pinnigero. *de cauda, sc. aquam pulsante* (*cf. p. 1028, 13*): VEN. FORT. Mart. 4, 274 *serpens* sulcans vada -e cauda. *de tabula*: VEN. FORT. carm. app. 1, 112 te peterem tabula -e vecta mari.

**III** *in imagine, quae pertinet: ad civitatem Tyriorum*: VET. LAT. Ezech. 27, 26 (Tycon. reg. 7 p. 78, 30, *sim.* VVLG.) in aqua multa deduxerunt te -es tui (*gr.* οἱ κωπηλάται). *al. in eodem capite.* VVLG. Ezech. 27, 8 habitatores Sidonis et Aradii fuerunt -es tui, sapientes tui, Tyre, facti sunt gubernatores tui. *ad navem ecclesiae sim. in salutem hominum institutam*: PAVL. NOL. carm. 32, 159 prior illa salus, quam perdidit immemor Adam tunc vento suadente malo, nunc -e Christo ... resurget. epist. 9, 2 spiritu veritatis gubernatore ac dei verbo -e dirigamur ad portum voluntatis nostrae **(***item disting.*: OP. imperf. in Matth. 23 p. 755^extr.^ navigat *ecclesia* ... instructa fidei gubernaculo ... per huius saeculi mare, habens deum g., angelos -es. CASSIOD. in psalm. 106, 23 l. 299 sic ... mare ... transitur, si tutissimis navibus insidatur, ubi g. est Christus, ubi -es apostoli**)**.

*deriv.*: remigium, remigo; *cf.* remiga.

*compos.*: semiremex. *Monaco.*

**remicat** NOT. Tir. 67, 14. *a* re- *et* micare (*ad integrandam seriem compositorum fictum?*). *Bk.*

**rēmīga,** -ae *m.* [*v. sub* remex *et cf.* aurīga. *Mei.*] *i. q. remex*: VITA Roman. rec. (BHL 7306) 9 obtentu sacerdotis, non viribus -arum prospera navigatione peracta. *Sx.*

**rēmigāmen,** -inis *n.* *a* remigare. *i. q. remigium* (*in imag. respicitur flammarum incitatio ramis vibrantibus effecta*): FVLG. aet. mund. p. 148, 7 *tonitrua et fumus* divinitatis testabantur adventus (*exod. 19, 16. 18*); ignis quoque hilaro -e coruscantior crispatis anhelo vibramine ligulis ... rubi ramulos ... lambebat (*exod. 3, 2*).

**rēmigātio,** -ōnis *f.* *a* remigare. *i. q. actio remigandi*: CIC. Att. 13, 21, 3 motum ... vehementiorem ... -is navem convertentis ad puppim. MVTIAN. Chrysost. hom. 34, 3 p. 453^med.^ quod labore -is non fuerint fatigati *nautae* (*cf. gr. p. 235^med.^* ταῖς κώπαις προσταλαιπωρεῖν).

remes (*i.* -x): **rēmigātor** GLOSS. (*inde correxit Goetz* GLOSS. remigor: nauta vel remex). *a* remigare. *Bk.*

※**rēmigium,** -ī *n.* [*a* rēmex, *cf. Leumann, Gramm. 1977, 293. Mei.*] NOT. Tir. 109, 93 -um. *gen. sing.* -gi LVCR. 6, 743 (-o *trad., corr. Lachmann*). *de notione v. p. 1028, 24. 56. 58. 66 et* GLOSS. -um: κωπηλασία. εἰρεσία. -o: gubernatione. *legitur in versibus apud* PLAVT. *et inde a* CATVLLO, LVCR., *in orat. soluta inde a* CIC. [*it.* remeggio, *cat.* remig. *cf. M.-L. 7196. Battisti-Alessio V 3227. Cortelazzo-Zolli² 1343. Coromines VII 232. Schd.-Cr.*] [*restit. pro* navigium *p. 1028, 75; in falsa var. l. pro* remex VEG. mil. 4, 37, 1 CLAVD. 28, 137.]

**I** *i. q. apparatus remorum*: **A** *usu communi*: **1** *proprie* (*exempla selecta inde a* LIV.; *hic illic per synecdochen pro tota nave adhiberi vid., e. g. p. 1028, 10. 11; plur. pro sing. p. 1028, 4*): PLAVT. Asin. 157 -o veloque, quantum poteris, festina et fuge (*v. Otto, Sprichw. n. 1521*). CATVLL. 64, 13 torta ... -o *Argūs* spumis incanuit unda. CIC. Tusc. 5, 114 (*nisi ad II*) quae acies, quod -um, qui motus hominum ... non ... expictus est *ab Homero*? VERG. georg. 1, 202 (*nisi ad II*) qui adverso vix flumine lembum -is subigit. Aen. 5, 280 (*271* amissis remis atque ordine debilis uno) tali -o navis se tarda movebat **(***explicat* CLAVD. DON. p. 453, 22 sq. navis exarmata remorum subsidiis. *ad II trahere vid.* GLOSS.^L^ I Ansil. TA 131 tam claudo remorum pulso [*i.* pulsu]**)**. HOR. carm. 1, 14, 4 nonne vides, ut nudum *sit* -o latus *navis*? OV. epist. 2, 47 (*Phyllis ad Demophoonta*) -um ... dedi, ⌊quod me fugiturus haberes⌋ (quo me f. abires *var. l.*). ars 2, 126 Calypso -o ... aptas esse negavit aquas. 2, 671 aut mare -is aut vomere findite terras (fast. 3, 586). SEN. suas. 1, 2 inagitata -o vastitas *Oceanus est* (*coni. Faber,* remissio *trad.*). PLIN. nat. 11, 88 *scorpionibus* pandentibus bracchia ut -a. 11, 264 *caudae* in dexteram ac laevam motae ut -o quodam inpellunt *pisces.* SIL. 14, 425 (*nisi ad II*) *nave incensa* trepidatur omisso summis *foris* -o. TAC. Germ. 44, 2 (*antea p. 1082, 55*) solutum ... et mutabile, ut res poscit, hinc vel illinc -um (hist. 3, 47, 3. *cf.* ann. 2, 6, 2 converso ... repente -o). *al.*

**2** *transfertur ad apparatum, instrumentum remis simile, quo aliquis (aliquid l. 31) se propellit* (*in compar. supra l. 13 sq.; accedit gen. explic. praeter l. 26. 28 sq. 40*): **a** *per aëra, sc. de alis*: **α** *corporaliter*: LVCR. 6, 743 -i oblitae pennarum vela remittunt *aves volantes super lacum Avernum* (APVL. flor. 2, 10 Socr. 8 p. 140 AMBR. exc. Sat. 2, 59. *al.*). VERG. Aen. 1, 301 volat ille *Mercurius* per aëra magnum -o alarum **(**[*cf.* GLOSS. IV 462, 2 regimentum pinnarum]. 6, 19 *Daedalus* sacravit -um a. HEGES. 3, 2, 1 p. 185, 30. *al.; cf. l. 34 sq.***)**. OV. ars 2, 45 *Daedalus* -um volucrum, disponit in ordine pinnas. met. 8, 228 *Icarus* -o ... carens non ullas percipit auras. APVL. met. 5, 25, 1 -o plumae raptum maritum *Psyches.* 6, 15, 5 *aquila* -um dextra laevaque porrigens. AVIEN. Arat. 642 *Cycnus* dextro late Cepheida dextram radens -o (*gr. 280* ταρσοῖο). *al.* *vox aëre tamquam -o vehitur*: AMBR. hex. 6, 9, 67 vox ... aëris quodam -o vehitur et per inane portatur. **β** *incorporaliter*: AMBR. fug. saec. 4, 17 accedamus ... fidei suffragio subnixi et eius -is elevati ad illam sedem gratiae. in psalm. 118 serm. 14, 38, 2 *ne* cunctandum putes, quomodo tibi volandum sit, quibus alarum -is. ENNOD. epist. 5, 8, 3 p. 131, 12 *famam* mille alarum fabricatam -is. *al.*

**b** *per aquam*: **α** *corporaliter* (*cf. l. 14*): STAT. Theb. 9, 250 mediis ... in fluctibus heros ... pedum ... -o sustentat equum. PLIN. nat. 9, 38 quorum *cornuum* in natando -o se adiuvant *testudines cornigerae.* NOVATIAN. cib. Iud. 2, 12 (*spectat ad lev. 11, 9* pinnulas) in piscibus ... ea ... munda, quae essent cooperta squamis et armata -is. HEGES. 4, 15, 2 p. 264, 8 resupinus cessantibus brachiorum -is interibat (PAVL. NOL. epist. 24, 7 CASSIOD. var. 8, 10, 9. *cf.* SEDVL. op. pasch. 3, 6 p. 235, 15 brachiali -o). **β** *incorporaliter*: AMBR. Iac. 2, 10, 44 an non beatus, qui potuit ... pietatis ... -o servare integram in tantis fluctibus passionem? (-um *var. l., quam def. Nauroy, qui et* integrum *et* passionum *legit; spectat ad IV Macc. 7, 3* τοὺς τῆς εὐσεβείας οἴακας). spir. 2 prol. 14 naves ..., quae ... tutum -um salutis exhibeant. PRVD. c. Symm. 1 praef. 60 catholicam nil ... profuit puppem nasse sacri -o stili, quem Paulus variis gentibus edidit. PETR. CHRYS. serm. 20, 4 *navicula Christi* confessionum -is enatat. ENNOD. epist. 2, 9, 2 p. 49, 1 -um vestris dicitis deesse conloquiis (*postea*: remis opus est, quotiens nullo flaminum puppes iuvantur inpulsu). *al.*

**B** *metonymice respicitur turba remigum* (*plur. de singula turba p. 1029, 1; accedit gen. explic. l. 73*): **1** *agitur de navibus remigibus instruendis* (*quaedam ad A1 trahi posse non negaverimus*): VERG. Aen. 3, 471 *Helenus* addit equos additque duces, -um supplet (*explicant* SERV. nam multos ... perdiderat. GLOSS.^L^ I Ansil. RE 981 remigum numerum. *v. etiam l. 59*). 8, 80 *Aeneas* geminas ... legit de classe biremis ⌊-o⌋que aptat **(**SERV. auct. id est ad -um, officium remigantium [⌊ ⌋ *sc. pro dat., ut locus ad II pertineat*]; alibi pro turba remigantium [*affert l. 55*]. CLAVD. DON. p. 125, 29 sq. has *naves* instruit remis et aptas cursibus praestat [*ut ad A1 pertineat*]**)**. LIV. 21, 22, 4 aptae instructaeque -o ... quinqueremes erant (*cf. Polyb. 3, 33, 14* ἐχούσας πληρώματα πεντήρεις). 26, 39, 7 *Romanus* suppleverat -o naves. AVSON. app. A6 Od. 2 (446 S.), 9 instructo ... -o et nave deducta (*cf. ibid.* 13 [457 S.], 4 -o et necessariis omnibus navis instruitur). **2** *exempla cetera*: HOR. epist. 1, 6, 63 -um vitiosum Ithacensis Vlixei, cui potior patriā fuit interdicta voluptas (*explicat* PORPH. συνεκδοχικῶς socios eius dicit). LIV. 26, 51, 6 -um classicique milites ... agilitatem navium ... experiebantur. 37, 11, 3 (*37, 10, 12* remiges) *quidam Antiochi miles aperit* -um omne Magnesiam missum. LVCAN. 4, 424 (*nisi ad A1*) *ratis non* gerit expositum telis in fronte patenti -um. STAT. Theb. 5, 345 mediis intersonat Orpheus -is. TAC. ann. 12, 56, 2 Claudius ... spatium *lacus* amplexus ad vim -i, gubernantium artes, impetus navium et proelio solita. 14, 4, 3 *Agrippina* sueverat triremi et classiariorum -o vehi. 14, 39, 3 *Suetonius* paucas naves in litore -umque in iis amiserat. 16, 2, 1 dantur triremes et delectum -um iuvandae festinationi (*coni. Boxhorn,* navigium

[Fischer]

*trad.*). Mart. Cap. 2, 113 (*de nave Solis, cf. 2, 183*) nescit, an Solis -a vigilarent.

**II** *i. q. actio remigandi* (*exempla potiora, fort. huc e. g. p. 1028, 2 sq. 15; abl. praeter l. 15, plur. l. 14*): **A** *exempla varia*: Plavt. Bacch. 289 ubi portu eximus, homines -o sequi, neque aves neque venti citius. Mil. 747 (*loq. dominus*) si illis *servis* aegrest, mihi quod volup est, meo -o rem ˌgeruntˌ (gero *var. l.*, remigo *Klotz; in proverbio ad meam gubernationem, i. arbitrium sim., pertinere vid.*). Bell. Alex. 13, 4 *Alexandrini* in portu periclitati -o, quid quaeque earum *navium* efficere posset *eqs.* Verg. Aen. 8, 94 olli -o noctemque diemque fatigant. Liv. 26, 39, 13 prorae inter se iunctae haerebant, puppes alieno -o, *i. alterius navis,* circumagebantur. 28, 30, 9 nequiquam -o in contrarium tendentes. Sen. Herc. O. 1074 inferni ratis aequoris nullo -o venit. Amm. 24, 6, 5 ni ... classem omnem properare citis -is adegisset *Iulianus.* Clavd. Don. Aen. 5, 835 p. 523, 27 ('laxabant membra ... sub remis fusi ... nautae') sic ..., ut -i sollicitudinem non ... viderentur omisisse (*postea*: manente officii sollicitudine). Veg. mil. 4, 45, 2 longo -o fatigati sunt hostium nautae. *al.* **B** *ad indicandum spatium remigando dimensum*: Plin. nat. 6, 174 Isidis portus decem dierum -o ab oppido Adulitarum distans (9, 6 sinus xii d. et noctium -o enavigatus ... regi).

※**rēmigo,** -āvī, -ātum, -āre. *a* remex (*item* Evtych. gramm. V 459, 3 [*vice versa p. 1025, 56*]). Not. Tir. 109, 92 -at. Gloss. -o: *κωπηλατῶ*. -ant: *κωπηλατοῦσιν*. Gloss.[L] III Abol. su 27 subigitant (*vix recte; ad Verg. Aen. 6, 302* subigit *pertinere putat ed.*): -ant, compellunt (*item* Gloss. V 514, 18). *legitur inde a* Cic. [*a serm. docto haud aliena it.* remigare, *sic.* rimijari. *cf. Faré, Postille 7195a. Battisti-Alessio V 3227. Cortelazzo-Zolli*[2] *1343. Schd.-Cr.*] [*in falsa var. l. pro* eremigare *l. 52,* remigrare *l. 62; loco corrupto et coniecturis vexato* Tac. Agr. 28, 1 (*in seditione*) uno *gubernatore* -ante, suspectis duobus eoque interfectis (*sunt qui intellegant aut gubernatorem se remigibus aggregare aut -are esse i. q. gubernare*); *olim edebatur e lect. falsa* Qvint. inst. 8, 6, 18 (*v. app. crit.*); *loco dubio* Optat. 5, 3, 2 inter licet vestrum et non licet nostrum nutant et -ant animae populorum (*i. q. 'dubitare' fere interpretes, sed imago vix perspicua est; fort. corruptela latet*). *medii aevi vid.* Carm. Inscr. christ. Rossi II p. 245 n. 4 aëra cum quadris -ans ... alis (*fort. 'Lucanus cervus' L.*; semigans *trad.*).]

*i. q. navem remis propellere* (*part. praes. ponitur pro subst. l. 46. 47 sq.*): **1** *proprie* (*in imag. l. 41; -ant homines passim, classis l. 43, dux navis l. 43*): **a** *sine obi.*: Cic. Tusc. 4, 9 (*in imag.*) utrum ... mavis, statimne nos vela facere an quasi e portu egredientis paululum -are? Att. 13, 21, 3 *v. vol. VII 1, 1592, 29.* Caes. Gall. 5, 8, 4 non intermisso -andi labore. Bell. Alex. 46, 2 (*in pugna navali*) celerrime fortissimeque contra illo -ante. Prop. 4, 6, 47 quod classis *Antonii* centenis -et alis (-at *codd. det.*). 4, 7, 56 turba *mortuorum in Styge fluvio* ... diversā -at omnis aquā. Sen. epist. 122, 19 contra illam *naturam* nitentibus non alia vita est quam contra aquam -antibus. Cvrt. 9, 9, 7 ingenti alacritate nautici -ant. Frontin. strat. 1, 5, 6 consul ... resupina navigia magna -antium vi concitavit. Tac. Agr. 10, 5 mare ... grave -antibus *esse* perhibent *exploratores. al.* **b** *cum obi. indicante: locum vel spatium* (*cf. l. 35*): Vet. Lat. Ioh. 6, 19 (cod. 4, *sim. al. et* Vvlg.) cum *discipuli* -assent stadia *tot eqs.* (*gr. ἐληλακότες*). Mart. Cap. 6, 619 pars, quae vergit in Caspium mare, a Macedonum classibus -ta (*pendet e Plin. nat. 2, 168* eremigatus [-tus *var. l.*]). *navem*: Clavd. rapt. Pros. 2, 178 missam ... Pado qui -at alnum.

**2** *translate i. q. per aëra more -antis moveri* (*cf. l. 35*): Drac. Romul. 6, 79 -at ammotis pennarum plausibus ales. Verec. in cant. 2, 12 -antibus pennis longius evolat *aquila.*

*deriv.*: remigamen, remigatio, remigator.

*compos.*: ad-, e-, ir-, subremigo.

[**rēmigor** *v.* remigator.]

**remigro,** -āvī, -āre. *a* re- *et* migrare. Not. Tir. 89, 72 -at. [*confunditur in codd. c.* remigare Plavt. Epid. 569 Poen. 47 Cic. Tusc. 5, 62 fam. 9, 18, 4.]

*i. q. rursus migrare, sc. ad locum, statum sim., ubi quis (quid) iam antea versatus (versatum) est* (*sed v. l. 71. p. 1030, 14; quo -etur, indicatur praeter l. 73. p. 1030, 9*): **1** *proprie (in imag. l. 70) -ant*: **a** *homines* (*anima p. 1030, 5, per prosopop. p. 1030, 1*): **α** *qui domum vel in domicilium pristinum redeunt*: Plavt. Persa 685 (*iocose*) quid ei nummi sciunt (*i. possunt*)? :: ... facere, uti -et domum *filia* (Cic. ac. 1, 13 [*in imag.*] quid ... Antiocho id magis licuerit ..., -are in d. veterem, *sc. Academiam ut domum naturalem,* e nova, quam nobis in novam e vetere? *cf. p. 1030, 4*). Cic. fam. 9, 18, 4 Romam tibi -andum est (Nep. Att. 4, 5 Liv. 6, 4, 5). 13, 2 subitum est ei *sculptori* -are kal‹endis› Quint‹ilibus› (demigrare *coni. Corradus*). Caes. Gall. 4, 4, 6 *Menapii* trans Rhenum in suos vicos -erant. 4, 27, 7 suos in agros -are iusserunt *Britanni* (Liv. 28, 11, 9). Lact. inst. 5, 15, 1 ipsa Iustitia -at in caelum (*cf. 5, 5, 2* in caelum ... migrasse). Conc.[S] I 5 p. 379, 2 ut ... vestra pietas, *i. legati orientales,* ad propria -ret. **β** *mortui, qui in caelum redeunt*: Cic. Tusc. 1, 118 ut ... in aeternam et plane [in] nostram domum -emus. Apvl. Plat. 2, 20 p. 249 vinculis liberata corporeis sapientis anima -at ad deos. Ambr. exc. Sat. 2, 33 -andum eo, unde descendimus. **γ** *qui in condicionem priorem redeunt, sc. in metempsychosi*: Lact. opif. 3, 20 *istos, qui se pecudes natos maluerunt,* si deus in ea forte converterit animalia ..., iam profecto cupiant -are ... *et* condicionem pristinam flagitent.

**b** *res*: Lvcr. 2, 966 in ... locum quando -ant *corpora materiae eqs.*

**2** *translate -at*: **a** animus (*sc. qui e terrore sim. restituitur*): Plavt. Epid. 569 -at a. nunc demum mihi. Symm. epist. 1, 11, 2 tunc mihi a. ab aegritudine -vit. 7, 78 in tranquillum denuo a. -vit. **b** *homo*: Plavt. Poen. 47 ad argumentum (*sc. propositum, adhuc tamen omissum*) nunc vicissatim volo -are. Cic. Tusc. 5, 62 ut ad iustitiam -ret *Dionysius.* **c** *res oblitterata*: Avg. mus. 6, 12, 35 -are ad eum putas illos numeros ab eo ipso, qui interrogat, an *eqs.*? *Fischer.*

*echenais piscis* latine **remiligio** dicitur, quod liget remos Adnot. Lucan. 6, 675 (*fort. aevi Carolini*). *subst. masc. sec. nomina animalium in* -io *desinentia a gramm. fictum a* remus *et* ligare, *ut ad explicandam vocem q. e.* remeligo *referatur ad nomen piscis* echenais.

**remilīgo** *v.* remeligo.

**remillus,** -a, -um. [*subest radix* *mele$_3$- *'provenire' (v. p. 1017, 57), ut* -us *significet 'recurrens' sim.; exspectes* *(re-)blānus < *mlānus < *m̥le$_3$-no- (*cf. Leumann, Gramm. 1977, 190. 320*), *sed forma accommodata est ad radicis speciem* *mel- (*cf.* re-mel-īgo). *v. Walde-Hofmann II 428. Mei.*] *de notione*: Fest. p. 277 re‹millum dicitur quasi repandum› (*suppl. e* Pavlo; *pessime mutilati afferuntur* Lvcil., Afran. *infra*). *inde pendent* Gloss.: -us: repandus (*hinc corrigas* remullius: reparatus. remilus: repando). remilus: repandusius (*vel* repandus vis) remanens *eqs. (v. Wessner, Gloss. I p. 330). adde vol. X 2, 1917, 7.*

*i. q. recurvus sim.* (*si recte explicatur l. 27 sqq.*): Lvcil. 1303 -um (-lium *cod. Festi; sc.* tergum *delphini, ut voluit Marx, an* velum, *ut Krenkel?*). Afran. com. 424 ‹co›xendice pergam ‹-a› (*Daviault sec. lemma Festi*; ‹-o› *Ribbeck*).

[**remimora** *v. p. 1057, 31.*]

**reminīscentia,** -ae *f.* *a* reminisci. *i. q. actio reminiscendi* (*accedit gen. obi. l. 39. 41. 45,* in *c. acc. l. 40*): **1** *vario usu*: Tert. nat. 2, 13, 9 si deus remini‹scentia› mer‹itoru›m *tribuerit aliquid.* Avg. trin. capp. 14, 13 de -a in deum *gentium, quae eius oblitae sunt.* Ivlian. epit. in psalm. 41, 7[a] desiderio ... patriae ac -a. **2** *respicitur doctrina Platonis*: Tert. anim. 23, 6 (*item* Hier. adv. Rufin. 3, 40 l. 7) *μαθήσεις ἀναμνήσεις* id est discentias -as esse (*cf.* 24, 11 quorum *studiorum* discentiae -ae fiunt. Arnob. nat. 2, 19 p. 89, 3 ea, quae discimus, -as esse). Arnob. nat. 2, 28 p. 99, 1 animas *corporibus impeditas* ... priorum ˌ-asˌ (*ed. princ.,* reminiis sententiam *cod.*) non habere. Rvfin. Greg. Naz. orat. 9, 10, 1 Platonis ideas ... et -as (*Migne gr. 36, 24*[B] *ἀναμνήσεις*). *Bk.*

※**reminīscor,** -ī *et* reminīsco, -ere (*de part. perf. v. l. 60 sqq. 65*). [*a* re- *et derivatione incohativa verbi deperditi* *menior *'cogito' (cf. ind. vet.* mányate, *hibern. vet.* mainethar *'cogitat', gr. μαίνομαι 'furo'), quod redit ad radicem* *men- *'cogitationem suscipere' in linguis indoeurop. pervagatam, cf. etiam lat.* memini, mens, mentiri, moneo. *v. Walde-Hofmann II 65; Rix et al., Lex. der indogerm. Verben, *[2]*2001, 435 sq.; de Vaan, Etym. Dict. of Latin, 2008, 371 sq.; Weiss, Hist. and Compar. Grammar of Latin, 2009, 407. Mei.*] *de origine*: Varro ling. 6, 44 -i, cum ea quae tenuit mens ac memoria, cogitando repetuntur. Not. Tir. 76, 71 -itur. *de genere et formis: testimonia gramm.*: -or *inter verba communia afferunt* Avg. gramm. p. 89, 3 M. Avdax gramm. VII 346, 22 Ps. Asper gramm. suppl. 51, 4, *act.* -o *testatur* Prisc. gramm. II 396, 20 (*contra e. g.* Prob. inst. gramm. IV 157, 8); *de part. perf., fut., supino*: Char. gramm. p. 325, 11 sq. -or recordatus sum facit, nemo ... dicit rementus sum. Prisc. gramm. II 514, 9 sq. a -or supinum vel participium praeteriti vel futuri ... non inveni, quamvis ratio ... rementum ... exigat dici. *sim. al. apud auctores longe praevalet usus depon., sed pass. vel act. invenitur p. 1032, 12 sqq. 38; part. perf.* rementus *l. 70, ?*reminiscita *p. 1032, 43.* *de notione*: Pavl. Fest. p. 122 miniscitur pro -itur antiquitus dicebatur. Synon. Cic. p. 441, 23 reputat. -itur. recogitat *eqs.* Gloss. -or: recolo, recordor. -itur: *ἀναμιμνήσκεται, ἀναπολεῖ.* -ens: in mente habens. recognoscens. Gloss.[L] I Ansil. re 991 -entur: commemorabuntur. II Philox. re 147 -mentus: *ἀναμνησθείς. sim. al.; v. etiam p. 1032, 32.* *legitur in versibus inde a* Ter., Acc., *in orat. soluta inde a* Cic., Varrone (*v. l. 55*); *cf. tabulam similium verborum p. 411, 34 sqq.* [*confunditur in codd. c.* eminisci, *v. vol. V 2, 496, 11 sqq.; temptavit Ribbeck loco corrupto* Acc. trag. 329.]

*fere i. q. in mentem, in memoriam revocare* (*pro syn. est* recordari *p. 1031, 9. 1032, 4. 7,* revocare *p. 1031, 34, opp.* oblivisci *p. 1031, 25; gr. fere*

*[McNamara]*

*resp.* (ἀνα-, ἐπι)μιμνήσκομαι); *respicitur actio*: **I** *recordandi* (*accedit* animo *l. 15,* in corde *l. 38; -untur maxime animantes, alia e. g. l. 22. 50*): **A** *formae depon.*: **1** *vario contextu; quid (quis e. g. l. 15. 23. 40sq.) in memoriam revocetur*: **a** *indicatur per*: **α** *casum* (*cf.* CHAR. gramm. p. 382, 9 -or patris. 384, 4 -or factum [*sc. acc. obi., ut e. g.* ARVS. gramm. 494]. DIOM. gramm. I 315, 13 -or factum et facti et ˪facto˩ [*abl. apud auctores non invenitur*]. EXC. Andecav. 6 l. 42 -or doloris): ① *acc.*: TER. Hec. 385 cum orata huius -or, nequeo quin lacrimem miser. ACC. trag. 346 heu me miserum, cum haec recordor, cum illos -or dies! CIC. Att. 4, 2, 4 *senatores* -bantur ... Kal. Ian. (*nisi ad l. 25*). SVLP. RVF. Cic. fam. 4, 5, 5 ab hisce rebus ... cogitationem tuam avoca atque ea potius -ere, quae digna tua persona sunt. NEP. Alc. 6, 3 -ens pristini temporis acerbitatem. VERG. Aen. 10, 782 dulcis moriens -itur Argos. OV. met. 11, 714 acta. trist. 5, 4, 31 maerens tempus -itur illud. Pont. 1, 8, 31 vos animo dulces -or, amici. VAL. FL. 5, 197. STAT. Theb. 7, 147 *Bacchus* patrios -itur ignes. 12, 391 dum *Antigone et Argia* ... Thebas Argosque renarrant, longius Argia miseros -itur actus (*seq. orat. recta, ut accedat notio commemorandi*). *al.* DECL. in Catil. 82 -ere quaeso, Catilina, -ere ferrum illud scelestum. GELL. 10, 25, 5 navium ..., quas -i tunc potuimus, appellationes. VET. LAT. Ezech. 36, 31 (Tycon. reg. 4 p. 33, 22) -emini vias vestras pessimas (*gr.* μνηθήσεσθε, *Vulg.* recordabimini). CLAVD. 20, 139 nulla virilem (-lis *var. l.*) inter tot gladios sexum -itur ira? CONC.[S] I 3 vers. Tur. p. 42, 1 oportet ... -i dicentem Christum: '...' (*gr. I 1, 1 p. 97, 4* μνημονεῦσαι). BOETH. top. Arist. 119b13 si oblivisci, quae quis faeda egit, bonorum est vel -i malorum (*gr.* ἀναμιμνήσκεσθαι). *al.* ② *gen.* (*fort. huc l. 10. p. 1032, 39*): CAES. Gall. 1, 13, 4 sin *Caesar* bello persequi perseveraret, -retur ... veteris incommodi populi Romani. NEP. Phoc. 4, 1 cum alii, -entes veteris famae, aetatis misererentur. OV. met. 6, 383 ubi nescioquis ... virorum rettulit exitium, satyri -itur alter, quem ... Latous ... adfecit poena (*seq. orat. recta, ut accedat notio commemorandi*). SEN. epist. 124, 16 *animal* praeteritorum -itur, cum ⟨in⟩ id incidit, quo ...; tamquam equus -itur viae, cum *eqs.* VAL. FL. 6, 516 tu ... feri -ere, Musa, furoris. HOMER. 1041 sortis -ere victor humanae. TAC. ann. 11, 36, 1 vocis. SVET. Claud. 41, 1 quin *Claudius* ... subinde facti -retur cachinnosque revocaret. APVL. met. 2, 27, 1 infausti ... sermonis mei sero -or. 6, 30, 4 doloris ungulae. VET. LAT. Is. 46, 9 (cod. 177) convertimini corde et -imini priorum a saeculo (*gr.* μνήσθητε, *Vulg.* recordamini). Zach. 7, 10 (Iren. 4, 17, 3) malitiae fratris sui non -atur in corde (*gr.* μνησικακείτω, *Vulg.* cogitet). IREN. 1, 3, 5 l. 83 Paulum ... apostolum ... -i huius crucis dicunt sic: '...' (*I Cor. 10, 18; gr.* ἐπιμιμνήσκεσθαι, *vergit ad II*). DAMAS. carm. 11, 14 nostri -ere, virgo. VVLG. deut. 8, 14 ne ... elevetur cor tuum et ˪non -aris˩ domini dei tui (˪ ˩ *gr.* ἐπιλάθῃ). *al.*

**β** *struct. verbalem*: ① (*acc. c.*) *inf.*: LVCR. 2, 90 -ere totius imum nil esse in summa. 6, 649 ut -aris summam rerum esse profundam. NEP. Con. 3, 1 Artaxerxes -ens eius se operā Cyrum fratrem superasse. OV. met. 1, 256 esse ... in fatis -itur *Iuppiter* adfore tempus, quo *eqs.* 7, 293 (*Aeson fit iuvenis*) ante quater denos hunc se -itur annos (*sc. fuisse*). ASCON. Corn. p. 55, 7 puto vos -i has esse leges Livias, quas *eqs.* AMBR. in Luc. 7, 158 quadrantem ... in balneis dari solere -imur. HEGES. 5, 15, 1 p. 321, 7 Machedonia ... frustra se regibus suis Aeacidarum nomen inposuisse -itur. COD. Theod. 2, 8, 22 sollemnes paganorum superstitionis dies inter feriatos non haberi ... -imur imperasse. *al.* ② *interrog. obliquam*: CIC. Tusc. 1, 29 -ere ..., quae tradantur mysteriis. NEP. Dat. 5, 1 Artaxerxes -ens, a quanto bello ad quam parvam rem principem ducum misisset *eqs.* LIV. 4, 2, 4 -rentur, quam maiestatem senatus ipsi a patribus accepissent. QVINT. inst. 11, 2, 17 quae in iis *locis* fecerimus, -imur. PLIN. epist. 1, 5, 4 *Regulus* -batur, quam capitaliter ipsum me ... lacessisset. AMBR. vid. 4, 24 -amur, ... quemadmodum Maria, quemadmodum Anna ... laudentur. CASSIAN. conl. 10, 11, 5 quid nobis vel neglegentia nostra pepererit vel diligentia conquisierit ..., decantantes -amur. *al.* ③ *enunt. secund.*: VET. LAT. Ioh. 16, 4 (cod. 4. *al. et* VVLG.) cum venerit hora eorum, -amini, quia ego dixi vobis (*gr.* μνημονεύητε). COD. Iust. 8, 17, 12, 4 omnia respicientes et -entes, quod et alias duas constitutiones fecimus.

**γ** *praepos.* de: CIC. Lig. 35 te ... de aliis quibusdam quaestoribus -entem. BOETH. elench. soph. 183a35 reliquum est ... de eo, quod ex principio erat propositum, -entibus dicere aliquid (*gr.* περὶ τῆς ... προθέσεως ἀναμνήσασιν).

**b** *non indicatur* (*sc. absolute vel obi. subaudiendo e contextu*): CIC. inv. 1, 98 enumeratio est, per quam res ... -endi causa unum sub aspectum subiciuntur. OV. epist. 16, 137 similes vultus, quantum -or, habebat *Cytherea* (met. 13, 642). SEN. epist. 100, 12 talia esse scripta eius non dubito, etiam si magis -or, quam teneo. ASCON. Corn. p. 61, 20 hic Cotta, ut puto ⟨vos -i⟩, legem tulit (*suppl. Kiessling-Schoell, coll. l. 48*). QVEROL. p. 10, 25 non de omnibus tete interrogavi, si -eris. *al.*

**2** *in doctrinis philos.*: **a** *Platonis, sc. respicitur* ἀνάμνησις: CIC. Tusc. 1, 57 quemvis ... bene interroganti respondentem declarare se non tum illa discere, sed -endo recognoscere. 1, 58 adgnoscit illa -endo. Cato 78 eas *res* ... -i et recordari. IREN. 2, 33, 1 sic *anima* utique -retur et illorum, quae antequam in hoc corpus veniret, egit (*gr.* ἐμέμνητο). ARNOB. nat. 2, 26 p. 97, 3 utrumne *anima* illud, quod audit, -atur an discat. BOETH. top. Arist. 124a22 si discere est -i, et didicisse recordatum esse (*gr.* ἀναμιμνήσκεσθαι). *al.* **b** *Augustini*: AVG. conf. 10, 9, 16 *odor* traicit in memoriam imaginem sui, quam -endo repetamus. 10, 14, 21 laetatum me fuisse -or non laetus. 10, 16, 25 cepit ... *rerum* imagines memoria, quas intuerer praesentes ..., cum illa et absentia -rer. *al. apud eundem.*

**B** *ceterae formae*: **1** *pass. (addidimus exempla gerundivi): quaelibet exempla*: VET. LAT. num. 10, 9 (cod. 100 *et* Ambr. exc. Sat. 2, 107) -emini coram domino (*gr.* ἀναμνησθήσεσθε, *Vulg.* erit recordatio vestri). RVFIN. Orig. in psalm. 37 hom. 1, 6 l. 61 omnes ... eius *peccatoris* iustitiae, quas fecit, non -entur. CASSIOD. in psalm. 21, 28 l. 642 quando deus omnipotens esse fideliter agnoscitur, recte ab eis dicitur -i. -*endus*: AVG. in Iob p. 514, 10 -endum ita ... spiritum in apostolos descendisse (*sim. pendet struct. verbalis*: BOETH. mus. 3, 12 p. 287, 2 illud -endum est, quod VI toni diapason ... transcendunt. p. 290, 7 -endum prius est, quid ... dixerimus). trin. 15, 20, 39 ad quam summam trinitatem -endam, videndam, diligendam. MACR. Sat. 1 praef. 2 usus ... dicti factive memorabilis -endi. VITAE patr. 5, 7, 7 sic fecerunt ... ˪semper -endi˩ patres (˪ ˩ *gr. 5, 7, 11* ἀείμνηστοι). *al.* **2** *act.* (*cf. l. 38*): AVSON. 13, 48 (48 S.), 1 '-o' Rufus dixit (*sim.* 13, 49 [49 S.], 1 qui '-o' putat se dicere posse latine, hic ubi 'co' scriptum est, faceret 'cor', si cor haberet). ISID. sent. 1, 13, 7ª cogendo ... animum -ere, quod memoriae commendatum est, dicitur cogitatio (-i *var. l. et ed. Migne, ut* 2, 24, 1 -ere peccati affectum. *cf.* 1, 13, 8ª gaudium -imus [-imur *var. l. et ed. Migne*]). GLOSS.[L] I Ansil. EP 49 (med. p. 32) nihil se passos -unt (-untur *cod. L post corr., ut vid.*).

**II** *commemorandi* (*commonefaciendi fort. l. 35 et* GLOSS. II 467, 4 ὑπομιμνήσκω: admoneo, moneo, ... -o [-or *var. l.*]. *exempla certiora; fort. huc iam spectant e. g. p. 1031, 17. 29*); *quid in memoriam revocetur, indicatur per*: **A** *acc.*: AVSON. 10, 7 (166 S.), 1 patruos, elegea, meos -ere cantu. ASSVMPT. Moys. 11, 17 *Moyses* -ens testamentum parentum et iureiurando placando dominum (*v. Tromp, comm. 1993, 258*). IORD. Get. 72 quod nomen, *sc. 'Capillati',* Gothi ... adhuc hodie suis cantionibus -ent. *?***B** *gen.*: AVG. quaest. euang. 2, 48A (*ad Luc. 18, 35*) si alter euangelistarum de uno *caecorum* tacuisset unius -ens; nam et Marcus unum commemorat *eqs.* (*postea*: ille unus caecus, quem Lucas commemorat. *nisi ad p. 1031, 25sqq.*). *?***C** *praepos.* (*siquidem recte trad. loco vix sano*): CONC. Brac. a. 561, 6 recte vestra fraternitas pro auctoritate sedis apostolicae reminiscita est, quae *eqs.* (reminata, remunita *var. ll.*, recordata *coni.*).

*deriv.*: reminiscentia. *McNamara.*

**reministrat** NOT. Tir. 25, 14. *ad integrandam seriem fictum a* re- *et* ministrare.

**reminuit** NOT. Tir. 30, 81. *ad integrandam seriem fictum a* re- *et* minuere.

**[reminūtiōnem** *falsa var. l.* SEN. nat. 1, 15, 2 (de- *Gercke; locum inseras vol. V 1, 486, 45*).**]**

**rēmipedus,** -a, -um *et* **rēmipēs,** -pedis *adi.* *a* remus *et* pes. *de formis*: -as VARRO, -em, -es AVSON.

**1** *de anatibus, i. q. pedes habens formā remorum*: VARRO Men. 489 a. [t]remipedas (*codd. Non. p. 460, 8*; -es *Passeratius aliique praeter necess., cf. e. g.* multipeda, quadrupedus). AVSON. 27, 1 (392 S.), 13 *turdis dono datis* a. ... iunximus -es. **2** *audacius de navibus, i. q. remis pro pedibus instructus, remis agendus*: AVSON. 27, 15 (394 S.), 34 in ... vicem veli ... -em iubeas protinus ire ratem. Mos. 201 -es medio certant cum flumine lembi. *Bk.*

**remisceo,** -xtum, -ēre. *a* re- *et* miscere. *forma III^ae coniug. l. 73.* [*hisp. vet. et dial.* remecer *'quatere'. cf. M.-L. 7196a. Corominas-Pascual IV 9. Schd.-Cr.*]

*fere i. q. miscere* (*pro obi. est id, quod mixtioni subicitur, sed obi. non ponitur l. 74; c. dat. ut vid. eius, cui inmittitur, praeter l. 73sq. p. 1033, 2. 7*): **1** *vis praeverbii obscura vel evanida est* (*nisi spectat ad notionem miscendo refingendi*); *miscentur*: **a** *incorporea*: HOR. carm. 4, 15, 30 Lydis -to carmine tibiis. ars 151 *Homerus* veris falsa -et (SCHOL. pro 'commiscet', mutata praepositione). **b** *corporea*: SEN. dial. 2, 7, 4 aliquis mihi venenum dedit, sed vim suam -tum (-tam *trad.*) cibo perdidit. nat. 4, 5, 2 frigidos spiritus ... verno caelo -eri. REGVLA mag. 23, 25 (*23 secundum numerum mensae prioris ... mensuratae potiones ... calda miscantur*) accedentes ad secundam *mensam,* et ipsius numerus -catur. CIL XIII 10018, 149 -e (*in ampulla, ut* 10018, 150 -e me).

**2** *res mixta redditur*: **a** *eo, unde venit*: SEN. epist. 71, 16

*[McNamara]*

*animus* naturae -bitur et revertetur in totum. PAVL. NOL. carm. 18, 80 *animarum vita* in ipsum tempore venturo, *sc. die iudicii,* corpus revocata -to corpore ... metet *fructus meritorum* indiscreta. **b** *ei, qui antea potionem miscuit* (*fort. subest etiam notio iterum miscendi*): VET. LAT. apoc. 18, 6 (Cypr. testim. 3, 34, *sim.* Primas. in apoc. 18, 4) meminit ... deus iniquitatis eius; ideo reddit ei dupla, et in quo poculo miscuit, duplum -tum est ei (*gr.* κεράσατε, *Vulg.* miscete).

*deriv.*: remixtio.

**remissa** *v.* remitto. *McNamara.*

**remissārius,** -a, -um. *a* remittere (remissus). *technice in re vinaria i. q. ad remissionem pertinens preli post pressuram relevandi* (*ad rem v. Flach in ed., 2005, 203*): CATO agr. 19, 2 vectes longissimos p⟨edum⟩ XIIX, ... -os p⟨edum⟩ XII.

**remissē** *v.* remitto.

**remissibilis,** -e. *a* remittere (*cf.* irremissibilis). *non nisi posit.* **1** *vi pass. i. qui remitti potest, venia dignus (praedicative praeter l. 19): in religione christ. de peccatis*: TERT. pudic. 2, 12 alia *delicta* erunt -ia, alia inremissibilia (2, 14 [*affertur I Ioh. 5, 16* delinquere delictum non ad mortem] hoc erit -e. 2, 16 in d. ... -i). 12, 6 quod haec sola *crimina* praeponant *apostoli* (*act. 15, 29*) utique non -ia, qui ... cetera legis onera -ia fecerunt. 17, 17 -em esse moechiam. AVG. serm. 71, 24 (*ad Matth. 12, 31* blasphemia remittetur) haec sola -is videretur. CHROMAT. in Matth. 50, 3 l. 104 in hominem blasphemare potest -e esse peccatum. *vario usu*: CLAVD. MAM. epist. 1 p. 198, 9 ista haec, *quod causis quibusdam impeditus nec veni nec scripsi,* ... -ia sint necne. ALC. AVIT. epist. 57 p. 86, 1 istud, *quod syllaba producitur,* -e est poematis necessitate. **2** *vi act. i. q. remittens (sec. usum verbi intrans.), minus fortis, lenior sim. (attributive)*: CAEL. AVR. chron. 2, 13, 164 *usus temperatus aceti* solvit ... eius percussibilem virtutem ..., quae non sensibili tactu, sed -i quadam digestione longioribus actibus immoratur (*sed notione instr. digestionem, qua passio remittitur, intellegit Bendz, Eranos 58, 1960, 43; cf. p. 1036, 42*). OP. imperf. in Matth. 25 p. 765^med.^ vir mollis animo, -is in fide et corruptus in actibus. *Bk.*

**remissio,** -ōnis *f.* *a* remittere. GLOSS. -o: ἄφεσις. ἄνεσις. πάρεσις. ⌊συγχώρησις⌋ (*item* GLOSS. iurispr. αὐσήϑ *P* 23 ῥεμισσίωνος· συγχωρήσεως. GLOSS. iurispr. μαγκίπιουν *P* 7 ῥεμισσιο· σ.). *legitur inde a* RHET. Her., CIC., *saepe apud Christ., rarissime in poesi, sc. p. 1035, 51 et* ORIENT. carm. app. 3, 55 ENNOD. carm. 1, 13, 25; *abiit in serm. gr.* SCHOL. Basilic. 8, 2, 45, 8 ῥεμεσίονα (*pertinet ad p. 1036, 21, ut ibid.* 9). GLOSS. *l. 35 sq.* [*confunditur in codd. c.* inmissio *p. 1034, 19,* permissio BENED. reg. 43, 11, remuneratio *p. 1035, 32; restit. pro* emissio *l. 64,* repromissio MVTIAN. Chrysost. hom. 25, 1 p. 389^med.^ (*gr. p. 171*^ex.^ ἄνεσιν), *praeter necess.* CIC. Arch. 16 animi -em (animadversionem *trad.*); *perperam trad.* PETRON. 60, 5 (commissio *coni. Delz et al.*); *in falsa var. lect. p. 1042, 47; suppl. dub.* CIL VIII 23849 (*a. 374/5*) quorum *Augustorum* clem⟨entia et remis⟩sione. *e versione inepta* (*cf. p. 1034, 37*): VET. LAT. deut. 17, 8 (cod. 100) inter -em -es et intra contradictionem contradictiones (*gr.* ἀνὰ μέσον ἀφὴ ἀφῆς, *Vulg. aliter; cf.* 21, 5 [*ibid.*] contradictio et ... -o [*gr.* ἀφή, *Vulg. aliter*]).]

*i. q. actio vel effectus remittendi* (*accedit gen. obi. passim, subi. l. 75 [cf. adi. e. g. p. 1035, 53. 1036, 9], epexeget. e. g. l. 63. p. 1034, 8. 17. 1035, 68, respectus l. 72, praepos.* ab *p. 1035, 22,* de *p. 1035, 8. 52; gr. resp. maxime* ἄνεσις, *e. g. p. 1034, 6. 38, vel* ἄφεσις, *e. g. p. 1034, 10. 75. 1035, 11. 39*); *-o fit*: **I** *dimittendo*: **A** *relaxando* (*opp.* contentio *e. g. l. 58,* contractio *e. g. p. 1034, 23,* intentio *e. g. l. 59. p. 1034, 12. 21*); *respicitur*: **1** *vox, sonus sim.*: RHET. Her. 3, 12, 22 conservat vocem continui clamoris -o. 3, 13, 23 oratio cum aliqua gravitate et vocis -e (CIC. de orat. 1, 261 contentiones v. et -es. Brut. 314 -e et moderatione v. ... *me* posse ... temperatius dicere. QVINT. inst. 1, 10, 25 intentio v., -o, flexus. MART. CAP. 9, 974 thesis *est* depositio v. ac -o. *cf.* CIC. de orat. 3, 227 est ... quiddam in -e gravissimum. Brut. 313 sine -e, ... vi summa vocis et totius corporis contentione). CIC. de orat. 2, 212 *in oratione* -o ... lenitatis quadam gravitate et contentione firmatur. MART. CAP. 9, 932 gravitas dicitur, quae soni quadam ⟨r⟩emissione mollescit. 9, 940. BOETH. mus. 3, 3 inter ... intentionem -emve. 4, 1 *vocula* -e decrescit ad medium. 5, 1 cum intentio acumen faciat, -o gravitatem.

**2** *homo eiusve animus sim.* (*addidimus terram p. 1034, 9*): **a** *de refectione, quiete, ludo sim.* (*in malam partem p. 1034, 7; exempla selecta inde a* SEN. *philos.*): CIC. Cael. 39 quem *iuvenem* non quies, non -o ... delectarent. de orat. 2, 22 ad omnem animi -em ludumque descendere (2, 72 fam. 9, 24, 3 LIV. 37, 7, 12. *al.*). VAL. MAX. 3, 6, 1 in illis *exercitiis gymnasii* -o laboris *consistebat* (QVINT. inst. 3, 8, 29 [*agitur de theatro*] non inutilis laborum -o. *aliter p. 1034, 70*). 8, 8, 2 quietae -is. SEN. dial. 9, 10, 1 oblectamenta et -es et voluptates. QVINT. inst. 1, 3, 8 danda est ... omnibus *discipulis* aliqua -o. TAC. dial. 28, 5 -es ... lususque puerorum. Agr. 9, 3 tempora curarum -umque. PLIN. epist. 4, 9, 11 audientis intentio continuatione servatur, intercapedine et quasi -e languescit. GELL. praef. 1 ut liberis ... -es essent, quando animus ... laxari ... potuisset. 15, 2, 5 modicis ... inter bibendum -bus refici ... animos (*opp.* intentiones). VET. LAT. II Cor. 7, 5 (Tert. resurr. 40, 12) nullam -em habuit caro nostra ...: extrinsecus pugnae, intrinsecus timor (*gr.* ἄνεσιν, *Vulg.* requiem). PS. SEN. mon. 187 arcum intentio frangit, animum -o. EVSEB. EMES. serm. 19, 33 -o feriarum. *al.* *remittitur terra, quae requiescere potest, non colitur*: VET. LAT. exod. 23, 11 (Aug. quaest. hept. 2, 89) septimo ... anno -em facies et requiem dabis illi *terrae* (*gr.* ἄφεσιν ποιήσεις, *Vulg.* dimittes *terram*). **b** *cetera exempla* (*fere in malam partem de languore sim.*): CIC. Tusc. 2, 54 (*antea p. 1039, 68*) animus intentione sua depellit pressum omnem ponderum, -e autem sic urgetur, ut se nequeat extollere. fam. 5, 2, 9 in acerbissima iniuria -o animi ac dissolutio. AMBR. epist. 9, 69, 18 praestantior est fortitudo paucorum quam -o plurimorum. Ioseph 5, 22 arbitrabatur iste *maritus uxorem* testimonium esse castimoniae, non -em incuriae. SEDVL. op. pasch. 5, 8 neglegentis agricolae -e. VITAE patr. Iurens. 35 *diabolus monachos* habundantia *fructuum* ... refertos cotidiana fecit -e (in- *var. l.*) turgescere. *al.*

**3** *quaelibet res*: **a** *remittitur pars corporis* (*vocem v. p. 1033, 57*): CIC. de orat. 3, 222 *oculorum* tum intentione, tum -e (*cf.* SEN. epist. 106, 7 quantam -em *oculis det* lenitas). off. 1, 146 superciliorum aut -e aut contractione. SCRIB. LARG. 101 ex contractione, ... cum -e nervorum ([*inde* MARCELL. med. 20, 6]. PS. GALEN. urin. 20). GELL. 18, 10, 10 σφυγμός ... est intentio motus et -o in corde et in arteria naturalis. CASSIOD. in psalm. 131, 4 l. 117 quae *palpebrae* nisi tremula quadam -e quieverint, somnus oculos non potest introire. *liquefit caro*: PS. GALEN. urin. 19. **b** *remittitur morbus, febris, dolor*: CIC. fam. 7, 26, 1 iam senescentis morbi -o. CELS. 1 prooem. 34 post -em *febris* (2, 15, 2 neque ... increscente febre, sed in -e eius. 3, 11, 2 in harum f. -bus. 3, 18, 6 sq. SVET. Tib. 73, 2. *al.*). 3, 2, 2 (*antea*: morbus ... an minuatur) *remedia quaedam* in -bus potius experienda sunt. 3, 3, 5 plures accessiones -esque. *al.* SEN. dial. 5, 39, 2 remedia in -bus prosunt. epist. 53, 9 (*antea*: si aeger esses). SCRIB. LARG. 99 in -e dolorum (*opp.* accessionibus. *inde* MARCELL. med. 20, 3). PLIN. nat. 23, 48 qui manifestas -es habeant. 23, 50 (*opp.* in accessione). VET. LAT. deut. 24, 8 (cod. 100) in -em leprae (*sed in versione inepta gr.* ἁφῇ, *cf. p. 1033, 46; Vulg. aliter*). *al.* **c** *remittitur accidens q. d., sc. in serm. philos.* (*gr. resp.* ἄνεσις, *cf. p. 1043, 74*): MAR. VICTORIN. Porph. isag. p. 17, 7 intentionem ... et -em recipit accidens (*cf.* BOETH. *ibid.* i. ... et -em suscipit accidentium participatio). BOETH. Porph. isag. p. 9, 18 illae *differentiae* ..., quae per se sunt, non suscipiunt magis et minus, illae vero, quae per accidens ..., intentionem recipiunt et -em. *al. apud eundem, e. g. p. 1044, 3.* **d** *cetera exempla* (*huc vergunt quaedam sub B2 allata*): CIC. Tusc. 3, 64 -o luctus. Lael. 76 *quaedam* amicitiae sunt -e usus *amicorum* eluendae. VITR. 6, 1, 6 reliquae *chordae* ... -bus efficiunt ... sonorum scansiones (*postea*: sonitibus gravioribus). 8 praef. 2 nisi aer influens *in corpus* ... fecerit auctus et -es. 9, 2, 2 cotidiana ... versationis -e (*sc. lunae a sole recedentis; cf. p. 1039, 43*). SEN. nat. 7, 1, 3 *sol* calorem suum intensionibus ac -bus temperando fovet. AMM. 17, 8, 1 aestatis -e solutis frigoribus. CLAVD. DON. Aen. 7, 25 p. 8, 25 (*de remigando*) -e molestiae luctaminis. *al.* *agitur de diebus, quibus ieiunium remittitur, praecipue post quadragesimae tempus*: PS. AVG. serm. ed. Mai 41, 1 quinquagesimae dies sunt, id est indulgentiae ac -is ...; dantes operam sobriae -i (*syn.* relaxatione). CASSIAN. conl. 21 tit. de -e quinquagesimae (21, 23, 2 ne puritas corporis ... abstinentia quadragensimae conquisita q. -e depereat). 21, 23, 1 ut corporis atque animae cultui prosit magis -o indulta quam noceat. VAL. CEM. hom. 19, 1 (*die Paschae*) indulgentia nimiae -is (*cf.* 19, 2 solet ... omnem honestae vitae statum -o incauta decipere). STAT. eccl. ant. p. 177, 165 paenitentes etiam diebus -is genua flectant (CAES. AREL. serm. 201, 1).

**B** *tollendo, demendo* (*peccata v. sub D1*): **1** *poenam*: CIC. Catil. 4, 13 -e poenae ([*opp.* severitate animadversionis]. VAL. MAX. 5, 4, 7. SEN. clem. 2, 7, 1 venia est p. meritae -o [*sim.* 2, 7, 3]. AMBR. Cain et Ab. 2, 4, 13). HIER. chron. a. Abr. 1496 captivitatis Iudaeorum (PROSP. in psalm. 111 pr. [*antea*: relaxationem c.] c. -em et templi restitutionem). AVG. civ. 21, 25 p. 536, 14 aeterni ... supplicii.

**2** *onus, opus, debitum* (*hic illic cogites de notione levandi, minuendi, ut loci ad A3d pertineant*): **a** *generatim*: VARRO rust. 1, 17, 7 *servos* studiosiores ... fieri ... -e operis concessioneve (PLIN. nat. 8, 168 mares *equi* in -e o. deteriores. *cf. p. 1035, 61*). 2, 6, 4 quod -e laboris fit deterior *asinus.* COLVM. 1, 7, 1 *tum* -em colonus petere non audet (SVET. Iul. 20, 3 publicanos -em petentis tertia mercedum parte relevavit). LEX Irnit. 8 C 49 de ... -e facienda ei, quem municipibus ... *aliquid* praestare oportebit (VET. LAT. Esth. 2, 18 [cod. 151. *al.*] rex ... -em fecit omnibus regionibus [*gr.* ἄφεσιν, *Vulg.* requiem]. I Macc. 13, 34 [rec. L, *sim. al.*] ut faceret -em

*[Ramminger-Sx.]*

regioni). Tac. ann. 4, 13, 1 -e tributi in triennium. Plin. epist. 8, 2, 6 *non* verum arbitrabar, quos non aequasset fides solutionis, hos benignitate -is aequari. 9, 37, 2 priore lustro, quamquam post magnas -es, reliqua creverant. *al.* Vlp. dig. 19, 2, 15, 4 (*e Papin.*) si uno anno -em quis colono dederit ob sterilitatem ...; nihil obesse domino -em (Macr. somn. 1, 6, 74 -o iusta *militiae*). 19, 2, 15, 7 (*postea*: mercedis exonerationem). Paneg. 5, 11, 3 -e ... capitum, *sc. in censu.* Schol. Cic. Bob. p. 157, 26 *ut* -is tantum fieret de summa pecuniae, quantum aequitas postularet. *al.*

**b** *speciatim apud Iudaeos respicitur annus septimus vel quinquagesimus quisque, quo debita remittuntur sim.* (*cf. p. 1034, 9; metonymice apud Christ. e. g. l. 18; gr. resp.* ἄφεσις): Vet. Lat. lev. 25, 30 (cod. 100, *sim. al.*) *domus ex illius possessione* non exit in -e (*Vulg.* in iubilaeo). 25, 41 (*ibid.*) *servus ille* exiet in -e et filii eius cum eo (*Vulg. aliter*). deut. 15, 1 (*ibid., sim.* Vvlg.) post vii annos facies -em. 15, 2 (*ibid.*) sit praeceptum -is: remittis omnem debitum (Vvlg. -em, quae hoc ordine celebrabitur). *ibid.* invocata est -o dei tui (Vvlg. annus -is). 15, 9 (*ibid., sim.* Vvlg.) adpropiat annus septimus, annus -is (31, 10 [*ibid., sim.* Vvlg.]. Filastr. 107, 9 a. -is Christi. Hier. epist. 36, 9, 1 septimum a. -is. Avg. quaest. hept. 3, 92 quinquagesimi anni, quem vocat -is. *al.*). *al.*

**C** *in libertatem mittendo, ab aliqua re resolvendo*: **1** *homines*: Liv. 27, 17, 1 -e obsidum captivorumque. Vet. Lat. II par. 10, 9 (cod. 109) da nobis -em a iugo, quem imposuit pater tuus super nos (*gr.* ἄνες ἀπὸ τοῦ ζυγοῦ, *Vulg.* subleva iugum). Is. 61, 1 (Cypr. testim. 2, 10, *sim. al.*) praedicare captivis -em (*gr.* ἄφεσιν, *Vulg.* indulgentiam. *inde* Luc. 4, 18 [cod. 3, *sim. al. et* Vvlg.]). III Esdr. 4, 62 *deus* dedit illis *Iudaeis exulibus* ⌊-em et refrigerium⌋, ut ... aedificarent ... templum (⌊ ⌋ *gr.* ἄνεσιν καὶ ἄφεσιν. *inde p. 1036, 14*). Cassiod. hist. 1, 9, 3 *Constantinus* -em ... cunctos habere decrevit, qui propter confessionem Christi *damnati erant* (*gr. Sozom. 1, 8, 3* ἄφεσιν). *locut. praepos.* in -em: Vet. Lat. Is. 58, 6 (cod. 94, *sim. al.*) dimitte fractos in -em (*gr.* ἐν ἀφέσει, *Vulg.* liberos. *inde* Luc. 4, 18 [cod. 4, *sim. al. et* Vvlg.]). Lact. epit. 54, 9 praesides legum ... in ⌊-em⌋ malorum ... sententias venditabant (⌊ ⌋ remuneratione *var. l.; cf. inst. 5, 9, 17* noxios inpune dimittant). Ps. Philo antiq. 41, 1 redde eas *civitates* in -em. Rvfin. symb. 15 educat vinctos in -em. **2** *res*: Apvl. mund. 28 p. 352 prima -e ad motum data ... moventur ... omnia (*gr. 398b26* ἐνδόσεως). Cassiod. Ios. antiq. 5, 285 (*respic. iud. 13, 5, ubi Vulg.* cuius non tanget caput novacula) *Samson* per ... capillorum -em propheta iam futurus agnoscebatur (*gr.* ἀνέσεως. *cf. p. 1054, 48sqq.*).

**D** *condonando*: **1** *peccata, sc. usu christ.* (*gr. resp.* ἄφεσις, *nisi aliud indicavimus*): **a** *generatim*: Vet. Lat. Matth. 26, 28 (cod. 4, *sim. al. et* Vvlg.) hic est ... sanguis meus ..., qui pro multis effundetur in -em peccatorum (Marc. 1, 4 [cod. 3, *sim. al. et* Vvlg.] Iohannes ... praedicans baptismum paenitentiae in -e p. Tert. bapt. 10, 3 [delictorum *var. l.*]. Cypr. epist. 69, 7, 2 [*respic. interrogatio baptismi*] credis in -em p.? sent. episc. 80 non baptizati ac per hoc -em p. non consecuti. Epist. pontif. 286 Migne 20, 472[A] si quis post -em p., *sc. baptismo effectam,* cingulum militiae saecularis habuerit. *et saepissime*). Rom. 3, 25 (cod. 65, *sim. al. et* Vvlg.) propter -em praecedentium delictorum ([*gr.* πάρεσιν]. Tert. adv. Marc. 1, 28, 2 [*syn.* dimittere]. Hil. in psalm. 118 beth [= 2] 1. *al.*). Tert. orat. 11, 1 debitorum ([*opp.* retentione]. Avg. bapt. 3, 13, 18. *al.*). Hil. hymn. 3, 21 confessorum criminum. Didasc. apost. 46, 23 per baptismum -o de pessimis operibus data est. Nicet. virg. laps. p. 134, 13 quid ... confert ... humana -o, si desit divina curatio? ([*cf. p. 133, 10* talium nuptiarum veniam ... inpetrare]. Leo M. epist. 164 Conc.[S] II 4 p. 112, 6). Avg. epist. 137, 12 veniali -e purgari. *et saepe.* *metonymice*: Petr. Chrys. serm. 72[ter], 2 flagellatur -o, *i. Christus.* Sacr. Leon. 223 *spiritus sanctus* est omnium -o peccatorum. **b** *speciatim agitur de sollemnitate sec. regulam Pachomii celebrata* (*spectat etiam ad B2; v. Bacht, Vermächtnis des Ursprungs II, 1983, 144sq.*): Hier. epist. Pachom. 7 p. 95, 12 (*tit.*) ut congregentur omnes ... praepositi in monasterium ... vicesimo die mensis ... Mesore, ut rite omnium peccatorum atque operum -o compleatur. p. 95, 14 tempus in proximo est ..., ut -o omnium rerum rite celebretur, ut ignoscatis invicem (*gr. p. 107 l. 186* ἄφεσιν *et* συγχώρησιν). reg. Pachom. praef. 8 p. 8, 13 mense, cui vocabulum est Mesore, id est Augusto, instar iubelei -is exercentur dies et peccata omnibus dimittuntur (Gennad. vir. ill. 7).

**2** *quaelibet crimina sim., sc. de indulgentia sim.*: *qualibet*: Cod. Theod. 9, 38, 6 (= Iust. 1, 4, 3, 4; *a. 385*) ut -em veniae crimina nisi semel commissa non habeant (Iust. 1, 12, 6, 9 [*a. 466*] -e v. et sacramenti interveniente). Avg. serm. 208, 1 ut *fideles* ... -em cautam sentiant ..., ut aspera severitas refrenetur. Sidon. epist. 4, 9, 2 -o non vitians, correptio non cruentans et severitas eius temperamenti. Caes. Arel. serm. 101, 2 dei -e vel indulgentia. Greg. M. epist. 9, 86 l. 26 plus virium habet discreta in coertione -o quam in exsequenda ultione districtio. Sacr. Gelas. 687 (*ad deum*) ut ... membrum ecclesiae ... -is tuae clementia reformetur (*sim.* 688 -is tuae benignitate). *nimia*: Paneg. 2, 13, 2 multorum ... principum -e tantus quosdam luxus infecerat, ut *eqs.* Ambr. off. 1, 21, 96 irascimini, ubi culpa est, cui irasci debeatis ...; alioquin non virtus, sed lentitudo et -o iudicatur. Avg. in epist. Ioh. 7, 11 ne putetis ... quadam mansuetudine – immo non mansuetudine, sed -e et neglegentia – servari caritatem ...; ferveat caritas ad corrigendum. Leo M. epist. 84 Conc.[S] II 4 p. 43, 29 *ne sit* -o parum cauta (*opp.* districtio). Epist. pontif. 644 Löwenfeld 4 ne malum factum impunitatis -e subcrescat. Favst. Rei. grat. 2, 1 p. 59, 14 -e mea malitiam tuam ... nutrivi. *al.*

**E** *reliqua exempla*: *emittendo*: Hier. hom. Orig. in Is. 1, 4 p. 246, 12 (*ad Is. 6, 4*) ex -e ignis cuncta impleta est domus *fumo.* Philvm. med. 2 p. 117, 6 (*de dysenteria*) *subsequitur* fastidium cum carnis -e. *permittendo, sinendo* (*pendet inf. l. 14*): Lib. geneal. chron. I p. 184, 456 (*pendet e p. 1035, 26*) quoniam *deus* dedit eis -em ascendere et edificare Hierusalem et templum. Bened. reg. 43, 11 nisi ... abbas licentiam dederit -e sua. *relinquendo*: Fvlg. aet. mund. p. 141, 22 (*spectat ad gen. 12, 1, ubi Vulg.* [*verba dei*] egredere de terra tua *eqs.*) *Abraham* probatur in -e substantiae, *i. rerum possessarum.*

**II** *vario modo*: **A** *repercutiendo, sc. imaginem* (*cf. p. 1051, 47 sqq.*): Vitr. 7, 3, 9 speculum *quoddam* ... incertas et sine viribus habet -es splendoris (remissiores *var. l.*). **B** *repellendo nuntiationem operis novi, sc. t. t. iuris* (*de re v. Schanbacher, Der Neue Pauly 8, 1064sq.; cf. p. 1050, 64sqq.*): Ivlian. dig. 39, 1, 13 pr. -o in domini personam confertur. 39, 1, 13, 2 si in -e a patre eius, qui opus novum nuntiaverat, procurator interveniat. Vlp. dig. 39, 1, 1, 7 si is, cui opus novum nuntiatum est, ante -em aedificaverit. 39, 1, 5, 16 (*e Iuliano*) plures nuntiationes esse necessarias et ... plures -es. 43, 24, 7, 2 (*e Iuliano*) qui ante -em nuntiationis ... opus fecerit, duobus interdictis tenebitur (Pavl. dig. 39, 1, 8, 4). 43, 25, 1, 2 ait praetor: 'quod ius sit illi prohibere, ne se invito fiat, in eo nuntiatio teneat: ceterum nuntiationem missam facio'; sub hoc titulo -es proponuntur (*postea p. 1050, 70*). *al. apud eundem.* **C** *referendo eo, ubi aliquid certum statui possit* (*cf. p. 1050, 71sqq.*): Vlp. dig. 49, 4, 1, 3 (*antea*: solent ... praesides remittere ad ordinem *virum* nominatum, ut ... creent magistratum *eqs.*) a -e, quam praeses fecerit. **D** *iterum mittendo*: Vet. Lat. Am. 9, 6 (Ps. Fulg. Rusp. pro fid. 7 l. 312) *deus* aedificat super caelum ascensionem suam et -em suam super terram confirmat ([*gr.* ἐπαγγελίαν, *cod. 175* repromissionem, *Vulg.* fasciculum]. *explicatur ibid. l. 317* super terram descendet e caelo *filius*).

*compos.*: abremissio (*v. vol. I 130, 78. al.*). *Ramminger-Sx.*

**remissīvus,** -a, -um. *a* remittere. *i. q. pertinens ad remittendam vim quandam, vehementiam sim.*: *passionis* (*in arte med.*): Cael. Avr. acut. 3, 4, 31 relaxare tumentia rebus congruis ac -is. *cuiuslibet actionis* (*in arte gramm. de notione adv. quorundam*): Prisc. gramm. III 86, 20 *adverbia* -a sunt superioribus (*sc. hortativis, e. g.* age) contraria, ut pedetemptim, paulatim, sensim.

⌘**remissor,** -ōris *m.* *a* remittere. *plur. non legitur.* [*aet. recentioris est carm. epigr.* CIL V p. 705 n. 3, 9.]

*i. qui remittit* (*debita, iniurias sim., sc. in religione christ.; praeter l. 59sq. 63 accedit gen.* [*sc. obi. excepta l. 57*]): **1** *deus* (*saepius Christus; spiritus sanctus l. 54. 59*): Ps. Cypr. ad Novat. 11, 2 dominus, peccatorum -r et paenitentium receptor (Hil. in psalm. 63, 12. Ambr. Ioseph 3, 9 *v. p. 506, 5.* Avg. c. Petil. 2, 92, 211 p. 137, 5 deus ..., -r p. *et saepius*). Ambr. in psalm. 118 serm. 8, 43, 1 Christum ..., hoc est peccatorum et criminum -em (Consvlt. Zacch. 2, 19, 6 spiritus sanctus ... sanctificationis indultor, -r c.). 12, 47, 2 adulterii -em (*postea*: delicta donantem). Nicet. virg. laps. p. 133, 7 ut dominum ... ⌊satisfactionis vestrae⌋ -em potius quam iniuriae suae habeatis ultorem (⌊ ⌋ *gen. indicat, quo respectu deus remittat*). Petr. Chrys. serm. 84, 7 *Christus apostolis* largitus est -em (*spiritum sanctum, Ioh. 20, 22sq.*). Hymn. Walpole 94, 24 effunde nobis desuper, -r, indulgentiam. **2** *homo*: Ambr. off. 1, 17, 66 -r iniuriae *a fratribus illatae* usque ad remunerationem (*Ioseph ut*: Greg. M. in Ezech. 2, 9, 19 l. 614 memor culpae et -r i.). Avg. serm. 110A, 8 coll. Dolbeau 1996 p. 147 l. 189 euangelium (*Matth. 6, 12*) non te faceret -em, nisi ut lex (*exod. 21, 24*) tibi ostenderet debitorem. Petr. Chrys. serm. 139, 4 in te commissorum tu -r esto peccatorum. Greg. Tvr. Franc. 4, 36 p. 168, 23 *episcopus quidam* erat ... castigator delinquentium poenitentiumque -r.

**remissus** *v.* remitto. **remīt(t)ior** *v.* remetior. *Bk.*

⌘**remitto,** -mīsī, -missum, -ere. *a* re- *et* mittere. *scribitur perf.* remeiss- *p. 1050, 66,* remiss- CIL V 7478 (*saec. I[1]*) -it (II[2] 5, 60 [*saec. II[2]*]. *al.*). Tab. Vindol. II 256 ii 4 -eris; *p. p. p.* remisa CIL II 1955; *c. apice* R. Gest. div. Aug. 3 remísi. *abbreviatur* r *in titulis* (*in nummis v. p. 1048, 29. 32*): CIL IX 5444 (*a. 30 a. Chr./14 p. Chr.*) r(ei) p(ublicae) r(emissum), *sc. impensum* (*si recte solvitur, ut* 5445 [*saec. I[2]/II[1]*]. 5453). X 5853, 8 (*aet. Trai.?*) h(onore) a(ccepto) i(mpensam) r(emisit) (*al., v. vol. VII*

[Ramminger-Sx.]

*1, 550, 66sqq.; sim.* II 7, 148 [*saec. I ex./II in.*] h(onore) u(so) i(mpensam) r(emisit). V 7485 [*saec. II*] h(onore) c(ontentus) i(mpensam) r(emisit). *al., v. supra p. 327, 5sq.*). XIV 3442 (*saec. II*) h(onore) u(so) s(umptum) r(emisit). rem: CIL IV 816 ad mea rem(iserunt?). II 1347 imp(ensam) rem(isit) (*sim.* IX 4456, 5). INSCR. Brit. 2440, 20 rem(ittam) l(i)b(enter) v *denariorum* (*si recte solvitur, sim.* 108. 109. 188). remi: INSCR. Brit. 2440, 107 remi(ttam) (*si recte solvitur, sim.* 110). remis: CIL II 5, 784 (*saec. II ex.*) imp(ensam) remis(it) (*sim.* 796 [*saec. II ex.*]. *al.*). remiser: CIL XIII 5098 impend(ium) remiser(unt) (*sim.* 5099. *al.*). remiss: CIL XI 378, 13 impens(a) remiss(a). NOT. Tir. 23, 21 -it. 23, 35 -sit. 23, $40^{h}$ -ssus. *de notione* (*v. etiam p. 1042, 4. 27. 1043, 2. 53. 1044, 18. 1049, 62. 1050, 48. 50*): SYNON. Cic. p. 432, 32 licet. ... praestatur. conceditur. -itur. inpune est. GLOSS. -o: *συγχωρῶ. παραχωρῶ. ἀφίημι. παραφίημι. διαφίημι. ἀποπέμπω. ἀντιπέμπω.* -ere: intermittere. GLOSS.$^{L}$ I Ansil. RE 997 -sit: revocavit. 998sq. -e: ignosce. concede. *sim. al.* *legitur in versibus inde a* PLAVTO, ENN., TER., LVCIL. (*in hexametris plerumque in fine versus*), *in prosa orat. inde a* RHET. Her., CIC. *per totam latinitatem.* [*it.* rimettere, *prov., cat.* remetre, *francog.* remettre *etiam sensu christ. (sec. p. 1045, 23 sqq.) haud alieno a serm. docto; sard. centr.* remintere *'iterum serere, seminare'; francog. vet.* remetre *'liquefacere'* (*cf. p. 1040, 10sqq.*). *cf. M.-L. 7197 et Faré, Postille. Battisti-Alessio V 3243. Cortelazzo-Zolli$^{2}$ 1378. Wagner II 120. Wartburg X 239sqq. Coromines V 651. Schd.-Cr.*] **[***confunditur in codd. c.* de- *vel* dimittere *p. 1041, 19. 1044, 48. 1046, 56. 1048, 3* (*restit. p. 1048, 26, perperam p. 1039, 52 et* CVRT. 5, 2, 2 [*v. ed. Lucarini, app. crit.*]), emittere *p. 1047, 50* (*restit. p. 1040, 7*), permittere *p. 1044, 74. 1046, 56. 1048, 23. al.,* relinquere *p. 1048, 45,* repetere *p. 1045, 66. restit. pro* amittere *p. 1040, 2* (*falso trad.* PLAVT. Most. 1169, *corr. Ussing*), praemittere *p. 1042, 43. in falsa var. l. pro* 2. recīdere STAT. Theb. 10, 516 (cervice recisa *codd. plerique,* c. -ssa *duo codd. et pars edd., probante Williams, comm. 1972, ad l.; locum addas p. 324, 70*). *contextu incerto vel deficiente* INSCR. Athen. Mitt. 75, 1960, 84 (*edict. imp. militare, a. 19 a. Chr.*) solet remit⟨...⟩. FEST. p. 289. *loco non sano vel incerto* PROP. 4, 4, 83. TAB. devot. Audollent 250B, 18 remis(s)e ferarum morsus. VLP. dig. 47, 20, 3, 2 in his ..., qui sunt in aliquo honore positi, ad tempus relegatio vel ab ordine motio -enda est (*poena mitior adhibenda vid.*).**]**

*fere i. q. rursum mittere* (*usum intrans. v. p. 1052, 6; gr. resp. maxime ἀφιέναι, v. p. 1038, 31. 1041, 4. 1045, 24 et e. g. p. 1047, 35, ceterum e. g. ἀνιέναι p. 1042, 50. 1044, 2. al., ἀπολύειν p. 1038, 32 et e. g. p. 1047, 67. 1048, 7, καταλείπειν p. 1041, 5 et e. g. p. 1048, 51. 62*).

*materiam sic digerendam esse putavimus*:

**I** *-endo moveri sinitur, dimittitur*:

- **A** *describitur motus localis; remissio fit*:
  - **1** *missum faciendo, ab aliqua re resolvendo; -untur*: **a** *animantes: p. 1038, 32* (*captivi p. 1038, 64*). **b** *res: p. 1039, 12.*
  - **2** *relaxando, sc. res antea tentas*: **a** *extenta, porrecta: p. 1039, 47.* **b** *corpus, membrum: p. 1039, 62.* **c** *spissa, densa: p. 1040, 10.* **d** *constricta: p. 1040, 34.*
  - **3** *emittendo*: **a** *quae antea accepta, sumpta sunt: p. 1040, 46.* **b** *varia (e. g. liquorem): p. 1040, 57.*
  - **4** *relinquendo: p. 1041, 4.*
- **B** *describitur motus non localis; remissio fit*:
  - **1** *(con)cedendo, sc. non retinendo, non accipiendo*:
    - **a** *possessiones proprias sim.*: **α** *quae alteri committuntur: p. 1041, 36* (*restituendo p. 1041, 36*). **β** *quae quolibet modo deponuntur, abiciuntur: p. 1042, 2.*
    - **b** *res ab altero oblatas, sc. quae recusantur: p. 1042, 13.*
  - **2** *omittendo*: **a** *actiones sim.: p. 1042, 25.* **b** *verba: p. 1042, 66.*
  - **3** *relaxando*: **a** *intrans.: p. 1042, 74.* **b** *trans., sc. -itur res p. 1043, 45, animans p. 1044, 6.* **c** *refl.: p. 1044, 44.* **d** *mediopass.: p. 1044, 58.*
  - **4** *ferendo, patiendo sim.*:
    - **a** *condonando, non puniendo facta*: **α** *crimen, culpam: p. 1044, 73.* **β** *peccata: p. 1045, 23.*
    - **b** *permittendo actionem: p. 1045, 44.*
    - **c** *admittendo affirmationem: p. 1046, 19.*
  - **5** *tollendo, demendo, prohibendo, sc. mala aliorum*: **a** *quaelibet incommoda: p. 1046, 35.* **b** *onera, operas: p. 1046, 72* (*in re pecuniaria p. 1047, 16*). **c** *multam, poenam: p. 1047, 38.*
  - **6** *solvendo ab aliqua re, in libertatem mittendo: p. 1047, 52.*
  - **7** *relinquendo*: **a** *non demendo: p. 1048, 13* (*pecuniam vel rem ab altero debitam sim. p. 1048, 14*). **b** *morte linquendo: p. 1048, 49.* **c** *deserendo: p. 1048, 65.* **d** *in statu priore linquendo: p. 1048, 71.*

**II** *-endo moveri iubetur vel curatur*:

- **A** *usu communi -itur aliquis* (*aliquid*):
  - **1** *eo, ubi antea fuit*: **a** *-untur homines: p. 1049, 5* (*nuntii p. 1049, 34, milites p. 1049, 43, mortui p. 1049, 58*). **b** *-untur res: p. 1049, 71.* **c** *usu absoluto: p. 1050, 8.*
  - **2** *in compensatione: p. 1050, 11.*
  - **3** *iterum: p. 1050, 42.*
- **B** *usu speciali agitur*: **1** *de repudio, divortio sim.: p. 1050, 46.* **2** *de remissione nuntiationis operis novi: p. 1050, 64.* **3** *de actu referendi eo, ubi aliquid certum statui possit: p. 1050, 71.*

**III** *-endo iacitur; -itur*:

- **A** *vel motu contrario vel eo, unde ventum est*: **1** *varia repercutiendo: p. 1051, 38.* **2** *res iactas rursus iaculando: p. 1051, 55.* **3** *eo iaciendo, unde aliquid demptum est: p. 1051, 62.* **4** *retorquendo: p. 1051, 64.*
- **B** *retro vel post tergum: p. 1051, 67.*
- **C** *obviam: p. 1051, 75.*

*appendix syntactica et stilistica: p. 1052, 2.*

*p. p. p.* **remissus,** -a, -um *pro adi. vel subst.: p. 1052, 33* (remissa *neutr. plur. p. 1054, 74, fem. sing. p. 1055, 15*).

*adv.* **remissē,** -ius: *p. 1055, 29.*

**I** *actio -endi fit moveri sinendo, dimittendo* (*vi originali resolvi vid. comprehensa, tenta sim.; praeverbium* re- *spectat insuper ad reditum ad locum priorem l. 37. 42sqq. p. 1040, 46sqq. al., iterationem p. 1039, 3. 11, notionem post se relinquendi p. 1041, 4. 1048, 12*): **A** *describitur motus localis* (*exempla ad possessionem rerum corp. pertinentia ad B traximus*); *remissio fit*: **1** *missum faciendo, ab aliqua re resolvendo* **(***accedit praedic. adi. ad obi. l. 46. 53. 75 [cf. abl. l. 51], inf. l. 54; indicatur quo passim, unde per abl. e. g. l. 37. 59. p. 1039, 8. 25, praepos.* ab *l. 59sq. 63,* de *p. 1039, 22,* ex *l. 72; gr. resp. maxime ἀφιέναι, e. g. l. 75. p. 1041, 4, vel ἀπολύειν, e. g. l. 53sq. p. 1039, 2*); *-untur*: **a** *animantes, quibus permissio abeundi vel redeundi datur vel qui liberantur* (*animae l. 45; -it res e. g. l. 43. 50sqq.*): **α** *homines*: (I) *quilibet* (*exempla selecta inde ab* OV.): PLAVT. Capt. 153 (*iocose*) quia nunc -ssus est edendi exercitus **(**155. FLOR. epit. 4, 2, 17 [*cf. Liv. perioch. 109* dimissurum]. *sim.* PLAVT. Epid. 206 a legione omnes -ssi sunt domum Thebis**)**. TER. Hec. 665 videte, ... -ssan *uxore, sc. parentibus,* opus sit vobis reductan domum. CAES. Gall. 7, 4, 10 *Gallos alios* necat ..., *alios* effossis oculis domum -it. VERG. Aen. 2, 543 (*loq. Priamus*) *Achilles* me ... in mea regna -sit. 12, 390 *Aeneas saucius* auxilio ... viam ... poscit: ense secent ... vulnus ... seseque in bella -ant (*cf.* STAT. Theb. 10, 717 te ... iterum ... iterumque -ere bellis. *paulo aliter p. 1049, 53*). OV. met. 11, 452 tibi iuro ..., si me modo fata -ant, *me* ante reversurum quam *eqs.* MANIL. 1, 759 *heroum* animae dignataque nomina caelo corporibus resoluta suis terraeque -ssa huc, *sc. ad lacteum orbem,* migrant ex orbe. VAL. MAX. 5, 3, 4 *Cicero quendam* salvum ad penates suos -sit. SEN. Phaedr. 1224 (*loq. Theseus*) pinus, coacto vertice attingens humum, caelo -ssum *me* findat in geminas trabes? (*sc. in duas partes*). STAT. silv. 4, 2, 19 quantae *columnae* ... caelum ... Atlante -sso sustentare queant. 4, 7, 13 quando te dulci Latio -ent Dalmatae montes? (*item -it regio*: MART. 10, 78, 6 rectorem *provinciae* vacuo sinu -es, *Dalmatia.* PLIN. epist. 5, 14, 9 cupio, te ... Campania tua -at). VET. LAT. Matth. 15, 32 (cod. 2, *sim. al.*) non -am eos sic ieiunos **(***gr. ἀπολῦσαι, Vulg.* dimittere. *cf. de eadem re* Marc. 8, 3 [cod. 6] si sic illos -serimus ire in domos suas ieiunos [*gr. ἀπολύσω, Vulg.* dimisero]**)**. MEN. dig. 49, 16, 5, 6 a barbaris -ssos milites. VLP. dig. 48, 5, 26, 3 semel -ssus adulter reduci *in domum* non potest (48, 5, 30, 2). *al.* *ab inferis*: LVCIL. 31 non Carneaden si ipsum Orcus -at. VERG. Aen. 5, 99 *Aeneas* animam ... vocabat Anchisae ... manisque Acheronte -ssos. VAL. MAX. 6, 2, 8 ab inferis illum ad accusandum -ssum (*cf.* 7, 2 ext. 7 *Aristophanes* introduxit -ssum ab i. ... Periclen). SEN. Herc. O. 14 (*Hercules ad Iovem*) mors, *sc. Hades, quem adii,* me tibi certe -sit (*cf.* 1369 quid, rector Erebi, me -bas Iovi?). Phaedr. 627 *Pluto* thalami -et ille raptorem sui? STAT. Theb. 10, 379 a morte (*v. p. 589, 10*). *al.* (II) *captivi* (*non stricte potest separari usus ab illo p. 1048, 75 illustrato; exempla selecta inde a* CAES.): PLAVT. Capt. 397 ut eum *captivum* redimat et -at ... huc (*sim. iuxta ponitur* redimere: LIV. 29, 6, 6sq.). CIC. off. 3, 101 captivos -endos *esse* (NEP. Hann. 7, 3 LIV. 22, 59, 18. *al.*). CAES. Gall. 3, 8, 5 *Galli P. Crasso nuntiant,* si velit suos recuperare, obsides sibi -at (LIV. 22, 22, 13 in civitates. 45, 42, 10). OV. met. 7, 713 (*loq. Cephalus*) *Aurora, quae me rapuerat,* me ... illi *Procridi* irata -sit. PLIN. nat. 34, 70 captos ... Atheniensibus -sit. MART. 6, 68, 8 Alcidae nympha -sit Hylan (*sim.* 9, 65, 14). FRONTIN. strat. 3, 16, 1 ex ea captivitate -ssus ad suos erat. TAC. hist. 3, 54, 2 captos ... exploratores ... -endo. VET. LAT. I Macc. 10, 33 (rec. L cod. G; *in epistula Demetrii ad Iudaeos*) omnem animam Iudaeorum *captivam* ... -o liberam gratis **(***gr. ἀφίημι ἐλευθέραν,*

*[Ramminger-Sx.]*

*sim.* rec. B omnes animas I. … -o liberas; *recc. L [codd. L, X] et V* relinquo**)**. Marc. 15, 6 (cod. 1) *Pilatus* consueverat -ere illis unum reum (*gr.* ἀπέλυεν, *Vulg.* dimittere). *al.* (III) *agitator, qui iterum dimittitur* (*v. vol. VIII 1174, 40sqq. et Friedländer, Sittengesch.*$^{9}$ *IV 182sq.; an ad p. 1050, 42? cf. CIL VI 10055, 9* [*a. 67*] revocatus II): CIL VI 37834, 31 (*a. 110/20*) cum -ssus esset, VIII vicit. 10047 b 2. 3. 6 (*saec. II; lapis periit*) vici … -ssus II, … -ssus semel, … -ssus semel.

**β** *animalia*: PETRON. 89 vers. 59 nodo -ssus *equus.* PLIN. nat. 32, 102 *piscis* vivus … -itur in mare (*cf.* MART. 10, 37, 7 ad sua captivum … saxa -ere *piscem*). HIL. myst. 1, 12, 4 (*spectat ad gen. 8, 10, ubi Vulg.* rursum dimisit) cum *Noe* columbam et recipit et -it.

**b** *res (corpus hominis l. 37; saepe e manibus, a corpore sim. dimittendo):* *varia exempla*: CIC. progn. frg. 4, 7 cum primum gelidos rores Aurora -it (*sim. cadunt, demittuntur guttae*: VITR. 8, 2, 4 *in calidariis* caelum, *sc. aeris calefacti,* … corripit ex pavimentis aquam et aufert secum *ad tectum* …; et primo non -it …, *postea* non potest sustinere …, sed stillat *eqs.*). div. 1, 123 *cuidam* in agro ambulanti ramulum adductum, ut -ssus esset, in oculum … recidisse. VERG. Aen. 5, 419 Erycis tibi terga *caestuum meorum* -o … et tu Troianos exue caestus. TIB. 1, 3, 88 puella paulatim somno fessa -at opus, *sc. stamina ducenda* (*cf.* OV. fast. 2, 755 *Lucretia* desinit in lacrimas inceptaque fila -sit). PROP. 3, 9, 54 Parthorum astutae tela -ssa fugae (*nisi ad 2a vel IIIB*). OV. am. 3, 2, 14 de … meis manibus lora -ssa fluent (met. 2, 200 l. -sit *Phaethon.* MART. 10, 55, 5). met. 2, 185 (*in imag.*) cui *navi* victa -sit frena … rector (2, 191 nec f. -it nec retinere valet *Phaethon.* 6, 228 f. … manu moriente *Ismeno* -ssis. VAL. FL. 5, 133. STAT. Theb. 7, 819 non arma manu, non f. -sit. 9, 871 f. … et arma -sit. *cf. l. 54*). LIV. 24, 34, 11 ferrea manus *tollenonis* … suspensa prora navem in puppim statuebat; dein -ssā subito velut ex muro cadentem navem … undae adfligeba[n]t. 27, 28, 11 -sso fune, quo suspensa erat cataracta. SEN. contr. 3 praef. 9 ille, quidquid apprehendit, non -it, sed … vehiculis moraturas manus inicit. SEN. Phoen. 61 (*Antigona ad patrem*) *numquam* manum hanc -am (*cf. 93* mitte genitoris manus). epist. 42, 5 *captivus velut avis* pluma tenebatur, quam -sit et fugit. CVRT. 4, 3, 26 corvi … et ferreae manus, *i. harpagones,* tormento -ssae plerosque rapiebant. 9, 5, 10 *saucius* -sit arma (*adde l. 26sq.*). LVCAN. 2, 78 ferrum … manu torpente -sit. VAL. FL. 6, 252 Taxes seminecem … Hypanin vehit atque -ssum pone trahit **(***item -itur corpus*: STAT. Theb. 6, 898 [*in luctatione*] *Tydeus Agylleum* alte librans inopinum sponte -sit obliquumque dedit procumbentemque *eqs.***)**. SIL. 2, 137 deficiens … manus pharetrae sua tela -sit (*item -it ipsa manus*: STAT. Theb. 10, 111 haec *manus Somni somniantis* cornu oblita -sit. BOETH. cons. 3 carm. 2, 29 hanc *virgam* si … dextra -sit *eqs.*). *al.*
*-itur, quod longinquitate semovetur, liberatur*: VITR. 9, 2, 2 (*antea: lunam* relaxari ab impetu solis) *lunam,* quo longius absit *a sole,* a radiis *eius* -ssam. *-itur, quod coquendo solvitur*: PS. THEOD. PRISC. add. p. 297, 9 ut *id* discoquatur, donec ossa -ssa sint, *sc. a carne.*

**2** *relaxando, sc. res antea tentas* (*refl. l. 57. p. 1040, 13. 30, c. praedic. p. 1040, 12*): **a** *extenta, porrecta* (*fort. huc l. 22*): PLAVT. Rud. 1036 (*1015* mitte rudentem) paullisper -e restem. CIC. Lael. 45 (*in imag.*) quam laxissimas habenas habere amicitiae, quae vel adducas … vel -as (STAT. Theb. 9, 288 sponte -sit h. CLAVD. DON. Aen. 5, 660 p. 500, 12 aurigae … relaxant frenos et h. -unt). SALL. hist. frg. inc. 12 parvis … velorum alis -ssis (de- *Maurenbrecher, sed v. Clausen, Am. Journ. Phil. 68, 1947, 299sq.; cf. l. 66*). HOR. carm. 3, 27, 67 -sso filius *Veneris aderat* arcu (SEN. dial. 2, 13, 4 STAT. Theb. 9, 261). OV. trist. 1, 4, 14 rector … frena -it equo **(**Pont. 4, 2, 23 studiis … f. -si [*in imag. ut*: PLIN. epist. 5, 21, 6 cui *dolori* si f. -as. CLAVD. 28, 265 voci laxata -sit f. dolor]. *al.; cf. l. 24***)**. VITR. 10, 12, 2 ut non possint se -ere *rudentes.* CELS. 7, 7, $4^{B}$ invicem modo -ere, modo adtrahere *linum.* SEN. dial. 9, 17, 6 multum interest, -as aliquid an solvas. nat. 2, 29 quanto vocaliora sint … intenta quam -ssa (*respic. chordae sim. ut*: BOETH. arithm. 2, 50, 1 l. 9 medii nervi sonum musicus vel astringendo tenuat vel -endo gravat). *al.*

**b** *corpus, membrum sim. intentum* (*vocem l. 68; exempla selecta inde a* SEN. *philos.*): LVCR. 5, 852 *ut* genitalia deinde per artus semina … possint membris manare -ssis (*v. Campbell, comm. 2003, ad l., collato 4, 1114* membra voluptatis dum vi labefacta liquescunt). 6, 743 *aves super Avernum lacum volantes* pennarum vela -unt praecipitesque cadunt (*cf. l. 52*). CIC. orat. 59 *orator vocem* variabit et mutabit; omnis sonorum tum intendens tum -ens persequetur gradus (*cf. p. 1052, 70*). Tusc. 2, 54 ut onera contentis corporibus facilius feruntur, -ssis opprimunt (LIV. 32, 5, 1 *p. 1044, 21.* MART. 1, 49, 11 *aquis calidis* -ssum c. astringes *flumine gelido.* CASSIOD. in psalm. 6, 7 l. 231 in somnum. 62, 7 l. 156). VERG. georg. 1, 202 si *remex* bracchia forte -sit. PROP. 4, 8, 53 pocula mi digitos inter cecidere -ssos **(**[*sim.* OV. epist. 19, 197 met. 4, 229]. PLIN. nat. 11, 94 d. contrahens ac -ens. QVINT. inst. 11, 3, 101 digitus … iungens *se pollici* -ssis ceteris *eqs.***)**. OV. met. 9, 314 iunctas … manus … -sit *dea* **(**SEN. benef. 2, 6, 1 utrum *tela* excusso lacerto torqueantur an -ssā m. effluant. PETRON. 79, 9 cum solutus mero -sissem [ami- *trad.*] ebrias m. *al.***)**. Pont. 2, 2, 63 cum … serenus erit vultusque -serit *Augustus* (SEN. dial. 5, 13, 2. *al.*). CELS. 7, 25, 3 cutis … extenditur …, deinde -itur (7, 26, $1^{C}$ [*opp.* adtrahenda]). SEN. Thy. 635 si metu corpus rigens -et artus. epist. 23, 3 hilaritates … frontem -unt (QVINT. inst. 11, 3, 78 his *superciliis* contrahitur, attollitur, ⟨r⟩emittitur *f.* PLIN. epist. 2, 5, 5 cogor postulare, ut in plerisque *huius libri vitiis* f. -as. *cf.* 9, 17, 2 -ere aliquid ex rugis). 58, 25 caelator oculos diu intentos ac fatigatos -it atque avocat. *al.*

**c** *spissa, densa, rigentia sim., quae fere calefaciendo sim. liquefiunt, molliuntur*: **α** *contextu vario*: VERG. georg. 4, 36 frigore mella cogit hiems eademque calor liquefacta -it. OV. fast. 4, 126 vere -ssus *est* ager (*cf.* LYGD. 5, 4 cum se … vere -it humus). LVCAN. 1, 17 bruma rigens ac nescia vere -i (CLAVD. 5, 101 b. -i … coepta). APVL. mund. 23 p. 341 (*si recte huc*) tepores frigus glaciale mitificant et brumalis austeritas terrestrium viscerum venas -it **(***cf. gr. 397b2 οἱ πάγοι δὲ τὰς φλόγας ἀνιᾶσιν* [*fort. auctor φλέβας legit, v. Bajoni, ANRW II 34, 2 p. 1813*]**)**. PASS. Iren. Lugd. p. 467, 23 plumbo -sso (GREG. TVR. glor. mart. 50 p. 523, 29). **β** *in arte medica*: SER. med. 266 fauces extrinsecus unguere prodest … ceris … -ssis (971 *l. 22.* PLIN. med. 3, 5, 2. *al.; cf.* 1, 3, 4 cerae albae libra ⟨ex⟩ olei rosacei libra -itur). 756 sevum bovis igne -es (PLAC. med. 5, 29 rec. *β sebum* in aqua -unt. *al.*). 971 adipes … -es aut ceram **(**PLIN. med. 1, 6, 5 adeps -ssus cum absinthio. PLAC. med. 2, 14 rec. *α* [*2, 13 rec. β* solutum]. *al.***)**. PELAGON. 255 cerae, bituminis … aequis ponderibus igne[m] -ito (*Hippiatr. gr. I p. 236, 8 ἰσόσταθμα πυρὶ λύσας*). MARCELL. med. 14, 44 si vetustate medicamentum inaruerit, -itur et temperatur vino. 20, 104 reliqua, quae -enda sunt, lento igne solvenda. ORIBAS. eup. 2, 1 *T* 13 Aa p. 512 *calx viva* calefacit … aliquantum -endo carnes **(**[*sim.* La, *gr.* διατήκει]. syn. 2, 12 La p. 99, 14 *medicamentum* carnis -it [*Aa* consumit, *gr.* ἐκτήκει]**)**. *al.* *refl.*: MARCELL. med. 35, 14 *herbam quandam,* donec se -at, excoques, tunc … conteres. ORIBAS. syn. 3, 60 Aa p. 863 solvis, quae solvenda sunt, et cum se -serint, tollis ab igne (*gr. aliter*). 3, 92 Aa p. 870 cum se omnia -serint (*gr. aliter*). 3 add. Aa p. 926 donec *cera* se -at.

**d** *constricta sim., quae aperiuntur, rescinduntur sim.*: TIB. 2, 4, 4 servitium … triste datur … et numquam misero vincla -it amor **(**OV. ars 2, 291 *p. 1047, 46.* met. 9, 315 v. lĕvor ipsa -ssis, *sc. parturiens.* TERT. adv. Marc. 2, 17, 4 [*spectat ad I Cor. 9, 9*] ⟨cum⟩ bovi … v. oris -untur ad fructum praesentis laboris**)**. OV. met. 5, 399 ut *Proserpina maerens* summa vestem laniarat ab ora, conlecti flores tunicis cecidere -ssis (*cf.* SEN. Tro. 88 veste -ssa substringe sinus *eqs.*). FEST. p. 205 nodos, quibus apex retineatur et -atur (*ibid. iterum*). SEN. nat. 3, 27, 7 *torrens* saxa resolutis (rev- *var. l.*) -ssa compagibus rotat. PETRON. 16, 2 sera … delapsa cecidit -ssaeque subito fores admiserunt *ancillam* (reclusae *codd. rec. et edd.*). MART. 11, 75, 8 servo … fibulam -e. *al.*

**3** *emittendo, sc. e corpore sim. proprio* (*indicatur unde per praepos.* ex *l. 49. 60. 62sq. 67,* de *l. 69*): **a** *quae antea accepta, sumpta sunt* (*exempla potiora*): LVCR. 2, 1126 *res crescentes* plura sibi assumunt quam de se corpora mittunt …, dum non ita sunt late dispessa, ut multa -ant. VERG. georg. 2, 218 *terra* et bibit umorem et, cum vult, ex se ipsa -it. AETNA 414 *lapis molaris* per tenuis admissa vias incendia nutrit cunctanterque eadem et pigre concepta -it. OV. fast. 6, 293 virgo est, quae semina nulla -it, *sc. pariendo,* nec capit. VITR. 2, 4, 2 parietes … -entes salsuginem (*cf.* COLVM. 12, 52, 14 ne *cerata* vasa ceram -ant). SEN. epist. 56, 1 retentum spiritum (AVG. civ. 14, 24 p. 50, 17 ad s. ducendum ac -endum. *cf.* ARNOB. nat. 7, 28 p. 377, 11 habent … dii nares, quibus … accipiunt auras et -unt). *al.*

**γ** *milites, exercitus (naves) vel duces* (*exempla selecta; si militibus permittitur abire, loci ad IA1 pertinent, v. p. 1038, 35 sq.*): CAES. Gall. 5, 23, 4 *naves* ad eum (civ. 1, 27, 1 n. ... Dyrrachio -ssae ... Brundisium revertuntur. 3, 8, 1 Brundisium. 3, 29, 2 n. in Italiam -it ad reliquos milites ... transportandos. LIV. 24, 40, 9 navibus ... Oricum retro, unde venerat, ad ceteram classem -ssis. *al.*). 5, 53, 3 Fabium cum legione in sua -it hiberna. HIRT. Gall. 8, 4, 1 legionibus ... in hiberna -ssis (8, 54, 3 [*2* quam *l.* ad Caesarem miserat] Pompeio l. -sit. *al.*). R. GEST. div. Aug. 3 dedu⟨xi in coloni⟩as aut -si in municipia sua *tot* (*gr.* ἀ⟨πέπεμψα⟩). PROP. 3, 12, 21 quocumque die salvum te fata -ent *eqs.* HOMER. 741 lux exorta viros in pristina bella -sit. *al.* *laxius dicitur -ere, qui mittit, unde non nisi ipse venit*: CAES. civ. 2, 44, 2 paucos *captivos* ... in regnum -sit *Iuba.* VET. LAT. act. 12, 1 (Lucif. Athan. 2, 14) eodem ⌞tempore -sit⌟ Herodes rex manus, ut noceret quosdam de ecclesia (*gr.* ἐπέβαλεν, *Vulg.* misit; ⌞ ⌟ *fort. per dittogr. pro* t. misit).

**δ** *mortui vel partes corporum eorum:* *domum*: NEP. Eum. 4, 4 ossa ... in Macedoniam uxori ... -sit (LIV. 8, 24, 17 o. ... Metapontum ad hostes -ssa *sunt*). VERG. Aen. 10, 492 (*loq. Turnus*) mea dicta referte Euandro: qualem meruit, Pallanta -o. 10, 828 (*Aeneas ad Lausum*) te ... parentum manibus et cineri ... -o (*aliter explicat* NON. p. 383, 19 -ssum significat concessum). 11, 206 corpora ... urbi ... -unt (EPICED. Drusi 167 c. matri vix ... -ssum). *in rogum sepulcrumve, ubi poni debent*: LVCAN. 4, 571 bustis ... -unt corpora victores. CE 1830, 2 (*a. 305; loq. mortui*) iam requiem sumimus, ubi nos fortuna -sit. *in caelum sim. quasi patriam* (*usu christ.*): CYPR. epist. 19, 2, 1 ut *morientes* ... cum pace ... ad dominum -antur. CARM. de resurr. 270 postquam ... dominus ... iustos ... aeterna in regna -sit (*cf. 94* revocari). CARM. Année Épigr. 1931 n. 112 paucis te terra diebus ... tenuit celiqu[a]e in regna -sit.

**b** *pro obi. sunt res corp.* (*exempla selecta*): PLAVT. Truc. 397 *studui,* revorsionem ut ad me faceret denuo *amator*; nunc huc -sit nuper ad me epistulam ([*sc. ubi amator antea fuit*]. CIC. Att. 12, 21, 1 legi Bruti e. eamque tibi -si. 13, 29, 3. VLP. dig. 47, 2, 14, 17 quod si ita misi e., ut mihi -atur). CIC. Att. 2, 20, 6 libros accepi ..., describo et -o (2, 22, 7 l. Alexandri ... tibi -si. 9, 9, 2 librum de concordia tibi -si et Philotimo *nuntio* dedi. FRONTO p. 104, 11). CATVLL. 12, 11 mihi linteum *ablatum* -e. CAES. epist. frg. Char. gramm. p. 100, 19 locellum tibi signatum -si. OV. ars 1, 469 si non accipiet scriptum inlectumque -et. fast. 6, 467 Parthe, ... signa -es (VELL. 2, 91, 1 s. Romana ... Augusto -ssa sunt). LIV. 9, 1, 5 res hostium in praeda captas ... -simus. VAL. MAX. 4, 8 ext. 1 mittendi *frumenti* ..., cavendi ne -retur. *al.*

**c** *usu absoluto*: TERT. monog. 5, 6 initium transmittit ad finem, ut *A* ad *Ω*, quomodo finis -it ad initium, ut *Ω* ad *A* (*cf. 5, 3* recursum ad initium).

**2** *in compensatione (quid mittatur, indicatur fere per acc., sed per orat. rectam l. 41; ponitur sine obi. l. 39; accedit praepos.* pro *l. 15. 18. 23); -untur*: **a** *varia*: PLAVT. Asin. 336 argentum huc -sit *pro asinis emptis.* Pseud. 44 salutem nusquam invenio ..., quam illi -am ([*41* s. impertit et s. ... expetit]. 46 pro lignean salute veis argenteam -ere illi *amicae*?). VERG. Aen. 4, 436 (*Dido Annae*) quam *veniam* mihi cum dederit *Aeneas,* cumulatam morte -am. OV. met. 13, 702 nec leviora datis Troiani dona -unt (MART. 4, 88, 1 nulla -sisti parvo pro munere d. *cf.* SEN. benef. 4, 40, 4 quidam, cum aliquod illis missum est munusculum, subinde aliud intempestive -unt. MART. 5, 59, 3 quisquis magna dedit, voluit sibi magna -i). PLIN. nat. 6, 101 HS *tot* ... imperii nostri exhauriente Indiā et merces -ente. IVST. 12, 6, 11 (*Alexandrum paenitet Clitum occidisse*) ut ... *nutrici* pro beneficiis funera *fratris* -ret. *al.* **b** *dicta, scripta*: CIC. Att. 3, 18, 1 simul a Caesare ei litterae, quas exspectaret, -ssae essent (9, 11, 1 [*antea*: misi ... ad eum l.] l. ... mihi -sit ... gratias agens Caesari. *al.* CAES. Gall. 5, 47, 5 Caesari). fam. 7, 3, 6 nisi mihi longiorem *epistulam* -seris (HIER. epist. 44, 1 vos dona transmittitis, nos epistulas -imus gratiarum). Phil. 12, 28 ut et accipiantur et -antur postulata per litteras. CAES. civ. 1, 10, 2 illi ⟨re⟩ deliberata respondent scriptaque ad eum mandata per eosdem -unt (IVVENC. 2, 516 GREG. TVR. Franc. 7, 13). SALL. Iug. 83, 3 ab utroque missis -ssisque nuntiis ([*nisi ad p. 1049, 41*]. PLIN. nat. 19, 50 *rex* nuntium ... filio -sit ex horto. VVLG. II par. 25, 18). VERG. Aen. 9, 635 (*loq. Ascanius sagittas mittens*) Phryges haec Rutulis responsa -unt (SIL. 8, 94 *Dido* ab imagine *Aeneae* pendet conqueriturque tibi et sperat r. -i). PROP. 3, 8, 25 tecta superciliis si quando verba -is (OV. met. 3, 378 *Echo* parata est exspectare sonos, ad quos sua v. -at. SEN. Tro. 111 Echo non, ut solita est, extrema brevis v. -at. CORIPP. Ioh. 1, 248). OV. epist. 1, 64 (*Penelope Vlixi*) Pylon ... misimus, incerta est fama -ssa Pylo. ars 3, 477 (*obi. subaudiendo; 473* rescribe) quotiensque -es. met. 3, 460 (*Narcissus ad imaginem suam*) nutu ... signa -is. SEN. contr. 7, 3, 9 Cicero ... misit ad Laberium transeuntem: '...'; Laberius ad Ciceronem -sit: '...'. *al.*

**3** *iterum (fort. huc p. 1039, 3), sc. -itur* praeco, *qui iterum praemittitur*: CASSIOD. in psalm. 150, 1 l. 1 salutaris ille p., *i. 'alleluia',* -itur ... de copia superna locuturus (*cf. 104 praef. l. 31* quibus *psalmis* tam dulcis p. praemittitur).

**B** *usu speciali*: **1** *agitur de repudio, divortio sim. (in imag. l. 55; aliter p. 1038, 38); -itur*: repudium: PLAVT. Aul. 799 ea re r. -sit aunculus caussa mea. TER. Phorm. 929 cum ... r. alterae -serim (SCHOL. Ter. p. 139, 15 renuntiaverim). LVCIL. 850 r., quod filiae -sit *sponsus* (*affert* NON. p. 383, 21 -ssum: missum). SEN. contr. 7, 6, 13 r. ⟨si⟩ -sero genero. SVET. Tib. 11, 4 r. ... ei *Iuliae* suo nomine ex auctoritate Augusti -ssum. MOD. dig. 50, 16, 101, 1 sponsae. LIV. perioch. 132 Octaviae. nuntius: PLAVT. Truc. 848 illi -am n. adfini meo. CIC. de orat. 1, 183 ut pater familias, qui ex Hispania Romam venisset ..., n. priori *uxori non* -sisset *in Hispaniam.* Att. 11, 23, 3. fam. 15, 16, 3 (*in imag.*) cum virtuti n. -sisti delenitus inlecebris voluptatis. *al.* APVL. met. 9, 28, 4 n. -sit uxori. VLP. dig. 23, 1, 10 pater sponso n. -ere potest et sponsalia dissolvere. *al. apud eundem.* COD. Iust. 5, 17, 2 (*a. 259*). FRG. Vat. 262 si ... n. sponsus culpa sua -serit. uxor: VET. LAT. exod. 18, 2 (cod. 104, *sim.* VVLG.) postquam -serat illam Moyses (*gr.* μετὰ τὴν ἄφεσιν αὐτῆς). Matth. 19, 7 (Iren. 4, 15, 2) libellum dare repudii et -ere uxorem (*gr.* ἀπολῦσαι, *Vulg.* dimittere). 19, 8 (cod. 2) permisit vobis Moyses -ere uxores vestras (*gr.* ἀπολῦσαι, *Vulg.* dimittere). *al.*

**2** *agitur de remissione nuntiationis operis novi q. d.* (*cf. p. 1036, 21 sqq.*): LEX Rubr. (CIL $I^2$ 592) 1, 6 q(ua) d(e) r(e) operis novi nuntiationem ... IIvir ... non remeisserit (MARCELL. dig. 39, 1, 22 cui opus novum nuntiatum est, ante -ssam n. opere facto decessit. VLP. dig. 39, 1, 5, 18. *al.*). VLP. dig. 39, 1, 1 pr. ut *opus novum* ... per nuntiationem inhiberetur, deinde -retur prohibitio hactenus, quatenus *eqs.* 43, 25, 1, 2 (*antea p. 1036, 29*) remissio facta hoc tantum -it, in quo non tenuit nuntiatio.

**3** *agitur de actu referendi eo, ubi aliquid certum statui possit* (*accedit praepos.* ad *passim; pass. impers. p. 1051, 7. 14. 15*): **a** *quolibet*: **α** *ad magistratus, senatum sim.*: CIC. Pis. 77 quos *amicos* ille ad te et ad tuum conlegam -sit. TAC. ann. 3, 10, 3 *Tiberius* integram ... causam ad senatum -it (PLIN. epist. 4, 9, 1 *accusatus* ad s. -ssus diu

[Ramminger-Sx.]

pependit. 9, 13, 22 relationem ... de eo Caesar ad s. non -sit. *cf.* LEX de imp. Vesp. [CIL VI 930] 3 utique ei ... relationem facere, -ere ... liceat**)**. PLIN. paneg. 77, 4 pleraque ad praetores -bat. FRONTO p. 11, 4 causa ... Romam -ssa (*cf. p. 10, 22 sqq.* ut testamenta ... ex ... transmarinis provinciis Romam ad cognitionem tuam deferantur). PAPIN. dig. 49, 1, 22 ad principem -ssa cognitio ab eo circumduci potest, qui -sit **(***cf.* VLP. dig. 48, 19, 6 pr. an -endum sit ad eum *principem. ibid.* nonnulli neque semper neque numquam -unt. EDICT. imp. inc. [Chart. lat. ant. X 415] 1, 4 quae *causae* a⟨d⟩ principalem notionem ⟨vel⟩ provocatae vel ⟨re⟩missae fuissen⟨t⟩**)**. VLP. dig. 1, 15, 4 eos ..., qui dolo fecisse incendium convincentur, ad Fabium Cilonem praefectum urbi ... -es (26, 10, 3, 15 *tutor suspectus* ad p. urbis -endus est. HIST. AVG. Aur. 11, 9 ut ... ad p. u. puniendos -rent. INST. Iust. 1, 26, 10. *al.; cf.* PAVL. dig. 1, 15, 3, 1 ut praefecto urbi -atur). 2, 8, 7, 1 si ... satisdatio voluntaria est, non in alium locum -itur (*cf.* PAVL. dig. 2, 8, 8, 5 sic ... iurare debet, qui in municipium -itur 'Romae se satisdare non posse *eqs.*'). COD. Iust. 9, 22, 11 (*a. 287*) si lis pecuniaria apud pedaneos iudices -ssa est. *al.* **β** *ad id, quo adhibito aliquid explicari, iudicari possit*: PS. QVINT. decl. 5, 11 ('liberi parentes in egestate ... alant') lex ... filium non -sit ad causas *egestatis.* PLIN. epist. 3, 21, 4 -rem te ad ipsum volumen *versuum Martialis,* nisi quosdam *memoria* tenerem. HIL. in Matth. 19, 5 *divitem* ex lege insolentem, sollicitum de salute -it ad legem. HIER. epist. 112, 20, 5 ad illas *praefationes* ... lectorem -endum puto. adv. Rufin. 3, 11 nos -is ad codicem. PETR. CHRYS. serm. 163, 4 *deus* de suis dubitantem promissionibus ad vilia et extrema -it exempla. CASSIOD. var. 4, 12, 3 desideria supplicantum consuevimus -ere ad statuta divalium sanctionum. *al.* **γ** *ad magistrum potiorem* (*si recte intelleximus*): QVINT. inst. 12, 10, 21 *exemplum simplicitatis Atticae* sit Lysias ...; non igitur iam usque ad Coccum et Andocidem -emur.

**b** *eodem, ubi antea fuerunt*: QVINT. inst. 11, 1, 76 apud eos, a quibus appellatum erit, si forte ad eosdem -emur. PLIN. epist. 6, 13, 2 Bithyni senatus consultum ... sunt ausi ... principi criminari; ab illo ad senatum -ssi *eqs.* CELS. dig. 48, 3, 11, 1 ut, cum cognovit et constituit, -at illum cum elogio ad eum, qui provinciae praeest, unde is homo est. AFRIC. dig. 42, 2, 7 ad praetorem. MEN. dig. 49, 16, 4, 5 *miles non* -endus est eo, ubi reus postulatus est.

**III** *actio -endi fit iaciendo*: **A** *aliquid -itur vel motu contrario vel eo, unde ventum est*: **1** *varia repercutiendo, repellendo* (*sc. vi naturali praeter l. 42*): LVCR. 2, 199 nonne vides ..., quanta vi tigna ... respuat umor aquae? nam quo magis ursimus alte ..., tam cupide sursum revomit (removet *trad.*) magis atque -it. 6, 68 quae, *sc. rationes erroneas,* nisi respuis ex animo longeque -is dis indigna putare (*inf. pro obi.*). HOR. ars 349 poscenti ... gravem *sonum* persaepe -it acutum *chorda.* SEN. Phaedr. 582 ut dura cautes ... lacessentes aquas longe -it. VAL. FL. 4, 658 *Symplegadum* miscentur rupes, iamque aequore toto ... iuga praecipites inlisa -unt. AVG. civ. 21, 4 p. 495, 5 si *magnes* iam rapuerat *ferrum,* ... mox -it. *imagines, radios sim.*: LVCR. 4, 337 *specula quaedam* dextera ... nobis simulacra -unt. VITR. 6, 2, 2 *remi submersi* -unt enatantes ab suis corporibus fluentes imagines ad summam aquae planitiem (7, 3, 9 *tectoria quaedam* sunt nitentia ... *et* i. expressas aspicientibus ex eo opere -unt). SEN. nat. 1, 3, 8 visum nobis nostrum -it ⌊aqua⌋ (itaque *trad.*). 1, 13, 2 *nubes* longe ... posita radios *solis* non -et. *sonos* (*cf. p. 1050, 36 sq.*): VERG. Aen. 12, 929 vocem late nemora ... -unt. OV. met. 3, 500 totidem ... -sit verba locus. STAT. silv. 4, 3, 64 echon simul hinc et inde fractam Gauro *monti* Massicus *mons* ... -it. **2** *res iactas rursus iaculando sim.*: *arma*: CAES. Gall. 2, 27, 4 ut ... pila ... intercepta -rent. SALL. Iug. 58, 3 tela eminus missa -ere *milites* (OV. ars. 2, 397 laesa Venus ... telum ... -it. *al.*). SIL. 14, 504 hastā excepit ... vulnus letale -ssā (STAT. Theb. 8, 435 hastam ... hosti dextra labente -it). *varia*: NVX 125 saxa (ANTH. 412, 8). SEN. benef. 2, 32, 1 nisi qui ... expedite -sit, quam *pilam* exceperat (7, 18, 1 SYMPH. 59, 3). 2, 32, 3 lusus ..., qui consummatur vicibus mittendi ac -endi. **3** *eo iaciendo, unde aliquid demptum est*: STAT. Theb. 8, 698 *Tydeus* truncis *hostium* sua membra -it, *sc. recisa.* **4** *retorquendo*: IREN. 4, 40, 3 l. 54 *deus* hominem miseratus est et retorsit inimicitiam ... in ipsum inimicitiarum auctorem ... retorquens ... illam et -ens illam in serpentem (*gr.* ἀντιπέμψας).

**B** *aliquid -itur retro vel post tergum*: **1** *de rebus variis* (*fort. huc p. 1039, 22*): NEP. Eum. 5, 5 verberibus cogebat *equos* exsultare et calces -ere (COMM. instr. 2, 1, 13 quos *martyres* equi trucidarunt c. -ssa). *-untur loca, quae videntur removeri, eo quod relinquuntur a navigantibus*: MAECEN. Sen. epist. 114, 5 *ut* alveum lintribus arent versoque vado -ant hortos (*cf. Berti, comm. 2018, ad l.*). **2** *de positione accentus*: PRISC. gramm. III 466, 4 *enclitica* solent ... accentus in extremam syllabam praecedentis dictionis -ere.

**C** *aliquid -itur obviam* (*ab usu sub A1 illustrato derivandum, v. maxime p. 1051, 50*): VITR. 3, 3, 13 invenustus conspicientibus -etur aspectus.

*appendix*: **1** *syntactica*: **a** *indicatur: quid -atur, per acc. passim, enunt. secund. c.* ne *p. 1045, 74. 1046, 60, c.* ut *p. 1041, 73. 1045, 71. 1046, 29, inf. p. 1041, 75. 1042, 26. 1046, 6. 1051, 42, acc. c. inf. p. 1046, 8. 25. 1047, 14. 50, or. rectam p. 1050, 41* (*refl. e. g. p. 1040, 30. 1044, 44; intrans. p. 1042, 74; absol. vel obi. subaudiendo e. g. p. 1042, 36. 1044, 73. 1045, 24. 1046, 13. 75. 1048, 33; mediopass. p. 1044, 58*). *cui vel quo -atur, per dat. passim, acc. e. g. p. 1049, 14, adv. e. g. p. 1041, 12, praepos.* ad *e. g. p. 1050, 74 sqq. 1051, 19 sqq.,* in *c. acc. e. g. p. 1038, 41.* *unde -atur, per abl. e. g. p. 1048, 2 sq. 1049, 6, praepos.* ab *e. g. p. 1047, 73 sqq.,* de *e. g. p. 1039, 22. 1040, 69,* ex *e. g. p. 1038, 72. 1040, 49. 60.* *quo respectu aliquis (aliquid) -at, per praepos.* de *e. g. p. 1042, 36. 1043, 21. 1046, 14. 1048, 35,* in *c. abl. p. 1043, 18. 23, acc. respectus p. 1044, 67. 1048, 2.* *finis per inf. p. 1038, 54. 1049, 31.* *ceterum accedit praepos.* pro *p. 1045, 1. 59. 1050, 12.* **b** *accedit: praedic., sc. adi. vel part. e. g. p. 1038, 53. 1040, 12. 1041, 50. 1049, 7, subst. abl. p. 1038, 51.* *pron. indef. vel acc. adv. indicans quantitatem sim., qua aliquid -atur, e. g.* aliquid *p. 1043, 25. 1044, 32. al.,* nihil *p. 1043, 30. 1044, 36. al.,* paulum *p. 1044, 41. 61. al.,* quicquam *p. 1044, 42. al.*

**2** *stilistica*: **a** *pro syn. est vel iuxta ponitur* (*selecta*): concedere *p. 1045, 5 sqq. 58. 71. al.,* ignoscere *p. 1045, 2. 7. 15. 33,* liberare *p. 1048, 5 et* CIC. Verr. II 3, 203, redimere *p. 1038, 66. 1045, 43,* relaxare *p. 1039, 43. 51. 1043, 29. 59. 1044, 18. al.* (*cf.* laxare *p. 1043, 63*), relinquere *p. 1041, 7. 1045, 60. 1048, 4. 16.* **b** *opp. vel disting.* (*selecta*): accipere *p. 1040, 55. 1041, 45. 1050, 4. 28. al.,* astringere *p. 1039, 61. 70. 1044, 15,* concitare *p. 1044, 10. 65,* contendere *p. 1039, 69. 1043, 25. 40* (*cf.* contentio *p. 1042, 32*), contrahere *p. 1039, 74. 1040, 6. 1044, 4. 8,* extendere *p. 1040, 4 et* BOETH. mus. 3, 9, (in)crescere *p. 1043, 12 sqq.,* intendere *p. 1039, 68. 1040, 9. 1044, 2. 4. al.,* mittere *p. 1049, 74. 1050, 6. 31. 1051, 62. al.,* retinere *p. 1039, 24. 1040, 40. 53. 1042, 37.* **c** *additur adv. abundans, sc.* iterum *p. 1038, 42. 1049, 30,* retro *p. 1049, 3,* rursus (rursum) *p. 1041, 51. 1043, 21. 1044, 1. 48. 63.*

*p. p. p.* ※**remissus,** -a, -um *pro adi. vel subst.* *compar.* -ior *saepius inde a* CIC. (*cf.* magis -us PORPH. Hor. carm. 2, 12, 1, nimis *p. 1053, 2. 19,* nimium *p. 1053, 59,* paulum *p. 1053, 71*), *superl.* -issimus *p. 1053, 28.* *de notione*: NON. p. 383, 17 -um: laetum (*affert p. 1055, 35*). SYNON. Cic. p. 418, 4 comis. facilis. suavis. acceptus. dulcis. -us. lautus. indulgens *eqs.* p. 443, 16 segnis. -us. languidus. aeger. ... neglegens. indiligens *eqs.* GLOSS. -us: ἀνειμένος. ἄνετος. ἀνεκτότερος. -i: παρειμένοι. -ior: ἀνειμένος. -ius: ἀνεκτότερον. commodius. non -um: σύντονον. *legitur in orat. soluta inde a* RHET. Her., CIC., *in versibus inde ab* HOR., OV., SEN. *trag.* [*it.* rimesso, *neap.* arrimissə *'humilis, demissus'. cf. M.-L. 7197 et Faré, Postille. Schd.-Cr.*] [*restit. pro* emissus *p. 1054, 48.*]

**I** *fere i. q. laxus, mitis sim.*: **A** *usu communi* **(***pro subst. masc. e. g. p. 1053, 25. 33, neutr. l. 59 sq. p. 1053, 4. 55 [alia notione pro subst. v. p. 1054, 74. 1055, 15]; iuxta ponitur e. g.* languidus *l. 55. p. 1053, 48. 55. al.,* lenis *p. 1053, 8. 18. 67. al.,* neglegens *vol. IX 1, 468, 31 sq., opp. e. g.* concitatus *l. 56. 65. p. 1053, 2. 1054, 9,* intentus *p. 1053, 3. 72. 1054, 34***)**:

**1** *de animantibus vel rebus ad eos pertinentibus*: **a** *spectat ad statum minus intentum, minus concitatum*: **α** *de hominibus eorumve animis, affectibus, actionibus sim.*: Ⓘ *pertinet ad artem oratoriam, litteras, scaenam sim.*: Ⓐ *quaelibet exempla*: RHET. Her. 3, 13, 23 sermo est oratio -a et finitima cottidianae locutioni **(***sim. -um est* genus dicendi: CIC. Sest. 115 -iore uti g. d. de orat. 2, 95 quaedam d. molliora ac -iora g. SEN. contr. 3 praef. 7 g. d. non -um aut languidum, sed ardens et concitatum. QVINT. inst. 12, 10, 67 quoniam ... vehementi -ius atque vehementius invenitur**)**. CIC. de orat. 1, 254 (*in scaena*) tardiores tibicinis modos et cantus -iores. orat. 59 *orator* se ... moderans ..., brachii proiectione in contentionibus, contractione in -is (*item neutr. plur. pro subst.*: FRONTO p. 20, 4 in istis -ioribus et Tullianis). OV. met. 3, 319 Iovem ... agitasse -os cum Iunone iocos. trist. 2, 547 *non* omne meum ... opus esse -um. VAL. MAX. 8, 1 absol. 13 -ioris hoc, illud aliquanto gravioris materiae exemplum. STAT. silv. 1 praef. stilo -iore, *sc. poetarum.* QVINT. inst. 9, 4, 69 *orationis* particulae ... graves, acres, ... -ae, exultantes. 10, 1, 73 *Thucydides* concitatis, ... *Herodotus* -is adfectibus melior. 10, 2, 23 in leni ac -o causarum genere (*antea*: asperitas; *postea*: tenuitas aut iucunditas). 11, 3, 164 egressiones fere lenes et dulces et -ae. PLIN. epist. 3, 1, 8 audit legentem -ius aliquid et dulcius. SVET. Tib. 21, 2 *Augustus* ... -iores hilarioresque sermones perveniente eo *abrupit.* *al.* Ⓑ *de vocibus, pronuntiatione*: RHET. Her. 3, 13, 23 demonstratio est oratio, quae docet -a voce *eqs.* **(**SEN. nat. 2, 6, 3 v., quae -ae claraeque sunt, prout aer se concitavit. QVINT. inst. 11, 3, 42 v. ... quo -ior, hoc gravior et plenior, quo tensior, hoc tenuis et acuta magis est. PHYSIOGN. 100 v. gravior -a. DRAC. Romul. 8, 511**)**. CIC. de orat. 3, 219 (*de actore*) aliud *vocis genus sibi sumat* voluptas, effusum et tenerum, hilaratum ac -um. Cato 28 est decorus senis sermo

[*Ramminger-Sx.*]

quietus et -us (*locum affert* NON. *p. 1044, 18*). VAL. MAX. 8, 10, 1 pronuntiationis ... modos ... aut nimis -os ... aut plus iusto concitatos. QVINT. inst. 11, 3, 17 tum intentis, tum -is ... modis *vocis* opus est. AVSON. 21 (419 S.), 68 qui tenor vocis, cum incitata pronuntias, quae inflexio, cum -a. BOETH. elench. soph. 169a28 non ... aliud videtur significare -a et intensa oratio (*gr.* ἀνιέμενος). Ⓒ *de hominibus, sc. spectat ad modum dicendi* (*cf. l. 17*): CIC. de orat. 3, 225 quo *sono quidam* illum *oratorem* aut -um excitaret aut a contentione revocaret. Brut. 317 *Cotta* -us et lenis, ... *Hortensius* ornatus, acer et ... verborum et actionis genere commotior. fin. 3, 1, 2 quamquam in eo sermone, qui cum Torquato est habitus, non -i fuimus, tamen haec acrior est cum Stoicis parata contentio. QVINT. inst. 12, 10, 19 *Rhodii oratores sunt* lenti ... ac -i. TAC. dial. 11, 1 quae cum dixisset Aper acrius ..., -us et subridens Maternus *respondit.*

Ⓘ *pertinet ad quaelibet*: Ⓐ *accedit praepos.* in *c. abl. (acc. l. 21) indicans, quo respectu aliquis -us sit:* *cum gerund.*: CIC. Mur. 52 cum te ... -iorem in petendo, *sc. consulatum,* putarent. p. red. ad Quir. 23 in ulciscendo -ior fuit. de orat. 2, 193 Pacuvium putatis in scribendo leni animo ac -o fuisse? AMBROSIAST. in I Thess. 2, 4 in arguendo. *cum subst.*: NEP. Iph. 3, 2 in labore nimis -us parumque patiens. VET. LAT. Sirach 4, 34 noli ... esse ... inutilis et -us in operibus tuis (*gr. 4, 29* παρειμένος). CLEM. ad Cor. 34, 4 (*pendet ex l. 20*) non pigros neque -os esse in omne opus bonum (*gr.* παρειμένους). VITA Caes. Arel. 1, 46 numquam in risu iusto -ior.

Ⓑ *vario usu*: ① *in bonam vel neutram partem*: CIC. Cael. 13 cum tristibus severe, cum -is iucunde ... vivere. Cato 81 dormientium animi ... cum -i et liberi sunt, futura prospiciunt (div. 2, 140 in inbecillo -oque a. *dormientis.* off. 1, 104 *iocus ingenuus fit* -o a. VAL. MAX. 6, 9 ext. 1 SEN. epist. 11, 10. SVET. Aug. 98, 1 -issimo ad otium et ad omnem comitatem a. *al.*). Lael. 66 tristitia ... et ... severitas habet ... gravitatem, sed amicitia -ior esse debet et liberior et dulcior et ad omnem comitatem ... proclivior. Att. 16, 15, 1 utrum *in causa agenda* -ior essem an summo iure contenderem. HOR. epist. 1, 18, 90 oderunt ... sedatum celeres, agilem navumque -i. LIV. 24, 39, 6 nihilo -iore militum ira ... quam *eqs.* CELS. 1, 2, 5 in eo, qui fatigatus est ..., -ior *esse debet exercitatio* (*opp.* amplior). SEN. Herc. f. 219 *serpentes* -o ⌊pectore⌋ ac placido intuens *Hercules infans* ([⌊ ⌋ lumine *var. l.*]. Phoen. 187). dial. 5, 5, 1 tam inquietis moribus ... quam compositis et -is (QVINT. inst. 4, 1, 17 mores ... iudicis velim nosse; nam prout asperi, lenes, iucundi, graves, duri, -i erunt *eqs.* ITIN. Alex. 36, 81). *al.* STAT. silv. 4, 6, 50 *severitas* epulis ... aliena -is. FRONTO p. 175, 9 *experiare eum* in ... omni prudentiae et facilitatis usu vel serio vel -o. p. 195, 16 ingenio ad cetera -o et delicato ([*opp.* durior]. AVR. VICT. Caes. 14, 9). CLAVD. 22, 143 curis te vacuum ..., tota mente -um. PAVL. NOL. epist. 43, 2 (*syn.* laxata). CASSIOD. var. 5, 36, 1 tibi -am vitam concedimus. *al.* -*ior est homo, qui minus aeger est* (*cf. p. 1047, 55. 1054, 29*): CELS. 3, 5, 4 qui ⌊-ior aeger est⌋ *matutino tempore* ...; si vero ne tum quidem ulla requies aegris est *eqs.* (⌊ ⌋ remissio est aegri *var. l.*).

② *in malam partem*: CIC. Phil. 6, 3 ⟨s⟩pe ... ⟨pa⟩cis obiecta [rem] -ior senatus fuit. CAES. civ. 1, 21, 5 neque ... tam -o ac languido animo quisquam omnium fuit, qui ea nocte conquieverit. 2, 14, 1 nostris languentibus atque animo -is (*item de male custodientibus*: SALL. Iug. 58, 1 -is, qui in praesidio erant, et ... proelium *non* expectantibus. FRONTIN. strat. 2, 13, 8 indutias ... impetravit et ob id -ioribus custodibus evasit. 3, 3, 2 -iores custodias fore die festo. AMBR. in psalm. 118 serm. 11, 21, 5 excubias). SALL. Iug. 53, 6 Romani ... intenti obviam procedunt; nam dolus Numidarum nihil languidi neque -i patiebatur (*c. acc.*: 88, 2 *imperator* n. apud se -um ... pati. AMM. 25, 1, 18 *pugna* n. perpetiens ... -um). QVINT. inst. 1, 3, 6 *pueri* sunt quidam, nisi institeris, -i. decl. 267, 10 fletus *animi* -i, fatigati *indicia sunt.* PS. QVINT. decl. 14, 2 in hanc ... feritatem ... nimium -us amator excandui. SVET. Tib. 52, 1 Drusus fluxioris -iorisque vitae erat (AMM. 18, 7, 7 more v. -ioris fluxius agens. *cf. l. 43*). HEGES. 1, 12, 2 Hyrcanus ... ingenio -ior (*opp.* acriorem animo; *cf. gr. 1, 109* νωθέστερον). ENNOD. dict. 20, 5 p. 481, 27 odi ... morum suorum -os iudices. *al.*

**β** *de partibus corporis* (*aliter de voce p. 1052, 70, crinibus p. 1054, 49*): VARRO rust. 2, 5, 7 *vaccae sint* spinā leviter -ā. MANIL. 4, 900 quia *animali* consilium non est, et lingua -a. SEN. contr. 2 praef. 2 vultus ... lenis et pro tranquillitate morum -us (VAL. MAX. 8, 10, 3 -o v. et languida voce et soluto genere orationis). SEN. dial. 11, 8, 4 quae -a fronte commentanda sunt ([*3* a severioribus scriptis ad ... solutiora procedere]. *al., v. vol. VI 1, 1357, 11sqq.; cf. p. 1040, 6*). STAT. Theb. 7, 60 non usquam ore -o cernere erat *Martem* (9, 151. Ach. 1, 718 subridens ... paulum o. -o). QVINT. inst. 11, 3, 75 *oculi* motu ... intenti, -i, superbi ... fiunt. 11, 3, 159 genua *sint* recta ..., umeri -i, vultus severus. VET. LAT. Hebr. 12, 12 (cod. 65, *sim. al. et* VVLG.) -as manus et soluta genua (*gr.* παρειμένας). TERT. patient. 15, 4 -a ... in laetum modum supercilia. *al.*

**b** *spectat ad indulgentiam, sc. erga alios* (*se ipsum l. 19*): CIC. Verr. II 3, 214 -ior aliquanto eius *praetoris* fuit aestimatio quam annona. Catil. 4, 12 si vehementissimi fuerimus, misericordes habebimur, sin -iores esse voluerimus, ... crudelitatis in patriae ... pernicie fama subeunda est. rep. 1, 66 magistratus ..., nisi valde lenes et -i sint et large sibi libertatem ministrent, insequitur (*e Plat. rep. 562*ᴰ πάνυ πρᾶοι). SEN. epist. 81, 6 -ior iudex ... iniuriae oblivisci iubebit. QVINT. inst. 3, 9, 7 *non* scire possumus, qualem nobis facere animum *iudicis* cognoscentis expediat, severum an mitem, concitatum an -um. PLIN. epist. 3, 14, 5 *dominus* quia sit -us et mitis (*opp.* superbus ... et saevus). SVET. Claud. 21, 5 nec ullo spectaculi genere communior aut -ior erat *quam gladiatorio.* Galba 14, 2 modo acerbior parciorque, modo -ior ac neglegentior quam conveniret. GELL. 11, 18, 6 decemviri ... neque pari severitate in poeniendis ... furibus neque -a nimis lenitate usi sunt (HIST. AVG. Pesc. 12, 3 cum l., sed militari, non -a et inepta). 20, 1, 4 (*e Favorino*) quaedam ... esse animadvertuntur ... lenia ... nimis et -a *in legibus XII tab.* PANEG. 11, 12, 1 in cives suos tam liberalis est ac -us. AMM. 30, 5, 3 erat severus in gregariis corrigendis, -ior erga maiores fortunas vel verbis asperioribus incessendas. SALV. gub. 4, 12 aliis severissimi sumus, nobis indulgentissimi, aliis asperi, nobis -i (*item c. dat.*: CASSIOD. var. 2, 41, 1 [*antea*: motus vestros *in iam victos* ... temperate] estote illis -i. 9, 18, 9 maleficos ... legum severitas insequatur, quia impium est nos illis esse -os). *al.*

**2** *de quibuslibet rebus*: **a** *usu communi respicitur vis lenior rerum naturalium*: CAES. Gall. 5, 12, 6 loca sunt temperatiora quam in Gallia, -ioribus frigoribus (*cf.* SEN. epist. 23, 1 *hiems* -a fuit et brevis). civ. 3, 26, 2 *naves hostium,* cum iam nostris -iore vento adpropinquassent, idem auster increbruit (*item de ventis*: ANTH. 941, 29 Zephyris ... -is *Venus* mulcet agros [*30* leni ... aura]). CELS. 3, 4, 13 fit ... gravior *morbus,* qui -ior esse consueverat (*item respic. morbus*: 3, 5, 4 quia fere -ius matutinum tempus aegris est. HEGES. 5, 8, 2 [*in imag.*] ubi -ior erat ... morborum, *i. bellorum,* accessio. *cf. p. 1044, 55. 62. 1053, 45*). SEN. apocol. 4, 1 flagrat nitidus fulgore -o vultus *Neronis* (*item respic. color*: nat. 1, 1, 7 [*in caelo*] cum ... acrior sit Caniculae rubor, Martis -ior. 1, 3, 12 duobus coloribus, *sc. arcus caelestis,* hanc varietatem efficientibus, -o et intento. PLIN. nat. 37, 103 *lychnitem gemmam* quidam -iorem carbunculum esse dixerunt [*inde sim.* ISID. orig. 16, 14, 4]. BOETH. Porph. isag. p. 21, 17 [*gr.* ἀνειμένην]). dial. 6, 18, 2 lene -umque lumen *lunae* (*item de lumine, igne*: nat. 6, 11 si *ignis* acrius institit ..., si vero -ior fuit. epist. 79, 3 nihil flammis adurentibus, sed tantum vi -a ac languida refulgentibus). nat. 3, 21, 1 si -ior fuit aeris et loci pestis. SCRIB. LARG. 57 medicamentum primo austere erit ..., postea -ius videbitur ([*inde* MARCELL. med. 12, 4]. *item respic. vis medicamenti*: 91 ad eadem -ior quidem pastillus, sed non contemnendus *eqs.* PLIN. nat. 24, 69 flos et folia ... in eosdem usus adhibentur, quamquam -iora). *al.*

**b** *specialia quaedam*: **α** *de serie soluta, rara columnarum*: VITR. 3, 3, 1 (*de speciebus aedium*) pycnostylos, id est crebris columnis, systylos, paulo -ioribus. **β** *de rebus non ligatis, fluentibus*: APVL. met. 2, 9, 7 uberes ... crines leniter ⟨r⟩emissos et cervice dependulos (*item de crinibus*: CE 562, 7 [*Romae, saec. II*] rufa coma, tonso capite pos[t]trema -o. AMBR. epist. 4, 15, 7 coma). VET. LAT. gen. 49, 21 (cod. 91. *al.; si recte huc*) Nephtalim codex -us (*ibid.* arbor -a [*cf.* Ambr. Iac. 2, 9, 40 vitis -a]; *gr.* στέλεχος ἀνειμένον, *Vulg. aliter*). MAX. TAVR. 26, 4 -is ac fluentibus tunicis. **γ** *de rebus liquefactis* (*cf. p. 1040, 10*): CHRYSOST. hom. I 533ᴮ cum ... haec ..., in quae mutatur *res densa,* -a sint et fluida.

**B** *in struct. impers. q. e.* -ius est alicui (*gr. resp.* ἀνεκτότερον ἔσται): VET. LAT. Matth. 11, 22 (cod. 8, *sim. al. et* VVLG.) Tyro et Sidoni -ius erit in die iudicii quam vobis (*de eadem re*: Luc. 10, 14 [cod. 10. *al. et* VVLG.]). 11, 24 (*ibid., sim.* VVLG.) terrae Sodomorum -ius erit in die iudicii quam tibi (*de eadem re*: Marc. 6, 11 [cod. 3] -ius erit Sodomis ... quam civitati illi [*gr. solum in var. l., Vulg. aliter*]. Luc. 10, 12 [cod. 10. *al. et* VVLG.]).

**II** *i. q. demissus, humilis*: AMBR. in Luc. 4, 31 *ambitio, i. homo ambitiosus,* curvatur obsequio, ut honore donetur, et dum vult esse sublimior, fit -ior. spir. 1, 3, 54 si quis corporis specie deceptus humani -ius aliquid sentit de Christi carne quam dignum est.

*appendicula syntactica; indicatur:* in *qua re aliquis -us sit p. 1053, 19sqq.* (*c. gerund. p. 1053, 15sqq.*), in *quam rem p. 1053, 21,* ad *quam rem* RVFIN. Basil. reg. praef. 2, 14 ad ... *recta* implenda. AVG. serm. 350F, 2 (Wien. Stud. 122, 2009, 208) ad vindicandum. *erga quem (quam rem), per dat. l. 19sqq., praepos.* erga *l. 17,* in *c. acc. l. 16.* *quo respectu, per abl.* animo *p. 1053, 50,* ingenio *p. 1053, 61,* mente *p. 1053, 42, gen. fort. p. 1053, 62 et* AMBR. off. 1, 18, 70 modestia ... sui iuris -ior, nihil sibi usurpans *eqs., praepos.* ad *p. 1053, 28. 41.*

*neutr. plur.* ⊠**remissa,** (-ōrum); *legitur non nisi nom. vel acc.* (*cf. alia notione p. 1052, 45*). *i. q. remissio, condonatio (non nisi in novo test. et*

[Ramminger-Sx.]

*locis inde pendentibus):* *pendet gen.* peccatorum (delictorum *l. 7*): Vet. Lat. Luc. 3, 3 (cod. 2) praedicabat baptismum paenitentiae in -a p. **(**[*gr.* εἰς ἄφεσιν, *Vulg.* in remissionem]. act. 2, 38 [Iren. 3, 12, 2]. Optat. 1, 8, 3 *Christi* caro ... non potuit in -a p. tingi. Inscr. Année Épigr. 1998 n. 1522 [*ex Africa; in pavimento tessellato*] unum baptisma in -a p.**)**. 24, 47 (cod. 2, *sim. al.*) praedicari ... paenitentiam et -a p. (*gr.* εἰς ἄφεσιν, *Vulg.* remissionem). Ambrosiast. in Gal. 5, 13 dei gratia accipientes -a delictorum liberati sunt (in II Tim. 1, 10 -a p. accipere. Arnob. Ivn. in psalm. 41 l. 18. *cf. l. 13*). Ps. Hier. in Rom. 31 Christus ... -a p. donat credentibus. Ps. Avg. quaest test. 102, 3 sciens dominus conversis dari debere p. -a. (Arnob. Ivn. in psalm. 45 l. 11 unus impetus Iordanis dat -a p. 97 l. 29 in quo *flumine* non data sunt -a p.). *al.* *sine gen.*: Ambrosiast. in Rom. 6, 14 (recc. *β, γ*) quamdiu -a non accipit (in Col. 2, 15, 4 [rec. alt.] qui acceperant -a).

*fem. sing.* ※**remissa,** (-ae) *a neutr. plur. derivatum; legitur non nisi nom., acc., abl.* **[***confunditur c.* remissa *n. pl. vel* remissio *in codd. medii aevi l. 22 et e. g.* Vet. Lat. Matth. 26, 28 (Cypr. epist. 63, 9, 2, *ubi* remissionem *ed. coll. p. 1035, 42*). Luc. 24, 47 (Cypr. testim. 1, 4, *ubi* remissa *n. pl. ed. coll. l. 6*).**]**

*i. q.* remissio, condonatio: Vet. Lat. Marc. 3, 29 (Cypr. epist. 16, 2, 1, *sim.* testim. 3, 28) qui ... blasphemaverit in spiritum sanctum, non habet -am (remissa *var. l., gr.* ἄφεσιν, *Vulg.* remissionem). *pendet gen.* peccatorum: Tert. adv. Marc. 4, 18, 9 diximus de -a p. Cypr. domin. orat. 10 quibus -a p. datur (patient. 6 Avg. bapt. 3, 18, 23. *al.*). epist. 64, 5, 2 ad -am p. accipiendam (73, 4, 1 Hier. hom. Orig. in Is. 6, 1 p. 268, 6. *al.*). 73, 5, 3 consecutus esse p. -am (73, 6, 2. *al.*). Hil. coll. antiar. p. 72, 3 credimus ... in -am p. Optat. 5, 5, 1 in paenitentia et -a p. Ps. Ambr. paenit. 33 merebimur -am omnium p.

*adv.* ※**remissē.** *longe praevalet compar.* -ius (*cf.* nimium -e *l. 46,* satis -e Caes. Arel. serm. 101, 5), *superl. deest.* Gloss. II 226, 15 ἀνέτως: -ius. *legitur inde a* Cic., Rvt. Lvp.

*i. q.* modo remisso (*corporaliter l. 40*): **1** *in bonam vel neutram partem*: Cic. Cael. 33 (*32* agam modice) me *cum Clodia* ... -e et leniter *agere* (*opp.* severe et graviter). de orat. 1, 255 multo dicis -ius et lenius quam solebas **(***respic.* modus dicendi *ut*: 3, 30 res ... tristis -e, severas hilare ... tractavit [*cf.* Non. *p. 1052, 36*]. 3, 102 Sen. epist. 115, 2 Qvint. inst. 9, 2, 91. 10, 2, 23 [*opp.* concitate]. *al.***)**. 3, 184 orationem *politam* ... non adstricte, sed -ius numerosam esse oportere. fam. 6, 13, 3 *molestias* -ius et placatius ferre. *al.* Sen. clem. 1, 24, 1 -ius imperanti melius paretur. benef. 2, 17, 4 *pila ludentes* languidius et ... -e occurremus *tironi.* Plin. paneg. 79, 2 -ius istud contenderemus, *sc. precibus.* Svet. Claud. 30 *eum* -e quid vel serio agentem multa dehonestabant: risus indecens *eqs.* Fronto p. 49, 3 num ... -ius et clementius delictum ... aestumarem. Afric. dig. 47, 2, 62, 6 paulo -ius circa interpretationem doli mali debemus nos versari. *al.* **2** *in malam partem, fere i. q. neglegenter, nimis indulgenter*: Rvt. Lvp. 1, 16 nimium -e loquor. 2, 18 nocentibus -e parcitis **(***respic.* poena *sim. ut*: Pavl. dig. 47, 9, 4, 1 [= Marcian. dig. 48, 19, 11 pr.] ne quid aut durius aut -ius constituatur *a iudice.* 48, 10, 21. Greg. M. epist. 3, 6 l. 50 sententiam *iudicii* ... -ius *implere. al.***)**. Colvm. 1, 8, 10 ut *vilicus* neque -e neque crudeliter imperet (*sim.* 11, 1, 25 ne aut crudelius aut -ius agat cum subiectis). Qvint. decl. 260, 2 etiamsi *adulescens* quid -ius ac liberalius fecit, ... excusari potest. Ter. Mavr. 318 non ... cursim aut -e tam minuta acumina adsequi quicumque poterit, *sc. in legendo* (*opp. 319* morosa intentio). Vet. Lat. II Macc. 12, 14 (recc. L, X, V) *defensores civitatis* -ius agebant (*gr. aliter*). Paneg. 4, 11, 2 urbis ... lacerationem lente ac -e te laturum. Avg. conf. 5, 10, 18 *praecepta philosophiae* -ius negligentiusque retinebam. epist. 166, 4 *per corporis partes anima* adest ... alicubi intentius, alicubi -ius. *al.*

*deriv.*: remissarius, remissibilis, remissio, remissivus, remissor.
*compos.*: abremissa, irremissus; irremissibilis.
*cf. Onom.* (Remissus). *Ramminger-Sx.*

**rēmītus,** -a, -um. *a* remus (*arte fictum sec. gr.* πηδαλιωτός, *cf.* Boeth. in categ. comm. 2 p. 226$^{C}$ neque alatum neque -um nomen fuit, nisi ipse fingeret Aristoteles). *i. q.* remo instructus: Boeth. categ. 7a12 remus *est* -ae *navis* remus **(***inde* in categ. comm. 2 p. 224$^{C}$ remum -ae rei esse remum et -am rem remo esse -am [*sim.* p. 225$^{D}$]**)**. 7a14 sq. -um enim remo -um est. 7a22 ab ala alatum, a remo -um.

**rēmivagus,** -a, -um. *a* remus *et* vagari. *i. q.* vagans remis actus: Varro Men. 49 (*affectans stilum poetarum novorum?*) nautae -am movent celocem.

**rēmix** *v.* remex.

**remixtio,** -ōnis *f.* *a* remiscere. *i. q. actio vel effectus remiscendi* (*vi praeverbii evanida*): Rvstic. Conc.$^{S}$ I 4 p. 102, 7 qui confusionem et -em duarum naturarum *Christi* dicunt **(**permixtionem *Conc.$^{S}$ I 5 p. 171, 27; respiciuntur verba Cyrilli* οὔτε σύγχυσιν ... ἢ ἀνάκρασιν *Conc.$^{S}$ I 1, 7 p. 149, 26 [cf. supra p. 712, 26] ut etiam* Rvstic. Conc.$^{S}$ I 4 p. 103, 37. 104, 28**)**.

**remmancipo** *v.* remancipo.

**remmo-** *v.* removeo (remotus).

**remnuoth** *m.* *vox Aegyptia notionis q. e.* μονάζων, *solitarius sim.* (*v. Horn in: Quaerentes scientiam [Festschr. Westendorf], 1994, 67sqq.*). *significatur tertium illud genus monachorum Aegyptiorum* (*quod* Sarabaitarum *appellat Cassian. conl. 18, 7, 2sqq.*): Hier. epist. 22, 34, 1 tertium genus est, quod *Aegyptii* dicunt -th (remneboth *al. var. ll.*), deterrimum ...; hi bini ... simul habitant suo arbitratu ... viventes *eqs.*

**remob-** *v.* removeo.

**[remolēns** *v. p. 1075, 69.***]**

**remolio** *v.* remollio.

**remōlior,** -ītus sum, -īrī. *a* re- *et* moliri. *vi pass.* (*cf. e. g. vol. V 1, 498, 77sqq. VIII 1358, 28sqq.*) Sen. Herc. f. 504 Colvm. 2, 11, 9.

**1** *respicitur actio contraria, fere i. q. renitendo moliri, removere sim.*: Ov. met. 5, 354 *Typhoeus sub Aetna sepultus* saepe -iri luctatur pondera terrae (*cf.* Sen. Herc. f. 504 orbe si -to queat *Hercules ab inferis reverti*). Sen. nat. 6, 13, 4 *calidum* frigori cedens ... magno impetu agitur ...; proxima quaeque -itur (demol-, mol- *var. ll.*) ac iactat. Stat. Theb. 10, 527 *portae* ferrea ... claustra -iri (Clavd. 18, 195 arcae c. -iri). **2** *respicitur actio iterata, i. q. rursum moliri*: Colvm. 2, 11, 9 nihil ... amplius in iteratione, *i. sartione secunda,* quam ⌞-iri⌟ terra debet aequaliter (⌞ ⌟ *trad.*; -moll- *Schneider et e. g. Rodgers, 2010, sed cf. 2, 11, 2* plana sartione terram permoveri *et vol. VIII 1361, 72sqq.*). Sil. 1, 36 fractis ... coeptis *belli Punici primi* ... iterum instaurata capessens arma -itur *Iuno* (*sc. arma an coepta?*).

**remollēsco,** -ere. *a* re- *et* mollescere.

*i. q.* in statum mollem redire: **1** *incorporaliter respicitur:* effeminatio: Caes. Gall. 4, 2, 6 ea re (*sc. vino*) ad laborem ferendum -ere homines atque effeminari arbitrantur *Suebi* (*loco gemino 2, 15, 4* relanguescere). mitigatio: Ov. met. 1, 378 si precibus ... numina iustis victa -unt, si flectitur ira deorum. **2** corporaliter: Ov. met. 9, 662 ut ... sole -it, quae frigore constitit, unda (*item in compar.*: 10, 285 ut ... sole cera -it). *Bk.*

※**remollio,** -iī, -ītum, -īre *et* -iāvī, -iātum, -iāre. *a* re- *et* mollire. *scribitur* -moli- *in cod. vet. l. 55, cf. l. 23sq.* Not. Tir. 73, 21 re(molliat) (*si recte suppl. e 20* con⌞molliat⌟ [⌞ ⌟ *add. man. alt.*]). *formas primae coniug. v. l. 48sq. 53. 63 et fort. l. 38.* [*confunditur c.* mollire *in cod. Paris.* Galen. alfab. 39 *l. 54.* 155 (lilium). 286 (viscum); *fort. recte coni. pro* remoliri *l. 24.*]

*fere i. q.* (rursus) mollire (*vis praeverbii parum perspicua est, fort. ad statum priorem restituendum spectat l. 48. 66 et sub 1aβ et 2*): **1** transitive: **a** proprie -untur res corporeae: **α** generatim: Ov. met. 4, 286 quare ... Salmacis enervet tactosque -at artus, discite. Sen. epist. 90, 20 quemadmodum subtemen insertum, quod duritiam utrimque conprimentis tramae -at, spatha coire cogatur. Vet. Lat. Iob 33, 25 (cod. 91, *sim. al.*) *deus* -abit ... eius carnes ... et restituet eum viriliacum (*gr.* ἁπαλυνεῖ, *Vulg. aliter*). Marcell. med. 25, 20 radices ... cum pane -ato miscentur. Philvm. med. 1 p. 108, 13 viscum ... -es. **β** speciatim in arte medica, sc. -endo sanatur duritia corporis sim. (*cf. 2*): Chiron 700 *cataplasma* -it duritiem ungulae. Marcell. med. 32, 49 apostemata ut -entur ..., facies medicamentum. Galen. alfab. 39 (bdellium) potest ... duritias nervorum -ire (mollire *cod. Paris.*). 189 (meu) *radix* rigorem vesicae et renum -it. Oribas. syn. 1, 28, 4 Aa p. 82, 22 ad duritias remoliendas (*gr.* μαλάξεως ... χάριν). Plin. phys. Sang. p. 242 l. 20 *potio* -it cauculum (*i.* calc-). *al.* miraculo suscitatur mortua: Sedvl. op. pasch. 3, 11 p. 241, 19 corpus ... mortis rigore constrictum spiritus *Christi* igne -ens (*cf. carm. pasch. 3, 139* spiritus igne fovet).

**b** translate vel in imag., sc. homines vel eorum affectus, actiones sim. -endo mitiores redduntur: Svet. Aug. 79, 1 *homo Gallicus confessus est* eo *vultu sereno Augusti* se inhibitum ac -tum, quominus *eqs.* Vet. Lat. Iob 23, 16 (cod. 91. *al.*) dominus mihi -avit cor (*gr.* ἐμαλάκυνεν, *Vulg.* mollivit). Ambr. in psalm. 118 serm. 18, 14, 2 devotionis ... fervor, qui nos velut suavem cibum in Christo -it (*cf. l. 49sq.*). Hippocr. num. sept. 46, 34 vox inbecillior leviorque facta et anhelitus -tus (*gr.* μανότερον).

**2** intransitive (*ubique in arte medica, ita ut duritiam sim. molliri intellegas; cf. 1aβ*): Plin. med. 1, 21, 1 adipis anserini perunctio -it. Chiron 592 cum *unguentum* -erit, inponis malagma. Galen. alfab. 4 (ammoniacum) potest ... efficaciter -ire et relaxare (*fere eadem* 228 [resina]). 110 (foeniculum) succus ... calefacit et -it. Plin. phys. Bamb. 52, 2 adeps anseris ... perunctus -it (*cod. Cass.,* -i *cod. Bamb.*). *McNamara.*

**remoneo,** -ēre. *a* re- *et* monere. Not. Tir. 53, 59 -et.

*i. q.* rursus monere: Homer. 151 sic ... moneo -boque, Achivi: *eqs.* Apvl. met. 5, 24, 5 haec ... identidem ... censebam, haec benivole

*[Bk.]*

-bam. CIL V 8216 (*saec. I/II*) Dianae Aug(ustae) sacr(um); ... voto suscept(o) -ente dea solvi.

**remōnstrat** Not. Tir. 47, 9. *ad integrandam seriem fictum a* re- *et* monstrare.

**remor,** -oris *adi., vel* **remoris,** (-e). *a* remorari *retrograde formatum* (*de forma fort. heteroclit. v. l. 28*).

*i. q. praeditus vi remorandi, sc. retinendi, impediendi*: **1** *term. techn. auguralis de avibus*: CIL I² 3181ʰ (*in columella templi auguralis*) r(emore) ave (*cf. 3181ᵍ* sin(istra) av(e), *sed v. l. 11*). Inscr. Hisp. Epigr. 17, 2011 n. 55 (*saec. I med. a. Chr.; cum imagine duarum avium rapacium*) re(more ave), ⌊sin(ente ave)⌋ (*ed.; an* sin(istra ave) *coll. l. 9?*). *rem explicat* Pavl. Fest. p. 276 -es aves in auspicio dicuntur, quae acturum aliquid remorari conpellunt. **2** *transfertur ad homines* (*cf. l. 29*): Ps. Avr. Vict. orig. 21, 4 *Romuli fratrem* Remum dictum videlicet a tarditate, quippe talis naturae homines ab antiquis -es dici.

**1. remora,** -ae *f.* *sec.* mora *a* remorari *retrograde formatum. de notione v. l. 21sq. 33sqq. p. 1017, 65sq.* [*falsa var. l. pro* mora Plin. nat. 32, 6 (*v. vol. VIII 1468, 7sqq.; olim falso editum* Cels. 7, 15, 2 Isid. orig. 12, 6, 34); *falso trad.* Paneg. 12, 8, 3 Amm. 14, 5, 8.]

**1** *i. q. actio remorandi, mora retinens sim.* (*cf.* Gloss. II 259, 55 *βραδύτης*: mora, -a, sera tarditas. 399, 7 *παρολκή*: mora, -a, dilatio. 464, 25 *ὑπέρθεσις*: dilatio, procrastinatio ..., mora, -a, cunctatio): Plavt. Poen. 928 (*in versibus interpol.; 925* non datur cessatio) ⌊-a⌋ si sit, *poenas dabo* (⌊ ⌋ remor(or) *trad.*). Trin. 38 *gratiae* -am ... faciunt rei ... publicae. Lvcil. 965 quoia ... vox ... meo gradu -am facit? Itin. Alex. 6, 14 quae *staturae incommoda* nullas ferventi *iuveni* -as adferrent.

**2** *metonymice significatur, qui (quae) remoratur* (*nisi subest usus pro subst. adiectivi fem.* -a *iuxta* remor(is) [*v. l. 5*] *a* remorari *retrograde formati* [*cf. e. g.* effrenis, effrenus *vel* enervis, enervus]): **a** *de mulieribus*: Fest. *supra p. 1017, 64.* **b** *de pisciculo* (*cf.* mora *vol. VIII 1468, 5sqq.,* remiligio *supra p. 1030, 18; de haplologia pro* remimora *vix recte cogitat Richardson, Hermathena 60, 1942, 79sq.*): Don. Ter. Andr. 739 'remorer' retardem, retineam; a -a, pisce minutissimo, qui navem retinet; nam graece *ἐχεναΐς* vocatur (Eun. 302, 4 Serv. auct. Aen. 8, 699. Comment. Lucan. 6, 675 [*cf. Suppl.* moram, *Adnot.* remiligio]).

*?***2. remora,** *sc. adi., v. l. 28.* **3. Remora** *v. Onom.*

[**remorābilis** *falso trad. pro* mem- Liv. 45, 40, 9.]

*?***remorāmen,** -inis *n.* *a* remorari, *si agnoscendum. i. quod remoratur vel actio remorandi*: Ov. met. 3, 567 *amici Penthea saevientem* frustra ... inhibere laborant; ... inritatur ... retenta et crescit rabies, ⌊-a⌋que ipsa nocebant (⌊ ⌋ moderamina *var. l. fortasse aptior coll. vol. VIII 1203, 38 certeque dulcius sonans quam litterarum iteratio* remorami-).

**remorātio,** -ōnis *f.* *a* remorari (*aliter* Don. Ter. Eun. 302, 4 a remora pisciculo [*v. l. 30*] ... -o et remoratus dicitur).

*i. q. actio remorandi, sc. manendi, subsistendi sim.* (*cf.* Gloss. II 270, 37 *διαγωγὴ ἤ ⟨ἀ⟩ναστροφή*: -o, statio [*item vertitur* 275, 17 *διατριβή*]): *proprie, sc. apud aliquem*: Rvfin. Clement. 4, 17, 4 ab his ..., qui plena fide credunt, absque ulla -e discedunt *daemones.* Orig. in Rom. 10, 13 l. 33 his *Romanis* ... praesentiam sui et -em ... pollicetur *Paulus* (*in eadem re* l. 37). Pavl. Nol. epist. 43, 1 p. 364, 2 testimonium ... non voluntariae apud nos -is. Act. Archel. 6, 4. *translate, sc. in re docenda, tractanda*: Avg. persev. 17, 43 p. 1019 quod ut apertius ... explicemus, -em (rememo- *edd. vet.*) meam ferant, quibus ingenio praevolare donatum est.

**remorātor,** (-ōris) *m.* *a* remorari. *i. qui remoratur, identidem subsistit* (*cf.* Gloss. II 397, 44 *παρελκυ⟨σ⟩τής*: -r): Mart. Cap. 1, 70 *Saturnus* gressibus tardus ac -r incedit.

*f.* **remorātrīx,** -īcis. Gloss. remeligines: -es. II 259, 51 *βραδεῖα*: sera, -x. 397, 45 *παρελκύστρ⟨ι⟩α*: -x.

**remorbēsco,** -ere. *a* re- *et* morbus (morbescere *legitur apud Ven. Fort.*). Fest. p. 277 ⟨re⟩morbescat En⟨nivs⟩ (frg. inc. 37) ... ⟨in mor⟩bum reccidat (*suppletur sec.* Pavl. p. 276).

**remordāx,** -ācis *adi.* *a* remordere, *cf.* mordax. *fere i. q. virtute remordendi praeditus, mordax*: Ps. Diosc. herb. fem. 18 l. 4 *chelidonia herba* sucum habet croceum et -em (*Diosc. 2, 166 p. 245, 7* mordax, *gr. 2, 180, 1 δηκτικός*). *Bk.*

⁜**remordeo,** -(mo)morsī, -morsum, -ēre. *a* re- *et* mordere. *de formis: in stirpe praes.* -it *pro* -et *e. g.* Gloss. IV 461, 49; *perf.* -mors- *p. 1058, 44,* -momors- *p. 1058, 59; part. perf. pass. p. 1058, 66, part. fut. act. p. 1058, 53. de notione* (*adde p. 1058, 24sq.*): Gloss. -et: sollicitat, hoc est cruciat. laedit vel occultanter conscientiam pungit. *al. legitur in versibus inde a* Lvcr., Verg., *in prosa orat. inde a* Liv., Min. Fel.

[*vocem, ubi ad conscientiam spectat (cf. p. 1058, 14sqq. 36sqq.), continuant haec sermoni ecclesiast. adscribenda: it.* rimordere, *raet. or.* rimuárdi, *prov., francog.* remordre, *cat.* remordir *et vet.* remordre, *hisp., port.* remorder. *v. etiam infra p. 1061, 24. cf. M.-L. 7201. Cortelazzo-Zolli² 1379. Wartburg X 244sq. Coromines V 787. Corominas-Pascual IV 143. Houaiss² 2426. Schd.-Cr.*] [*confunditur in codd. c.* mordere *e. g.* Hier. in Am. 5, 18 l. 691 (*in var. l. falsa* Ter. Eun. 445 *apud* Serv. Aen. 1, 261; *olim falso edebatur* Hier. in Tit. 1, 6 l. 300).]

*fere i. q. (respondendo) mordere* (*vis praeverbii responsiva ibi apparet, ubi opp.* mordere [*v. l. 41. 57. 59. 62*], *ceterum e. g. l. 42. 54sq. 58, sed saepe evanescit; accedit* iterum *l. 30. 43*). *subi. est enunt. secund. l. 34; c. pron. refl. l. 36sqq. (simul acc. c. inf. l. 37); absol. l. 15. 26. 52. 62sqq. 69; causam indicat abl. l. 16. al., praepos.* de *l. 22,* supra *l. 32; part. praes.* -ens *pro adi. l. 70sqq.*

**1** *incorporaliter*: **a** *-et res, sc. quae vexat, sollicitat* (*pro obi. sunt fere homines eorumve animi, affectus sim.; syn.* angere *l. 21. 30*): **α** *paenitentia, facinora, peccata commissa eorumve memoria sim.*: Lvcr. 3, 827 praeteritis ... male admissis peccata -ent. Hier. epist. 147, 2, 1 *numquam* post expletam libidinem paenitentia -eris. in Ioel 1, 13 l. 413 quem *peccatorem* -et propria conscientia (Oros. apol. 31, 6 *nihil,* in quo te cor tuum reprehendat et c. -at. *al.; cf. l. 21 et e. g.* Rvfin. Orig. in lev. 2, 3 p. 293, 26 qui ... infirmitatis suae c. -etur. Cassian. conl. 20, 5, 1 quibus *peccatis* nostra c. -etur). Avg. serm. 352, 2 quidquid de vita praeterita -bat, quidquid angebat conscientiam. Cassian. conl. 9, 15, 1 qui ... vitiorum suorum aculeis ac memoria -entur. Verec. in cant. 7, 15 l. 16 qui ... de malo non -etur. *al.* **β** *cura, desiderium sim.*: Verg. Aen. 1, 261 (*Iuppiter ad Venerem*) quando haec te cura -et ([Serv. sollicitat. *huc spectare vid.* Gloss.ᴸ I Ansil. re 1025 anxiam facit. 1027 sollicitam facit]. 7, 402 si iuris materni c. -et. Clavd. 26, 302. *al.*). Liv. 8, 4, 3 *si* libertatis desiderium -et animos. Anth. 449, 1 quidquid ⌊forte -et⌋, comprime (⌊ ⌋ corda -et *vel* pectora mordet *Heinsius*). Pontian. epist. p. 997ᴬ *hoc* nos non mediocriter -et. Greg. M. in Ezech. 1, 7, 24 exsultationem nostram iterum -et timor. **γ** *quaelibet*: Min. Fel. 4, 3 me Octavi ... angit et -et oratio. Pelag. epist. ad Demetr. 3 ne forte illud -at te, in quo ... vulgus offendit *eqs.* Anian. Chrysost. hom. 6, 8 p. 1041ⁱⁿ· supra ... licentia *spectaculorum* gemere ac saepius -eri (*gr. p. 72ᵉˣᵗʳ· δακνόμενοι*). Macr. somn. 1, 6, 10 *ne* te -at, quod *eqs. al.*

**b** *-et homo eiusve animus sim.*: **α** *vario modo damnando, obiurgando sim.*: *se ipsum*: Lvcr. 4, 1135 cum conscius ipse animus se forte -et desidiose agere aetatem *eqs.* (Greg. M. in Ezech. 2, 6, 7 in cogitationibus). Hier. in Gal. 5, 17 l. 9 *anima* per paenitentiam se -ens. *alium hominem*: Ivv. 2, 35 nonne ... merito vitia (*i. vitiosi*) ultima ... castigata -ent? Hier. epist. 81, 1, 2 si unusquisque ... videtur sibi -ere (-eri *var. l.*) potius quam mordere. Rvfin. apol. adv. Hier. 1, 7 mulierculas veris ... -eri (*antea*: talione mordere). Ven. Fort. epist. (carm. 10, 2) 4 ut *proles Adam* illum iterum detrahendo -at, qui semel morsu perierat (*respic. gen. 3, 6; de eadem re ibid.* 5 si ... illum -sero *eqs.*). *al. rem vitiosam*: Avg. doctr. christ. 4, 55 (*respic. Am. 6, 5*) *propheta* luxuriosam -et aurium voluptatem. **β** *revocando, non implendo* (*sc. promissa vel minas*): Ambr. epist. 2, 9, 1 diu promissum -bas ([remorabaris *unus cod., edd. plerique; v. Zelzer, Corp. Vind. 82, 4 p. 356*]. epist. extra coll. 14, 59 ut *sacerdos* ... p. non -at). in psalm. 37, 17, 1 *dominus* in exactione poenarum praescriptum -et (*antea opp.* sua promissa custodit).

**2** *corporaliter*: **a** *strictius, sc. ore, dentibus*: *in imag.*: Hor. epod. 6, 4 quid ... hospites vexas canis ... adversus lupos? quin ... me -surum petis? (Schol. *ad l.* 6, 2 qui eum velut lupus -at). Lact. inst. 6, 18, 26 *Cicero* (*off. 3, 76*) voluit hominem canino modo vivere, ut -at lacessitus. Hier. epist. 50, 5, 2 possum -ere ..., possum genuinum laesus infigere. *proprie*: Hier. in Gal. 5, 15 l. 5 ne ... cupiamus ... similes bestiarum mordere pariter et -eri. *ibid.* l. 17. Prvd. perist. 10, 27 (*in compar.*) sic vulneratus anguis ictu spiculi ferrum -et. Oribas. syn. 3 add. La p. 916 si canis rabidus canem momorserit et ille illum -momorserit.

**b** *laxius*: **α** *-ent ea, quae gustu vel tactu pungunt, acerba vel aspera sunt* (*ipse* gustus *l. 74*): ① *formae variae*: Serv. ecl. 1, 80 ('mitia poma') matura, quae non -ent, cum mordentur. Ambr. paenit. 1, 11, 52 (*in imag.*) infunde *homini lapso* oleum, non vinum sine oleo, sed et quod foveat et -at (*respic. Luc. 10, 34, ut Ambr. in Luc. 7, 75 Christus* sicut vino compungit *eqs.*). Avg. beat. vit. 14 l. 201 (*in imag.*) palato aliquantum -so, *sc. sermone* (-su(m) *var. ll.*). Ps. Apvl. herb. interpol. 100 l. 21 floribus ... -entibus linguam ([*cf. Diosc. gr. 2, 38, 1 γενομένῳ δριμέα*]. Cael. Avr. chron. 2, 13, 161 *vinum* mordicantis virtutis, hoc est quodam sensu l. -entis). 110 l. 25 quae *radix* masticata -at (*cf. Diosc. gr. 3, 9, 1 δηκτική*). Ⓘ *part. praes.* -ens *pro adi.*: Ps. Apvl. herb. interpol. 58 l. 13 foliis ... gustu -entibus ([*cf. Diosc. gr. 4, 146 δάκνοντα*]. 82 l. 13 f. ... aspera, qualitate -entia atque cohaerentia). Cael. Avr. chron. 2, 11, 131 quaedam -entia. 2, 11, 135 materiis. 2, 13, 181 potu ... vini leviter -entis (2, 14, 209 mediocriter. 2, 14, 210). Isid. orig. 17, 8, 13 gustu *calami* ... cum levi acrimonia -enti. *al.*

[Brinch]

**β** *-et fluvius, qui ripam terit*: Ven. Fort. carm. 6, 5, 213 litora plana -ens mitis Atax.

*deriv.*: remordax, remorsus (-ūs).

**[remorditio** *v. p. 1061, 30.***]** *Brinch.*

**remorior,** -ī. *a* re- *et* mori. *i. q. iterum mori* (*cf.* Gloss. *supra p. 895, 21*): Serm. Mediol. frg. 7 anima quando in sola propria natura remanserit ..., morte aeterna ⟨r⟩emorietur in poenis (*respicitur fort. mors secunda apoc. 2, 11. 20, 6, si recte legit Hauler, Arch. Lat. Lex. 10, 1898, 441*; morietur *Mai,* mortis aeternae morietur *temptat Gatti in plagulis*).

**remoris** *v.* remor. *Bk.*

**remoror,** -ātus sum, -ārī (remoro, -āvī, -ātum, -āre *v. infra l. 15sq.*). *a* re- *et* 1. morari. *de origine*: Don. Ter. Eun. 302, 4 a remora pisciculo ... remoratio et -tus dicitur (*cf. p. 1057, 33sqq.*). Not. Tir. 63, 53 -atur. *de genere: praevalet depon., sed formae act. occurrunt l. 17. 43. 50sq. 58. al., pass. v. p. 1061, 14sqq.* *de notione*: Gloss. II 259, 53 βραδύνω: ... immoror, -or. 397, 46 παρέλκω: moro, -o, protraho. V 539, 14 -er: inpediam. Gloss.[L] I Ansil. re 1018sqq. -atur: frenat. detinet. cohibet *eqs. al.* *legitur in versibus inde a* Plavto, *in orat. soluta inde a* Sisenna, Rhet. Her. [*it. vet. et dial. tusc.* rem(b)olare, rem(b)are *'cessare, desinere'; francog. helv.* (*Neuchâtel*) rāblé *'retinere'. cf. M.-L. 7200 et Faré, Postille. Battisti-Alessio V 3227. Schd.-Cr.*] **[***confunditur in codd. maxime c.* rememorare, *e. g.* Plavt. Cas. 712 Cist. 643 Mil. 1092 Iren. 1, 30, 14 Ps. Cypr. idol. 14 (*ceterum v. p. 1018, 34*); *olim falso edebatur p. 1058, 47.***]**

*fere i. q. morari* **(***praeverbium fort. indicat aliquem [aliquid] non porro ire, retineri sim.; quam diu quis [quid] -etur, indicatur per adv. e. g.* diu *sim. l. 37. 40. 74. p. 1060, 1. 1061, 3. al.,* paulum *sim. l. 45. 51. p. 1060, 20, alio modo e. g. l. 41. 53; locus indicatur l. 37. 44sq. 57. p. 1060, 2. al., accedit obi. int. p. 1060, 32. 1061, 15; fere pro syn. ponitur* (re)tardare *p. 1060, 14. 39. 57***)**: **I** *-antur, qui (quae) cunctantur, non pergunt sim.* (*saepe c. notione lentitudinis, tarditatis sim., e. g. l. 37sqq. p. 1060, 2sqq. et maxime sub II, debilitato sensu tarditatis potius c. notione commemorandi, habitandi sim. e. g. l. 53. 57. al.*): **A** *intransitive; -antur*: **1** *animantes* (*cogitatio eorum l. 70; sidera l. 54. 56*): **a** *proprie, sc. vi locali* (*fort. huc p. 1061, 15*): Plavt. Bacch. 529 illud animus meus miratur, ... quid -etur *Mnesilochus.* Cas. 804 quid illaec *mulieres* nunc tam diu intus -antur remeligines? (*locum affert* Fest. *p. 1017, 64*). *al.* Com. pall. inc. 104 vix pedem pedi praestruit, otiose it, -atur. Catvll. 61, 200sq. perge, ne -are; non diu -tus es: iam venis. Sall. Iug. 53, 3 Numidae tantummodo -ti, dum in elephantis auxilium putant (*in re militari ut*: Liv. 2, 45, 7 adversando -andoque *milites magis incitare.* 27, 12, 3. Iord. Get. 246 quos *Ostrogothas* constat ... in eadem patria -asse. *al.*). Cvlex 119 te ... -antem, diva, choreā *ruricolae tenuerunt.* Ciris 217 *Scylla* vestibulo in thalami paulum -atur. 236 dic ..., cur maesta parentis formosos circum, virgo, -ere capillos (more(re)re *codd.*). Ov. met. 4, 137 *Thisbe* -ta suos cognovit amores, *sc. Pyramum mortuum.* Liv. 30, 27, 6 consulem -ari ad urbem. CE 1013, 1 (*saec. I in.?*) ⌞-are⌟ viator **(**[ri morari *lapis*]. *sim.* 1196, 1 [*saec. I med.*] praeteriens nostro remor⟨are sepulcro⟩. Inscr. suppl. Ital. n. s. 3 p. 155 n. 17, 15 [*Corfinii; saec. I*] titulo -ate legendo**)**. 1488, 3 (*saec. I?*) illic, *sc. in aedibus,* paulisper -amus, at (ad *lapis*) hic, *sc. in sepulcro,* habitamus. Plin. paneg. 48, 3 -amur, resistimus, ut in communi domo. Iren. 1, 30, 14 -tum ... eum *Iesum* post resurrectionem xviii mensibus. Avien. Arat. 1148 hic tandem -antia membra ... erigitur (*sc. Engonasin sidus tarde in conspectum veniens*). Heges. 5, 22, 1 p. 352, 24 festina ergo, percussor; -are tamen, dum liberos video. Mart. Cap. 8, 884 *Mars* -atur (*cf. p. 1060, 5*). Hippocr. vict. 2 l. 285 aves in paludibus -antur (*gr. 2, 47, 2* διαιτᾶται). Regvla mag. 56, 16 ne ... paeniteat ... eos *fratres* ... -asse. *al.* *?per dat. indicatur persona, quacum quis -atur* (*nisi de dat. commodi cogites*): Petr. Chrys. serm. 64, 2 l. 29 (*respic. Ioh. 11, 20*) *Christus* mulierem sustinet, ⌞mulieri⌟ -atur (⌞ ⌟ mulierem *var. l. et edd. [v. app. crit.], sed cf. usum vol. III 1938, 32sqq. illustratum*).

**b** *translate, sc. sine vi locali*: **α** *in variis condicionibus sim.*: Rvt. Lvp. 1, 2 multa ... eum *a supplicio sumendo* revocabant; officia, consuetudo ..., quae ... ei cogitationes ad -andum subiciebant (*ed. princ.,* removendum *trad.*). Pavl. Fest. p. 276 (*v. p. 1057, 13*). Inscr. Année Épigr. 2010 n. 888 (*e Gall. Narb.; saec. III med.?*) ⟨r⟩emoratus inc⟨eptis soli⟩s praetextae. Herm. Pal. sim. 8, 8, 5 si ... *peccatores* cito egerint poenitentiam nec in voluptatibus fuerint -ti (*gr.* ἐπιμείνωσι). Avg. civ. 22, 23 p. 609, 2 ne in eo, quod male delectat, ... cogitatio -etur. Consvlt. Zacch. 1, 12, 1 infantem ... in puerili ignorantia -tum. Cod. Iust. 7, 6, 1, 8 in Latinitate eum *servum* -ari. **β** *in dicendo, scribendo sim.*: Don. Ter. Ad. 400, 3 ut qui cogitat, quid respondeat, interrogatione -etur (*nisi ad IIA2 pertinet*). Vlt. Syll. gramm. IV 223, 12 ne in exemplis diutissime -emur. Avg. gen. ad litt. imperf. p. 472, 21 in hac controversia -ari. Ioh. Maxent. Conc.[S] IV 2 p. 49, 12 in his -ari diutius superfluum aestimo. *al.*

**2** *res*: **a** *vi locali* (*fort. huc l. 34*): Lvcr. 2, 75 *non* -antur ibi (*sc. primordia ut*: 2, 564 -ari in concilio. 4, 720 in -ando laedere ne possint ... lumina). 6, 333 *fulmen* non ... multis offensibus in -ando haesitat. Mart. Cap. 1, 25 *Mercurius* -ta statione consistens (*cf. p. 1059, 56*). Oribas. syn. 5, 27, 2 Ab p. 65 similiter diu -arit, qu(a)e indigesti sunt (-ans cod. Sang., multum manet *La; gr.* μένουσι). **b** *sine vi locali*: Ps. Cic. exil. 14 ne ... calamitas -ta longius serpat ac progrediatur. Ov. epist. 16, 43 (*loq. Paris*) matris adhuc utero partu -ante tenebar (partum *temptavit Hall, ut locus ad l. 48sqq. pertineat*). Fronto p. 180, 24 dolor ... me invasit et diutius ... -tus est. Tert. anim. 19, 3 vis animae *arborum* ... -atur ... coadulescens robori (*i. ligno*) suo, donec *eqs.* Sedvl. carm. pasch. 4, 132 *non* -ta diu pietas *Iesu*; ... auxilium ... tulit *eqs.* Orig. in Matth. ser. 63 p. 147, 21 (*in imag.*) tardante exitu et -ante verbo veniente ad consummationem (*cf. postea*: non cito veniente verbo *eqs.*). *ipsum tempus sim.*: Sen. dial. 10, 8, 5 *aetas* curret, nusquam devertetur, nusquam -bitur. Dict. 2, 7 ubi ... tempus navigandi -ari ac ventis adversantibus mare ... saevire occepit. Ven. Fort. Mart. 1, 169 geminis spatio -ante sub horis.

**B** *pendet struct. verbalis indicans, quid cunctanter agatur*: Avg. anim. 3, 10, 14 *deus* properavit ..., ita ut nec paululum -retur, ut, quod in eo *parvulo* praedestinaret, inpleret. Mart. Cap. 8, 803 Phoebo diutule aliam dotalium intromittere -ante (*item inf.*: 9, 896 cur ... -aris et intromittere eas *mulieres* alacer et probare?).

**II** *-antur, qui (quae) aliquem vel aliquid retentant, detinent, sc. usu transitivo*: **A** *usu communi, sc. formae depon.* (*part. praes. pro subst. v. l. 47. 57*): **1** *cum variis obi.* (*hic illic e contextu suppl., e. g. l. 47. 52. 61; non satis constat, quid pro obi. subaudiendum sit e. g. l. 34. 37. 53*): **a** *pro obi. sunt ii (ea), quorum motus retardatur, actio impeditur sim.* (*potius vi aliena, aliter l. 44*): **α** *quaelibet exempla; pro obi. sunt*: Ⓘ *animantes vel partes corporis eorum* (*sidus l. 44; saepe vigente motu locali, aliter e. g. l. 39. 42. 43. p. 1061, 9*): Plavt. Cas. 717 eo nunciam, nisi quippiam -are me. Epid. 629 haec *mulier* ... -ta med est (*seq. p. 1061, 15*). Mil. 1092 -are, abeo. :: neque te -or neque tango. Pseud. 54 quindecim miles minas dederat, nunc quinque -antur minae (*nisi ad IA2*). *al.* Ter. Eun. 302 ut illum di ... perdant, qui me hodie -tus est. Sisenna hist. 14 agilem dari facilemque victoriam neque fossas aut ⌞vallum -tu⟨ru⟩m⌟ (*Mercier,* bellum -tum *codd.*). Rhet. Her. 2, 30, 48 demonstratur ... multos alacriores ad maleficia futuros, quos adhoc expectatio iudicii -atur. Cic. Manil. 40 eae res, quae ceteros -ari solent, non retardarunt *Pompeium.* Paneg. in Mess. 137 non te ... -bitur obvia Marte Gallia nec *eqs.* Prop. 1, 6, 5 me ... -antur verba puellae. 1, 19, 17 quamvis te longae -entur fata senectae (*nisi ad c*). Ov. met. 13, 220 cur *Aiax* non -atur ituros? Vlp. dig. 38, 16, 3, 9 *qui in utero fuit,* solet -ari insequentes sibi agnatos, quibus praefertur, si fuerit editus. Avien. Arat. 1246 -atur viscera Perseus aëris in spatiis (*cf. gr. 686* μένει). Cod. Theod. 12, 1, 84 quos ... senectus pigra -atur. Ps. Pacian. sim. carn. p. 138, 16 (*respic. Matth. 16, 22sq.*) unde ... tunc, *sc. cum Petrum increparet,* tam interritus -antum retinacula rumpebat *Iesus*? *al.* Ⓘⓘ *res (actiones, eventus sim. praeter l. 61; huc fort. l. 9)*: *varia incorp.*: Ter. Andr. 739 manebo, nequod vestrum -er commodum (Don. *v. p. 1057, 33*). Rhet. Her. 1, 16, 26 sine qua *defensione* ne parva quidem dubitatio potest -ari damnationem. Ov. fast. 6, 772 tempora labuntur ... et fugiunt freno non -ante dies. Sil. 17, 338 non patiens -antia verba *imperatoris* ... miles ... signum pugnamque petebant. Decl. in Catil. 58 cur voluptates nostras diutius -aris? Vlp. dig. 28, 3, 6, 9 *praeses* imperatori scribendo poenam -tus est. Ivlian. in Os. 2, 2 l. 57 cuius *dei* dispositionem difficultas nulla -atur. Prosp. carm. de prov. 187 quam *vim dei* non effugiant cita nec -antia tardent (*nisi ad l. 7sqq.*). Pallad. hist. mon. I 19, 6 p. 227[D] timuit, qua nostram salutem dilatione -amur? (*gr. p. 60, 9* ἀναβαλλόμεθα). *al.* *se moventia vel motum indicantia*: Lvcr. 2, 158 cum *primordia* per inane meant vacuum ⌞nec res -atur⌟ ulla *eqs.* (⌞ ⌟ *Pontanus, v. app. crit.*). 6, 717 *venti* contra fluvium flantes -antur. Sall. Iug. 50, 1 *Metellus* existumans hostis ... *iter* suom -turos (Ov. met. 11, 233 litus ... solidum, quod ... *non* -etur i.). Ser. med. 639 sucida lana malos -atur ... cursus *sanguinis.* Avg. quaest. hept. 4, 49 (*ad num. 22, 22*) distulit angelus eius *Balaam* festinationem -ando.

**β** *accedunt struct. indicantes, a qua re, actione facienda sim. aliquis (aliquid) impediatur*: *enunt. secund.*: Sall. Iug. 38, 8 nox atque praeda castrorum hostis, *quominus* victoria uterentur, -ta sunt (Paneg. 6, 19, 4 nihil loci natura -ta est, q. ... portum caperes). Paneg. 2, 34, 1 ut eum *militem* nec numerus resistentium nec maximi fluminis altitudo -ta sint, quin ... equos incitaret. *praepos.* **ab**: Sall. Iug. 95, 3 *Sullam* otio luxurioso esse, tamen ab negotiis numquam voluptas -ta. Paneg. 11, 4, 1 vos a continuo cursu rerum gerendarum ... ne ipsa quidem victoriarum vestrarum laetitia -atur. Chalc. comm. 97 siquidem solis et lunae conversiones ... ab instituto ... cursu -entur progressionem.

*[McNamara]*

**b** *pro obi. sunt ii, qui (ea, quae) diutius producuntur, sustentantur, continuantur*: Rhet. Her. 4, 36, 48 eum, *sc. hominem nefarium,* … vos -amini diutius et alitis ad rei publicae perniciem, retinetis … in civitate? Cic. Att. 3, 14, 1 †et scio te meis epistulis† potius et meas spes solitum esse -ari.

**c** *pro obi. sunt ii, qui diutius exspectare, patientia uti debent* (*pro subi. est ipsa res, quae differtur; fort. huc p. 1060, 42*): Cic. Catil. 1, 4 num unum diem postea L. Saturninum tribunum plebis … mors ac rei publicae poena -ta est?

*?2 reflexive*: Cassiod. compl. in act. 19, 33 *Paulus* cum discipulis suis pervenit ad Troadem, ubi septem dies noscuntur esse ⌞se⌟ -ti (⌞ ⌟ *fort. per dittogr., om. ed. Migne, ut locus ad p. 1059, 35 sqq. pertineat; tuetur ed. Gryson*).

**B** *usu passivo*: Plavt. Epid. 630 (*antea p. 1060, 32*) siquidem istius gratia ⌞id⌟ -tus es, quod ista voluit, nimium advenisti cito (⌞ ⌟ *obi. int.; nisi ad IA1*). Persa 80 aperiuntur aedes, -andust gradus. Ov. met. 10, 671 *Atalanta* rursus pomi iactu -ta secundi. Cod. Iust. 7, 53, 7 (*a. 294*) frustrationibus partis adversae restitutio *servorum* -ta est. Anian. Chrysost. hom. 7, 3 magi plurimum erant itineris longinquitate -andi (*gr.* πολὺν … ἔμελλον ἀναλίσκειν … χρόνον). Theod. Prisc. eup. faen. 46 fimus asini … ore diutius -tus … profuit.

*deriv.*: remor(is), 1. remora, ?2. remora, ?remoramen, remoratio, remorator (-trix). *McNamara.*

**remorsus,** -ūs *m.* *a* remordere. [*nisi a p. p. p. verbi q. e.* remordeo (*q. v.*); *i. q. 'conscientiae angor': it.* rimorso, *raet. or.* rimuars, *prov.* remort, *francog.* remords, *port.* remorso. *cf. M.-L. 7201. Battisti-Alessio V 3255. Cortelazzo-Zolli$^{2}$ 1379. Wartburg X 244 sq. Houaiss$^{2}$ 2426. Schd.-Cr.*]

*i. q. actio remordendi*: *proprie*: Ps. Primas. in Gal. p. 600$^{C}$ (*ad 5, 15* si invicem mordetis) secundum … legis praecepta ad revindicandum parata …, ut morsum sequatur ⌞-s⌟ (*pro quo* remorditio, *subst. mirae formationis [sed cf.* morditus *vol. VIII 1485, 23], laudant lexica quaedam*). *translate de paenitentia* (*si recte coni.*): Rvstic. Conc.$^{S}$ I 4 p. 42, 19 *fautores episcoporum damnatorum* a communione suspendimus, commensurantes correctionem ⌞voluntatis -ui⌟ (*ed.,* voluntari motui *trad.; gr. I 1, 5 p. 128, 16* τῇ τῆς προαιρέσεως μεταμελείᾳ). *Bk.*

**remōtim, remōtius** (*et* -issimē) *v.* removeo.

※**remōtio,** -ōnis *f.* *a* removere. *de notione et differentia v. l. 51 sqq. 65 et* Gloss. II 237, 36 ἀποκίνησις: remo[vea]tio. *legitur in orat. prosa tantum, sc. apud* Rhet. Her. (*ter*), Cic. inv. (*decies*), Qvint. inst. (*bis*) *et inde a saec. III; plur. non nisi p. 1062, 14 sqq.* [-o *ed. Migne falso pro* remotior Ferreol. reg. 16.]

*i. q. actio vel effectus removendi* (*sed actio eius, qui se removet p. 1062, 45; gen. passim indicat, quid removeatur, sed quid removeat p. 1062, 12, quid remotum sit p. 1062, 24 sqq.; indicatur unde p. 1062, 14*): **1** *significatur actio amovendi*: **a** *ad aliquem avertendo, sc. in arte rhet. removetur culpa criminis ad quamlibet aliam rem personamve* (*cf. gr.* μετάτασις [*v. Iul. Vict. rhet. p. 13, 2. 16*]; *fere in iunctura* -o criminis [*gen. subaud. e. g. l. 51. 57*], *sed* -o rei *l. 60 sq.,* -o causae *l. 59 sq.*): Rhet. Her. 1, 14, 24 adsumptivae partes sunt quattuor: concessio, -o criminis, translatio criminis, conparatio (*sim. in serie*: Cic. inv. 1, 15. 2, 71. Fortvn. rhet. 1, 16 relationi, -i, conpensationi, veniae. *al.*). 1, 15, 25 ex -e criminis causa constat, cum a nobis non crimen, sed culpam ipsam amovemus et vel in hominem transferimus vel in rem quampiam conferimus (*sim. explicatur*: Cic. inv. 1, 15 -o c. est, cum id crimen, quod infertur, ab se et ab sua culpa … in alium reus removere conatur. 2, 86 -o c. est, cum eius intentio facti … in alium aut in aliud demovetur; id fit bipertito: nam tum causa, tum res ipsa removetur. Grill. in Cic. inv. 1, 15 l. 34 -o est, quando crimen illatum personae in aliam personam retorquetur. *al.*). Cic. inv. 2, 87 causae -is hoc nobis exemplo sit: *eqs.* (*eadem iunctura*: Mar. Victorin. in Cic. inv. 2, 86 p. 185, 15. *al. apud eundem*). 2, 91 rei fit -o, cum id, quod datur crimini, negat neque ad se neque ad officium suum reus pertinuisse (*eadem iunctura*: Mar. Victorin. in Cic. inv. 2, 91. *al. apud eundem*). *al.* Mar. Victorin. in Cic. inv. 2, 124 adiungit … -em criminis subesse interpretatae voluntati contra scriptum, cum voluntas mutatur. Grill. in Cic. inv. 1, 16 l. 5 inter translationem … et -em hoc interest, quod -o fit de praeterito facto, translatio de futuro faciendi. *al.* *liberius -etur opprobrium, immo laus*: Schol. Cic. Bob. p. 95, 18 'utinam esset proprie mea! senatus igitur magna ex parte' …. -em facturus in auctoritatem senatus, quo decernente puniti sint Catilinae socii, amplectitur quoddam votum, quasi potuerit etiam gloriose confiteri auctorem se illius fuisse supplicii (*in eadem re* p. 95, 20 -i firmitas).

**b** *prorsus tollendo*: **α** *propositiones, enuntiata, argumentationes sim.*: Qvint. inst. 5, 10, 66 argumentorum genus ex -e, quo modo efficitur totum falsum, modo id, quod relinquitur, verum. 5, 10, 94 ducuntur argumenta a … -e, divisione, initio *eqs.* Don. Ter. Hec. 266, 1 hic est -o 'si facere possum ullo modo' …; hoc … vult intellegi: volo, at non possum facere. Serv. auct. Aen. 12, 41 'fors dicta refutet' parenthesis, quasi dissimulatio vel -o. Grill. in Cic. inv. 1, 1 l. 83 bene utitur -e, per homines dum dicit invecta incommoda, non per artem. **β** *res varias*: Avg. civ. 10, 16 p. 428, 15 sacrificiorum -e. adv. Iud. 6, 7 in -e veterum atque institutione novorum sacramentorum. Hesych. in lev. 25, 25 p. 1120$^{A}$ hic … virginitatem, ille … castum coniugium, alter vitam iustitiae, hic silentium -emque causarum *possidet.*

**c** *alicunde auferendo*: **α** *ab officiis sim.* (*a communione l. 14*): Vlp. dig. 26, 10, 4, 2 quid ergo si *praetor* non significaverit causam -is, *sc. a tutela,* decreto suo? 50, 16, 10 quibus *creditoribus* debetur ex quacunque actione … sine ulla exceptionis perpetuae -e (*cf. 50, 16, 55* creditor … is est, qui exceptione perpetua summoveri non potest). Conc. Carth. a. 397 p. 36 l. 59 causam … a communione -um *presbyterorum.* Vict. Tonn. chron. II p. 194, 510 -es … orthodoxorum episcoporum atque successiones haereticorum. Cassiod. Ios. antiq. 18, 170 p. 528 ducum … -es profectionesque ([*gr. aliter*]. Greg. Tvr. Franc. capp. 9, 7 de -e Ennodi ducis). 18, 176 p. 528 qui … -is timore amplius incitarentur ad rapiendi cupidinem. **β** *e medio*: Clavd. Don. Aen. 8, 440 p. 179, 9 ('tollite cuncta coeptosque auferte labores') cum *Vulcanus* … adloqueretur Cyclopes et removenda universa praeciperet et -is ipsius causas mutare cogeretur (p. 179, 18. *in eadem re* p. 180, 7 ad -em specierum).

**d** *aliquo semovendo (sc. in secretum, longinquum, abditum); respicitur potius*: (I) *status, situs remotus, solitudo*: *accedit gen. indicans id, quod remotum est* (*cf. adi. l. 34*): Garg. Mart. pom. 2, 4 laetissimas *persicorum arbores* fieri confidit *Celsus,* si ⌞-e loci⌟ blandimentum ceperunt ([⌞ ⌟ *i. remoto loco, cf. ed. Zainaldin, 2020, ad l.*]. Pavl. Nol. epist. 13, 2 neque videar de neglegentia tui serus audisse, cum ipsa me … loci -o … defendat). Cassian. conl. 5, 4, 6 -o solitudinis (21, 14, 2). 6, 10, 3 -o cellae (18, 12). Evcher. laud. her. 25 in -e deserti. Greg. Tvr. vit. patr. 10, 3 -em insulae. *cetera exempla*: Clavd. Don. Aen. 11, 315 p. 461, 5 non nobis *Latinis* … utilis *ager,* quoniam hoc -o facit et longinqua separatio. Cassian. inst. 6, 3 *corpus adflictum* solitudine … ac -e indiget. conl. 5, 4, 3 *nisi* ieiuniis … fuerit -o localis adiuncta. 9, 5, 2 tam longa -e ab omni saeculi huius conversatione disiungimur. Sedvl. op. pasch. 5, 19 quamquam caelo terraque fugitivum lumen abscessit, non tamen diutius in hac -e permansit. Rvstic. Conc.$^{S}$ I 4 p. 64, 16 nihil … nobis amplius honorabile est quam … -o, *sc. in monasterio* (*gr. I 1, 7 p. 71, 19* ἰδιασμοῦ). *al.* (II) *actio*: Schol. Stat. Theb. 4 praef. Nympharum [viscera] (*om. cod. M*) in terram redacta⟨rum⟩ -o; Argivorum sitis descriptio (N. in viscera terrae redacta⟨rum⟩ -o; A. s. d. *Gärtner, Editionen in der Kritik 2, 2008, 339,* N. viscera in terram redacta; -o A.; s. d. *edd.*).

**2** *significatur actio corp. retro movendi*: *reflectendo*: Rhet. Her. 4, 19, 26 ex -e brachii et contortione dexterae gladius ad corpus adferri … videtur. *regrediendo*: Cassiod. inst. 2, 7, 2 -o vel retrogradatio stellarum est, quam Graeci ypopodismon aut anapodismon vocant, in quo stella, … retrorsum moveri videtur (*inde* Isid. orig. 3, 69). *Marchionni.*

**remōtius** (*et* -issimē) *v.* removeo.

**remōtīvus,** -a, -um. *a* removere. *term. techn. rhet., i. q. pertinens ad remotionem* (*sc.* μετάστασιν. *ad rem v. p. 1061, 45 sqq.*): Don. Ter. Hec. 263, 2 -o statu agit Phidippus pro persona sua, nam in filiam removet culpam (Svlp. Vict. rhet. 54 p. 348, 30 ex locis … -i s. Grill. in Cic. inv. 1, 3 l. 124 utitur s. -o. *intellegitur* s. *e contextu*: Fortvn. rhet. 1, 16 -us quem ad modum fit? modis fit duobus, cum aut in personam removemus aut in rem. 2, 6 quae *assumptio* fuerit …, si -us, a remotione). 625, 4 'mater te impulit': qualitas -a (Phorm. 231, 1 Evgraph. Ter. Hec. 623. *intellegitur* q. *e contextu*: Ivl. Vict. rhet. p. 27, 8 -a: 'legatus *eqs.*' [*cf. p. 26, 21 sq.* de assumptiva q.; … assumptiva per remotionem]). Mar. Victorin. in Cic. inv. 2, 93 'in hoc genere': -ae constitutionis, ubi tamen res, non causa removetur. Svlp. Vict. rhet. 58 p. 350, 19 -as esse … causas, *quas aliquis mortis voluntariae reddit,* aut deprecativas. Ivl. Vict. rhet. p. 27, 10 ab assumptione -a: 'an *eqs.*' (p. 27, 12 a destructione -ae a.).

**remōtus** *v.* removeo. **[removeātio** *v. p. 1061, 38.***]** *Bk.*

※**removeo,** -mōvī, -mōtum, -ēre. *a* re- *et* movere. *scribitur* -mob- *e. g.* Diosc. 1, 26 p. 18, 18 -mobas (-movas *var. l.*). Inscr. christ. Diehl 840 (*a. 522*) -mobat. Not. Tir. 31, 68 -et. *formae stirpis praes. heteroclitae e. g. l. 66 sq. et* -vant Conc.$^{S}$ II 3, 2 vers. ant. p. 134, 17, -vantur Pactio reg. Greg. Tur. Franc. 9, 20 p. 438, 8; *stirpis perf. breviores* -morunt Sil. 11, 176, -morant Hor. sat. 2, 1, 71, -mor[e]is Varro rust. 3, 16, 32 (-moveris *var. l.*), -mosse Lvcr. 3, 69; *p. p. p.* remmot- Don. Ter. Hec. 22 ('-tum') geminavit secundum antiquos, qui omnes in verbis liquidas duplicabant (remo- *codd. Ter. exstantes [deest A]; de scriptura et mensura cf. p. 1073, 70*). *de notione* (*v. etiam p. 1063, 74. 1071, 44*): Synon. Cic. p. 433, 16 lacessere. … eicere. abigere. -ere. loco pellere.

*[Fischer]*

GLOSS. -o: *ἀποκινῶ. παρακινῶ.* -e: *ἀπόστησον.* -tum: sublatum. -ta: ablata. framadoenre (*anglosax.*). -tae: de medio ablatae. *sim. al.* *legitur inde a* PLAVTO, TER., CATONE *per totam latinitatem.* [*it.* rimuovere, *francog.* removoir, *prov.* remover, *cat.* remoure, *hisp., port.* remover; *raet. centr.* (*Val Badia*) armöie *'aera pulsare'. cf. Faré, Postille 7201c. Cortelazzo-Zolli*[2] *1380. Kramer I 146. Wartburg X 245. Coromines V 825. Corominas-Pascual IV 170. Houaiss*[2] *2426. Schd.-Cr.*] [*confunditur in codd. c.* movere *e. g. p. 1065, 56. 1070, 19* (*loco dubio* SEN. contr. 2, 7, 3; *restit.* GELL. 19, 10, 13 [*Hosius*]. PORPH. Hor. epist. 1, 11, 26 [*Pauly*]; *falso trad.* LIV. 45, 15, 8 [*bis; v. Briscoe, comm. 2012, 651*]) *et compositis eius* (*olim legebatur pro* amovere GREG. M. moral. 2, 37; *in var. l. falsa pro* per- CIC. Verr. II 4, 66), *ceterum c.* revovere (*voce medii aevi*) *p. 1066, 75. 1073, 69; in var. l. falsa vel falso trad. pro* refovere OV. am. 2, 19, 15, remorari *p. 1059, 66,* renovare *e. g.* OV. trist. 4, 6, 13. 5, 12, 23, revomere LVCAN. 6, 24 (*dubie trad.* LVCR. 2, 199).]

*fere i. q. (retro) movere, amovere, semovere.* *raro apparet vis praeverbii originaria q. e. retro; v. fort. p. 1064, 7. 1070, 13 et cf. locos, ubi opponuntur verba appropinquandi, afferendi sim., maxime cum* ad- *praeverbio composita (v. p. 1071, 38). saepius intellegi potest notio arcendi, procul tenendi sim., v. e. g. IA1b; cum colore levandi sim. e. g. p. 1064, 40. 1068, 51. 1069, 27.* *saepissime indicatur unde, v. p. 1071, 20sqq.; p. p. p. in abl. absol. p. 1065, 3sqq. 1067, 1sqq. 52sqq. 1070, 47sqq. et saepe; -ent fere animantes, res e. g. p. 1064, 32. 1065, 29. 38sq. 1066, 20. 48. 54. 68. 1067, 15. 30. 1068, 13.* *graece respondent e. g.* *ἀναστέλλειν* HEGES. 1, 31, 3 (*gr. 1, 354*), *ἀποκινεῖν* CONC.[S] II 2, 2 p. 22, 18 (= COD. Iust. 1, 1, 4, 3 [*a. 452*]; *gr. II 1, 3 p. 120, 35*), *ἀποσείεσθαι* ORIG. in Matth. 17, 3 p. 585, 30. CONC.[S] II 3, 2 vers. ant. p. 134, 17 (*gr. II 1, 2 p. 126, 21*), *ἀφιέναι p. 1066, 64, ἀφιστάναι p. 1069, 40. 50. 1070, 24* (*cf. ἱστάναι* CASSIOD. hist. 3, 2, 23 [*gr. Sozom. 2, 11, 5*], *μεθιστάναι p. 1069, 1*), *ἔργειν* CASSIOD. hist. 6, 27, 2 (*gr. Sozom. 5, 15, 5*), *καταλύειν p. 1068, 19 et* HEGES. 2, 10, 6 (*gr. 2, 449*), *κωλύειν* CASSIOD. hist. 1, 9, 6 (*gr. Sozom. 1, 8, 6*), *παύειν p. 1068, 18. 50. 1070, 4.*

*exempla sic digerenda esse putavimus*:

**I** *respicitur motus localis*:
- **A** *strictius; pro obi. sunt, qui (quae) -entur impulsu*: **1** *alieno, externo: l. 58 (-entur res l. 58, animantes p. 1064, 60; c. respectu arcendi sim. p. 1065, 35).* **2** *proprio vel sine agente externo: p. 1065, 51.*
- **B** *laxius vergit ad notionem*: **1** *non (iam) adhibendi, non sumendi sim.: p. 1066, 14.* **2** *abolendi, e medio tollendi: p. 1066, 30.* **3** *operiendi: p. 1066, 49.*

**II** *sine respectu motus localis*:
- **A** *usu communi; remotio fit*: **1** *abolendo, impediendo, non faciendo sim.: p. 1066, 57.* **2** *seiungendo, separando sim.: p. 1068, 20.* **3** *non considerando, non respiciendo sim.: p. 1070, 47.*
- **B** *usu technico, sc. in arte rhet. p. 1071, 1, arithm. p. 1071, 11.*

*appendix syntactica et stilistica: p. 1071, 16.*

*p. p. p.* **remōtus** *ponitur pro adi. vel subst.: p. 1071, 42* (*respic. differentia, dissimilitudo p. 1071, 57, distantia temporis p. 1073, 21, longinquitas loci p. 1073, 31, intervallum sonorum p. 1074, 64; appendicula syntactica p. 1074, 66*).

*adv.* remōtius, -issimē *p. 1074, 74,* remōtim *p. 1075, 18.*

**I** *respicitur motus localis* (*in imag. e. g. p. 1064, 30sqq. 40. 51. 55. 1066, 21; agitur de motu mente concepto l. 65. p. 1064, 6sq. 1065, 18. 55sqq.*): **A** *strictius; pro obi. sunt, qui (quae) -entur*: **1** *impulsu alieno, externo*: **a** *mero respectu motus*: **α** *-entur res*: Ⓘ *de qualibet re, quolibet loco; pro obi. sunt*: Ⓐ *varia, quae auferuntur, adimuntur* (*fere corporea; imagines l. 64, sermones p. 1064, 12,* bella *p. 1064, 12; exempla selecta post* SEN. *rhet.*): PLAVT. Mil. 759sqq. *convivae* numquam dicunt ...: 'iube illud demi, tolle hanc patinam; -e pernam, nil moror; aufer illam offam porcinam ..., (761) -e, abi aufer'. RHET. Her. 3, 19, 32 (*respic. imagines in arte memoriae certis locis positae*) sive nimis procul -veris sive vehementer prope admoveris id, quod oportet videri. CIC. S. Rosc. 23 multa palam domum suam auferebat, plura clam de medio -bat. Verr. II 3, 54 frumentum -tum atque celatum. off. 1, 84 classem ab Arginusis -endam *esse* (*item -entur naves bellicae*: CAES. Gall. 4, 25, 1 naves longas ... paulum -eri ab onerariis navibus ... iussit. CVRT. 4, 2, 22 et -ere et adpellere scaphas). *al.* CAES. civ. 2, 11, 2 *cupae incensae* longuriis ... ab opere, *i. a machina bellica,* -entur. VARRO rust. 1, 8, 6 ea ... -etur a terra vitis, quae ostendit se adferre uvam. NEP. Eum. 12, 3 *rex* victum -eri iussit, *sc. ut captivus fame periret.* VERG. georg. 1, 131 ignem ... -vit *Iuppiter* (SERV. non sustulit, non extinxit, sed occuluit). Aen. 1, 216 postquam exempta fames epulis mensaeque -tae *eqs.* (1, 723 OV. ars 1, 603. *al.*). HOR. sat. 2, 5, 52 tabulas *testamenti tibi traditas* a te -ere memento (VLP. dig. 11, 1, 11, 8). carm. 3, 6, 28 luminibus -tis (PRVD. perist. 10, 593). OV. met. 5, 488 *Arethusa* comas a fronte -vit ad aures. 8, 572 dapibus ... -tis (VAL. FL. 3, 120). LIV. 9, 24, 4 ut *castra* sex milia ab oppido -rentur. 10, 14, 7 impedimentis in locum tutum -tis. VITR. 2, 8, 15 nefas est tropaea dedicata -eri. 3, 2, 8 columnas ... -tas a parietibus ad circumitionem (*sec. propositum architectorum ut*: 4, 8, 6 -entes parietes aedis et adplicantes ad intercolumnia). SEN. suas. 6, 18 Cicero paulum -to velo *lecticae* postquam armatos vidit *eqs.* CELS. 4, 26, 7 mālum ipsum super prunam imponere ...; ubi siccum esse coepit, -ere oportet. SEN. Phaedr. 387 (*loq. Phaedra*) -ete, famulae, ... auro inlitas vestes. benef. 5, 15, 6 -tis procul bellis. CVRT. 7, 2, 37 *Alexander* libertatem linguae *cohortis querulosae* ab auribus credulis *ceterarum* -turus. COLVM. 8, 5, 14 ut *ova fracta* -at *aviarius* (8, 5, 15). PETRON. 98, 5 -tā ... culcitā videt *servum absconditum. et saepius.* *ex aliqua re extrahendo, educendo sim.*: LVCR. 3, 404 truncus adempta anima circum membrisque -ta vivit (-tus, -tis *var. ll.*). LIV. 8, 38, 8 impedimentis ex agmine -tis. CELS. 8, 10, 7[K] tum paxillus -endus *est ex ossibus. al.* PS. QVINT. decl. 19, 12 leviter sedibus suis -ta compago *corporis torti.* Ⓑ *obstacula sim.* (*cf. e. g. p. 1066, 69sq.*): CATO agr. 155, 2 in fossis, sicubi aqua constat aut aliquid aquae obstat, id emittere, patefieri -erique oportet. VARRO ling. 7, 108 sera[e], qua -ta fores panduntur. rust. 3, 16, 32 opercula (APVL. met. 3, 21, 4. *cf.* 10, 12, 2 coperculo capuli -to). CIC. ac. 2, 19 ita est maxima in sensibus veritas, si ... omnia -entur, quae obstant et inpediunt (*sim. -entur, quae visui obstant*: SEN. epist. 94, 5 si quid oculis oppositum moratur aciem, -endum est. 94, 18 [*bis*]. PLIN. nat. 35, 65 *flagitavit* -to linteo ostendi picturam. *cf. e. g. l. 8. 14*). OV. met. 1, 279 (*loq. Neptunus*) aperite, *amnes,* domos ac mole -ta fluminibus vestris totas immittite habenas. VLP. dig. 16, 3, 1, 36 signacula, *sc. a sacculo* (PS. GREG. TVR. Thom. 79). *al.* Ⓒ *imbres, nubes, tenebrae* (*cf. p. 1065, 75sqq.; in imag. praeter l. 30*): OV. met. 1, 328 nimbis ... aquilone -tis. trist. 1, 3, 13 ut ... hanc animi nubem, *i. stuporem sim.,* dolor ipse -vit (MART. CAP. 2, 125 [vers.]). IVV. 10, 3 -tā erroris nebulā.

(II) *de animantibus, sc. -entur res, quae geruntur, corpori imponuntur, induuntur vel geri sim. solent*: Ⓐ *-et vel -eri iubet alter aliquid de altero (sive volente sive nolente)*: *arma, tela sim.*: CIC. Tusc. 5, 58 (*antea*: virgines ... tondebant barbam ... patris) *tyrannus* ab is ipsis *filiabus, postquam adultae sunt,* ... ferrum -vit. SEN. Herc. f. 1053 -ete, famuli, tela, ne repetat furens (Herc. O. 1404). PANEG. 3, 24, 7 quod ad te attinet, cuncta iam a custodia tui arma -res (*i. ab eis, qui te custodiunt*). *vincula sim.* (*in imag. praeter l. 43*): HOR. sat. 2, 7, 74 vaga prosiliet frenis natura *hominis* -tis. TAC. Agr. 32, 2 metus ac terror sunt infirma vincla caritatis; quae ubi -veris, qui timere desierint, odisse incipient. CLAVD. DON. Aen. 2, 145 p. 166, 20 ut haec *vincula Sinonis* Priamus statim -eri iussisset. AVG. serm. 47, 26 (*respic. Ezech. 34, 27*) domine, frange furvas, quibus haeretici premunt colla infirmorum ...; -e furcam *eqs.* (*postea*: tolle). *varia*: CELS. 8, 11, 8 (*7* lanā ... impositā) -tā ... lanā. SCRIB. LARG. 11 (*antea*: torpedo ... imposita) -atur remedium. PLIN. nat. 25, 173 *ranunculum* alopeciis inponunt celeriter -entes. *al.* PRVD. perist. 10, 698 *praefectus* praecipit ... -ta veste virgis verberent *puerum.* CAEL. AVR. chron. 2, 1, 31 cucurbitis ... admotis atque violenter -tis. *al.* Ⓑ *-et, qui eas res gerit sim.; pro obi. sunt*: *arma, tela sim.*: TIB. 2, 4, 6 (*in imag.*) *amore* uror ...; -e, saeva puella, faces (PRVD. apoth. 136 MEROB. carm. 4, 45). OV. met. 1, 674 *Mercurius* tegumen ... -vit et posuit pennas. 12, 91. fast. 4, 413 a bove ... cultros -ete ministri. *al.* SEN. epist. 117, 25 (*in imag.; antea*: disputatiunculis inanibus) -e ista lusoria arma. *al.* *vestimenta sim.* (*cf. l. 49*): OV. met. 3, 274 (*273 Iuno* recondita nube) nubes *non* ante -vit, quam *eqs.* MART. 13, 100, 2 iam -ete sinus *togae* (*ad signum in circo dandum; cf. 13, 99, 2* iactatis ... togis). QVINT. inst. 11, 3, 124 togam ... inde, *sc. a pectore,* -eri non dedecebit. *al.*

**β** *-entur animantes* (*maxime homines, sed animalia l. 75. p. 1065, 9sqq. 21sqq., Minotaurus p. 1065, 28*): Ⓘ *copiae militares a locis occupatis reductae* (*cf. p. 1063, 68sq.; aliter e. g. p. 1065, 25*): COEL. hist. 30 ut velites a sinistro cornu -antur, Gallis ... immittantur. CIC. fam. 16, 12, 3 ut -at *Caesar* praesidia ex iis locis, quae occupavit (LIV. 26, 20, 11. *al.*). CAES. Gall. 5, 43, 6 *v. p. 269, 75.* BELL. Afr. 70, 1 extremo agmine -to. SALL. hist. frg. 1, 141 stationes sub vineas -bat (FRONTIN. strat. 2, 6, 7). 2, 93 Romanus ⟨exe⟩rcitus frumenti gra⟨tia⟩ -tus in Vascones (LIV. 36, 9, 2 EVTR. 1, 15, 2). *al.* (II) *consiliarii, ministri, familiares sim.* (*cf. p. 1065, 49*): CIC. Verr. II 2, 81 consilio tuo dimisso, viris primariis qui in consilio ... esse solebant, -tis. *ibid.* -to consilio. *al.* SALL. Iug. 113, 3 *rex* adhibitis amicis ac statim inmutata voluntate -tis ceteris dicitur *solus deliberasse.* SVET. Tib. 56 a contubernio. MARCELL. dig. 28, 4, 3 (*opp. postea*: admitti rursus *iussit*). *al.* (III) *custodes sim.*: CIC. Att. 9, 1, 3 -tis sive omnino missis lictoribus *meis.* HOR. ars 161 custode -to (VAL. MAX. 9, 3, 7. STAT. Theb. 8, 55 c. -to [*i. Cerbero*]. *al.; sim. -etur* custodia:

[*Fischer*]

SVET. Iul. 86, 1. COD. Iust. 5, 37, 22, 2ᶜ [*a. 326*]. PANEG. 2, 47, 3). SVET. Tib. 30 aeger comites a se -vit. *al.* (IV) *arbitri, testes sim.*: CAES. Gall. 1, 19, 3 cotidianis interpretibus -tis. CIC. off. 3, 112 -tis ... arbitris (*item abl. absol.*: LIV. 2, 4, 5. 6, 33, 3. *al.* VAL. MAX. 5, 4, 3 SEN. benef. 2, 23, 2. *al.* CVRT. 5, 11, 4. *al.; aliter*: SEN. frg. 14 [Lact. inst. 6, 24, 17] quid ... arbitros -es? PORPH. Hor. epist. 1, 11, 26). NEP. Hann. 2, 4. OV. met. 6, 649 comites famulosque. PETRON. 131, 10 -tis omnibus. STAT. Theb. 8, 653 teste -to. *al.* (V) *pulli vel infantes, sc. a matre*: VARRO rust. 2, 4, 19 a peritis dimidia pars *porcorum* -eri solet. 2, 6, 4 a matre. 2, 7, 12 a lacte. frg. Non. p. 168, 3 oves minus idoneas (*v. p. 866, 5*). COLVM. 6, 21, 2. 6, 24, 5. PLIN. nat. 28, 72 quae *femina* iam infantem -verit (*i. desierit mammam dare*). (VI) *quilibet* (*exempla selecta post* HOR.): CIC. Verr. II 1, 38 ab se hominem atque ab exercitu suo -vit (*sim.* BELL. Afr. 54, 4 ignominiae causa ab exercitu meo te -o. NEP. Pel. 1, 3). 5, 82 ut ... -to atque ablegato viro ... solutiore animo ... secum illam *uxorem* haberet, si ... tamquam aemulum -visset (PLIN. epist. 6, 31, 5 IVST. 13, 4, 9). Sull. 28 (*in imag.*) quos *homines* ego a vestris cervicibus depuli, iudices, a meis non -vi. Cael. 36 -bo illum senem (*sc. quem praesentem finxi*). Att. 5, 21, 12 voco illos *debitores* ad me -to *creditore. al.* CAEL. Cic. fam. 8, 10, 2 *censet* alius ... Pompeium *ad Parthos* mittendum, alius ab urbe Pompeium non -endum. CAES. Gall. 1, 25, 1 ex conspectu -tis equis (SALL. Catil. 59, 1. *item -entur animalia*: CAES. civ. 1, 48, 6 pecora ... finitimae civitates longius -verant. CALP. ecl. 5, 7 greges a monte -tos. PS. QVINT. decl. 13, 4 -e, transfer *apes tuas. al.*). 5, 16, 2 cum *Britanni cedentes* paulum ab legionibus nostros *equites* -vissent. NEP. Ham. 2, 4 hostīs a muris Karthaginis -vit (POMP. TROG. hist. Iust. 38, 4, 8). HOR. carm. 1, 28, 8 occidit ... Tithonus ... -tus in auras. OV. met. 8, 157 thalamis (-mo, -mi *var. ll.*) -ere pudorem, *i. Minotaurum,* multiplicique domo ... includere. 12, 535 *Lapitharum* partem fuga noxque -vit. 13, 100 nihil *gestum* est Diomede -to (*'fere i. q. sine Diomede' Bömer, comm. 1982, ad l.*). LIV. 5, 2, 4 -tam ... et ablegatam ab urbe et ab re publica iuventutem (*sc. militiā*). S. C. de Pisone 40 Vononem ... longius -eri *noluit Piso.* TAC. ann. 2, 50, 3 ultra ducentesimum lapidem. FLOR. epit. 3, 6, 14 *Pompeius piratas* a conspectu longe -vit maris. *et saepe.*

**b** *cum respectu arcendi, ab aditu impediendi* (*exempla probabiliora, cetera ad a*): **α** *-entur res*: CATO agr. 33, 3 *in sulcis* viveradicem serito, umbram ab sulcis -eto crebroque fodito. COLVM. arb. 13 *paleis incensis* fumus nebulam et rubiginem -bit. LVCAN. 2, 620 hinc illinc montes ... opposuit natura mari flatusque -vit. PLIN. nat. 9, 184 *fulgent conchae quaedam* in tenebris -to lumine alio. *al.* **β** *-entur animantes* (osculum *l. 44*): CAES. Gall. 7, 8, 1 represso ... *duce hostium* et -to, quod intrare intra praesidia periculosum putabat. VARRO rust. 1, 2, 21 quo modo pecus -eri potest ab agro *eqs.*? (*item -entur animalia*: COLVM. 6, 27, 8 equos ... a feminis). HOR. carm. 3, 5, 43 *Regulus* fertur ... coniugis osculum parvosque natos ... ab se -visse (*de eadem re*: EVTR. 2, 25, 2 uxorem a complexu). OV. met. 13, 432 te ... pater Phrygiis ... -vit ab armis. SEN. suas. 5, 5 si Xersen -veris (*sc. morem ei gerendo*), invenietur alius hostis. CYPR. hab. virg. 17 *ne deus* te ... ad sua praemia ... venientem -at et excludat. IVST. 31, 5, 1 -to Hannibale *a consilio.* VEG. mil. 3, 20, 22 *milites* longissime ab adversariorum acie -e. *al.*

**2** *impulsu proprio vel sine agente externo; respicitur motus*: **a** *hominum* (*Fortunae per prosopop. l. 66*): **α** *active; obi. est*: (I) *pron. refl.* (*nisi absol.* LVCR.; *vix addas p. 1069, 71*): LVCR. 3, 882 *homo vivus non* se dividit illim, *sc. a cadavere suo futuro,* nec -et satis a proiecto corpore (*respic. motus mente conceptus ut*: APVL. Socr. 3 p. 124 cum *sapientes* se vigore animi ... a c. ⟨re⟩moverunt [*restit. ex* Aug. civ. 9, 16 p. 390, 1. 7]). BELL. Afr. 62, 3 *nauarchus* se longius a prospectu -vit. HOR. sat. 2, 1, 71 ubi se a volgo et scaena in secreta -orant *Scipio et Laelius.* 2, 6, 16 me in montes ... ex urbe. *al.* (II) *pars corporis proprii* (*cf. l. 72*): CIC. Balb. 11 fuisse iudicem ... neminem, quin -ret oculos ⟨et⟩ se totum averteret (OV. met. 7, 256 arcanis o. -ere profanos. SVET. Tib. 42, 1 [*in imag.*] *Capreis* quasi civitatis o. -tis ... vitia ... profudit). OV. met. 9, 390 ex oculis *meis* -ete manus ([*391* morientia lumina]. 13, 467 tactu ... viriles virgineo -ete m. VAL. MAX. 5, 10, 1 SEN. epist. 9, 7. 24, 5 *Scaevola non* ante -vit ... manum, quam *eqs.* [*antea opp.* inposuit]). PETRON. 125, 2 (*in imag.*) putabam ... a custodia mei -visse vultum Fortunam. (III) *ipse motus*: CLAVD. rapt. Pros. 1, 4 gressus -ete, profani.

**β** (*medio*)*pass.*: *-entur homines*: CATVLL. 63, 58 (*loq. Attis*) egone a mea -tā haec ferar in nemora domo? (*nisi* -ta ... nemora *iungas, cf. p. 1073, 67sqq.*). VEG. mil. 2, 23, 7 ita ut *sagittarii* sexcentis pedibus -rentur a signo (*sc. in exercitatione*). *-entur partes corporis*: VAL. MAX. 1, 1, 8 (*in imag.*) nunquam -tos ab ... cultu caerimoniarum oculos *civitatis.* QVINT. inst. 11, 3, 159 *oratoris sint* bracchia a latere modice -ta.

**b** *rerum naturalium (non nisi [medio]pass.)*: *-entur imbres, tenebrae, nubes sim.* (*cf. p. 1064, 30sqq.; saepius in imag.*): LVCR. 6, 957 tempestates (-tem *trad.*) terra caeloque coorta⟨e⟩ in caelum terrasque -tae iure facessunt. HOR. carm. 4, 4, 7 iam nimbis *hiemalibus* -tis. LVCAN. 4, 68 incendēre diem nubes oriente -tae (MAR. VICTOR. aleth. 1, 402 mentis n. -tā). 8, 45 *noctis* tenebris ... -tis. VET. LAT. cant. 2, 17 (Aug. serm. 19, 3) donec ... -rentur umbrae *noctis* ([*gr.* κινηθῶσιν, *Vulg.* inclinentur; *pendet* RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 184, 8]. EVSEB. GALLIC. hom. 5, 3 u. -etur, veritas repraesentatur). PRVD. cath. 6, 80 nebulis ... -tis. PROSP. carm. de ingrat. 446 nocte -ta cognovere deum. *cetera exempla*: MANIL. 1, 620 iam sole -to (*sc. occasu diurno; aliter*: PLIN. nat. 2, 186 [*c. respectu motus annui*] solstitii diebus accedente s. propius verticem mundi ..., ad brumam -to. *cf. l. 54*). CASSIOD. inst. 1, 29, 1 *amnis* adest ... et, cum vota compleverit, -tus abscedit (*quasi sponte sua*).

**B** *laxius vergit ad notionem*: **1** *non (iam) adhibendi, non sumendi sim.; -entur*: **a** *varia*: PLAVT. Caec. frg. 7 (*si huc pertinet*) summoventur hostes, -entur lapides (CIC. Flacc. 97 vis absit, ferrum ac l. -antur). OV. am. 1, 14, 29 vim procul hinc, *sc. a capillo,* -e. medic. 41 Temesaea ... aera, *i. cymbala.* SEN. dial. 12, 12, 3 quibus *diebus locupletes* ... -to auro ... fictilibus utantur. APVL. met. 11, 2, 1 vetustae glandis ferino -to pabulo. CLAVD. 8, 617 tergo ... -vit verbera ... felix iniuria (*sc. ictus in manumissione servi*). **b** *ornamenta sim.*: CIC. orat. 78 (*in imag.*) -bitur omnis insignis *orationis* ornatus quasi margaritarum ([*postea*: repellentur]. off. 1, 130 a forma -atur omnis viro non dignus o.). SEN. dial. 9, 9, 2 a nobis -ere pompam. VAL. CEM. hom. 20, 8 ornamentorum cultum. **c** *res in curatione evitandae*: CELS. 3, 1, 6 non statim condemnetur, si quid non statim profuit, minus vero -atur, si quid paulum saltem iuvat. 3, 19, 6 vino ... -to (MARCELL. med. 10, 17). 4, 12, 5 omnia acria atque acida -enda (5, 28, 2ᴱ). *al.* PLIN. nat. 28, 233 *inlinitur* caseus ... oleo -to. *al.*

**2** *abolendi, e medio tollendi*: **a** *-entur res* (*animal pro forma animalis l. 39*): **α** *tabulae, litterae sim.*: CIC. Verr. II 2, 173 *decumani* decernunt, ut eae litterae, quibus existimatio C. Verris laederetur, -rentur (2, 175 litteras ... de medio -ere potuerunt, ⌞fidem suam et religionem -ere non possunt⌟ [*ad IIA1a*]. 3, 166. *et saepius in* Verr.). 2, 185 his inventis libellis ceteri -ti et diligentius sunt reconditi. **β** *variae*: OV. rem. 723 ⌞ceras⌟ -e; quid imagine muta carperis? (⌞ ⌟ *i. imagines, v. vol. III 853, 5sqq.*). met. 6, 43 dea ... formam ... -vit anilem Palladaque exhibuit (*-etur forma in metamorphosi assumpta ut*: APVL. met. 3, 29, 7 si rursum asino -to prodirem in Lucium). CELS. 5, 26, 30ᴬ ut sanies *aqua calida* -atur (*item abluendo*: PRVD. cath. 2, 62 -tis sordibus). SEN. nat. 1, 6, 4 (*antea*: imago aboletur) nihil ... aliud ad ista, *quae in speculo apparent,* efficienda vel -enda opus est quam ostendi et abduci. HIST. Apoll. rec. A 37 ab ore ... barbam.

**b** *-entur homines* (*sc. morte, occisione*): CIC. Mil. 34 Clodio -to (*postea*: Clodi morte). NEP. Dion 7, 1 adversario -to (*antea*: illo interfecto). Hann. 10, 3 quem si -visset *eqs.* SEN. Herc. f. 1031 (*Amphitryon Herculi*) -e parentem. Tro. 206 illo *Achille* -to. LVCAN. 9, 223 Magnum *Pompeium* fortuna -vit. TAC. ann. 3, 8, 1 -to aemulo. *al.*

**3** *operiendi sim.* (*sc. -etur res, quae alia re interposita non apparet*): CIC. off. 1, 127 quae ... natura occultavit (*i. pudenda*), eadem omnes, qui sana mente sunt, -ent ab oculis. AETNA 55 Iuppiter ... -et caligine mundum. OV. met. 4, 81 nocturnos Aurora -verat ignes (*i. stellas ut*: fast. 4, 679 tertia post Hyadas cum lux erit orta -tas. 6, 235. PALLAD. 1, 7, 3 *obiectu montis* -to ... sole). fast. 2, 493 -ent subeuntia nubila caelum. SEN. Herc. f. 858 *apud inferos* -ta luce (SIL. 13, 869).

**II** *sine respectu motus localis* (*agitur de cogitatis, mente conceptis maxime sub A1b*): **A** *usu communi; remotio fit*: **1** *abolendo, impediendo, non faciendo, exercendo sim. vel facere, exercere sim. desinendo*: **a** *vario modo*: **α** *-entur quaelibet res*: (I) *formae variae*: PLAVT. Stich. 309 fores facite ut pateant, -ete moram ([*cf. p. 1067, 6*]. *item imperat.*: CIC. Phil. 1, 26 denuntio vim, ⌞arma⌟: -ete [*alii post* vim *interpungunt*; ⌞ ⌟ *ad p. 1063, 60sqq.*]. OV. trist. 3, 7, 31 desidiae -e ... causas. SEN. Tro. 568 [*Vlixes Andromachae*] simulata -e verba. PALLAD. hist. mon. I 35, 17 p. 303ᴮ -e ... iocos [*gr. p. 104, 15* ἄφες]). CIC. rep. 2, 27 *Numa* religionibus colendis operam addidit, sumptum -vit (leg. 2, 25). Brut. 48 *Lysiam* orationes ... scribere aliis coepisse, ⌞artem⌟ -visse (⌞ ⌟ ⟨se⟩ arte *vel* arte ⟨se⟩ *temptavit Douglas, Latomus 16, 1957, 461, ut locus ad p. 1069, 53sqq. pertineat*). OV. met. 6, 493 curā -ente soporem. 13, 373 (*loq. Vlixes*) obstantia fata -vi ... *et* Pergama cepi. SEN. epist. 92, 10 quies nihil quidem ipsa praestabat animo, sed inpedimenta -bat. 94, 17 furoris causa -enda *est* (FRONTIN. aq. 88, 3 *Romae* ⌞-tae sunt c.⌟ gravioris caeli [⌞ ⌟ *Rodgers, mutato verborum ordine; v. app. crit.*]. COD. Iust. 4, 29, 12 [*a. 258*]). SIL. 11, 176 *Romani* Sidicina ... bella -orunt. FILASTR. 118, 3 mortis ... poenam. AMBR. paenit. 2, 6, 50 ut mortem populi ... divina -ret misericordia (revov- *var. l.*). AVG. epist. 196, 16 observationes ... apud Christianos

[*Fischer*]

abolitas -tasque (*cf. l. 10*). *al.* (II) *p. p. p. in abl. absol.*: CIC. de orat. 1, 260 -tis ... ceteris studiis ... in hoc uno opere ... urgueatur *orator.* fam. 7, 11, 3 -to i o c o tibi hoc ... praecipio, ut *eqs.* (SEN. contr. 2, 3, 19 APVL. met. 1, 21, 4. *cf. p. 1066, 64*). *al.* SEN. epist. 26, 5 -tis strophis ac fucis. 99, 21 *in funere* -ta omni lugentium scaena. QVINT. inst. 8 prooem. 3 -ta refutandi cetera *praecepta* mora. 12, 1, 39 quale *genus causae* -ta ratione honesta non recepisset *orator.* 12, 11, 30 qua *maiestate orandi* -ta muta sunt omnia. APVL. met. 10, 6, 3 -to iudicandi taedio et accusationis manifestis p r o b a t i o n i b u s *eqs.* (EVSEB. GALLIC. hom. 4, 5 l. 153. 42, 9 l. 142). AVG. in Rom. 59, 3 -tis ... multiplicibus sacramentis *Iudaeorum.* CAEL. AVR. acut. 1, 17, 174 medicamen ... moderatione accedente somnos faciles facit, -tā gravedine⟨m⟩. *al.*

**β** *-entur a f f e c t u s, mores, status, facultates a n i m i vel c o r p o r i s* (*praepos.* in *c. acc. indicat condicionem, quae rei -tae succedit, l. 27*): RHET. Her. 2, 19, 28 consuetudo peccandi maleficii suscipiendi -bat d u b i t a t i o n e m (AVG. in euang. Ioh. 121, 5 [*spectat ad Ioh. 20, 28*] -tā d. *Thomae*). CIC. Cluent. 81 i n v i d i ā -tā (CVLEX 73 i. ... et fraude -ta. APVL. apol. 95, 4). off. 1, 157 magnitudo animi -tā communitate (comitate *codd. plerique*) coniunctioneque humana feritas sit *eqs.* 2, 63 temeritate ... -tā gratissima est liberalitas. Att. 10, 16, 6 quartana *febri* cares et ⌊novum⌋ morbum -visti ([⌊ ⌋ nedum *var. l.*, non modo *coni. Lambinus*]. *item -etur m o r b u s*: IVVENC. 2, 7 tanto languore *mentis* -to. MARCELL. med. 5, 3 hac curatione ... lippitudo -bitur. *al.*). SALL. Iug. 85, 45 (*loq. Marius*) *Quirites,* omnia *vitia ducum priorum* -vistis, avaritiam, inperitiam *eqs.* 87, 4 -to m e t u (LIV. 2, 2, 7. VELL. 2, 1, 1 -to Carthaginis m. sublataque imperii aemula. *al.*). CVLEX 198 *pastor* erat tardus ⟨s⟩omni languore -ti (-to *codd.*). SEN. contr. exc. 8, 4, 1 summam infelicitatum suarum in hoc -vit, quod existimabat licere misero mori (*i. se occidere*). CELS. 3, 18, 18 -endi *sunt* terrores et potius bona spes offerenda, *sc. insanienti.* SEN. dial. 4, 13, 3 debet i r a -eri ..., tota dimittatur (5, 16, 1. 5, 42, 1 iram ... ex toto -amus). 5, 39, 3 *quies* -bit omnia ultionis instrumenta. *al.* LVCAN. 6, 155 pietate -ta. 6, 229 a voltu penitus virtute -ta. SIL. 10, 640 procul maerore -to. PS. QVINT. decl. 5, 10 -e ... indignationem. 12, 23 -e hanc spem. APVL. apol. 43, 3 posse animum humanum ... paulisper -ta corporis memoria ... redire ad naturam suam *immortalem.* IVVENC. 4, 273 (*sec. Matth. 25, 35*) *iustorum* plebes potu ... sitim mihi ... -vit. *al.*

**γ** *-entur v e r b a eorumve partes vel qualitates, s e n t e n t i a e* (*cf. p. 1070, 34*): CIC. Phil. 8, 1 cum re viderent omnes esse bellum, quidamque id v e r b u m -endum arbitrarentur (part. 23). Att. 6, 1, 11 -endum ... censeo illud 'dissimulantem'. SEN. epist. 83, 16 declamationes istas de medio -amus: '...'. QVINT. inst. 1, 5, 33 -tis ... omnibus ... vitiis *in dicendo* erit ... *ὀρθοέπεια.* 1, 7, 4 ut 'ex' praepositionem si verbum sequeretur 'specto', adiecta ... s l i t t e r a, si 'pecto' -ta scriberemus (*item opp.* adicere: DIOM. gramm. I 304, 19. 305, 20; *sim. opp.* adponere: CHAR. gramm. p. 188, 19 [*syn. l. 23* sublata]. *al.; ceterum e. g.* MAR. VICTORIN. gramm. VI 6, 2 his l. omnibus ... -tis latinae linguae reliquas XVII posse satisfacere). *al.* PS. APVL. herm. 7 p. 272 si *quis propositioni* assentiri se dicet, fit acceptio -ta interrogatione. TERT. castit. 3, 9 abstulisti et -visti condicionem comparationis. *al.*

**b** *c o g i t a t i o n e, a r g u m e n t i s sim., sc. -etur, quod reicitur, esse negatur*: **α** *in contextu i n d i c a t u r, quid fieret, si aliquid vel aliquis non exstaret vel exstare desineret*: (I) *p. p. p. in abl. absol.*: CIC. Catil. 4, 8 his *suppliciis post mortem futuris* -tis non esse mortem ipsam pertimescendam. Mur. 13 relinquis (*i. non commemoras*) illa, quibus -tis hoc *saltandi* vitium omnino esse non potest. fin. 4, 69 officia ... tollebantur delectu omni et discrimine -to, quae esse ⟨non⟩ poterant rebus omnibus ... exaequatis. Tim. 3 nullius ... rei, causa -ta, reperiri origo potest (*gr. 28ᴬ χωρὶς αἰτίου*). *al.* SEN. epist. 65, 6 inter causas facti operis esse numerandum quo -to factum non esset. *al.* QVINT. inst. 5, 10, 67 (*illustratur argumentum* ex remotione) 'hic servus ... aut verna tuus est aut emptus ... aut alienus': deinde -tis prioribus supererit 'alienus'. VAL. dig. 36, 1, 69, 1 -ta postulatione mea. GAIVS inst. 1, 78 *filius peregrini* -ta ea l e g e diversam condicionem sequi deb⟨uisset⟩ (*ibid. iterum*). APVL. Plat. 1, 8 p. 198 ⟨cum⟩ septem locorum motus habeantur ..., sex ... -tis ⌊haec⌋ una, *sc. circularis,* mundo relicta est *eqs.* (*cf. Plat. Tim. 34ᴬ ἀφεῖλεν* [*sc. ὁ θεός*]. ⌊ ⌋ *fort. obversatur vox fem. κίνησις vel subauditur* via). PS. PROSP. carm. de prov. 155 *deo* factore -to. *al.* (II) *formae variae*: SEN. Tro. 1019 sq. (*1018* tolle felices) -ete multo divites auro, -ete centum rura qui scindunt opulenta bubus, pauperi surgent animi iacentes; est miser nemo nisi comparatus (-eto *bis in var. l.*). QVINT. decl. 268, 23 (*loq. medicus*) -am medicinam; tu, philosophe, consolaberis *aegrotos*? CLAVD. DON. Aen. 1, 305 p. 66, 27 -enda sunt interposita ... et erit una narratio (*postea*: retractis mediis).

**β** *cetera exempla*: CIC. Catil. 4, 7 *Caesar* mortis poenam -et, *sc. dissuadendo.* VAL. MAX. 2, 6, 12 -atur ... naturalis omnium animalium dulcedo vitae ..., si ... beatior finis reperietur, *sc. quam ortus.* QVINT. inst. 3, 6, 67 quartum *statum generalem* ... intellego posse -eri. *al.* CONC.ˢ I 3 vers. Tur. p. 64, 9 *haereticum* sanctorum patrum -entem dogmata (*gr. I 1, 2 p. 32, 17 παρασαλεύσαντα*). *al.*

**c** *l e g e, i u r e, i u s s u i m p e r a t o r i s sim.*: CIC. har. resp. 58 *Clodius* censuram exstinxit, intercessionem -vit, auspicia delevit. PLIN. paneg. 38, 7 tu ..., Caesar, illam exceptionem -visti '...' (*cf.* PAPIN. frg. Vat. 259 morte Cinciā -etur [*i. exceptio legis Cinciae*]). VLP. dig. 39, 6, 7 si aliquis mortis causa donaverit et poena fuerit capitis affectus, -etur d o n a t i o ut inperfecta (LEX Burg. Rom. 1, 1 de -endis d. [*spectat ad titulum Cod. Theod. 8, 13* de revocandis d.]. 1, 2). PAVL. dig. 20, 6, 12, 1 cum ius petitoris -atur soluto pignore. MARCIAN. dig. 48, 16, 1, 10 paene nulla erit accusatio, quam temporis spatium ... omnimodo -ret. AVR. VICT. Caes. 41, 4 ut *Constantinus* ... vetus ... supplicium ... primus -verit. COD. Theod. 2, 19, 2 -ere ... t e s t a m e n t a *inofficiosa* ([*cf. usum absol.* INTERPR. *ad l.* potest -ere praetermissa mater]. INTERPR. novell. Theod. 16 -to priore t. COD. Iust. 3, 28, 34, 1). CASSIOD. hist. 2, 18, 15 *Constantinus* -vit ... monomachias (*gr. Socrat. 1, 18, 1 παύει*). 10, 2, 1 Honorius ... ludum gladiatorum ... *Romae* -vit (*gr. Theodoret. 5, 26, 1 κατέλυσεν*). *et saepius.*

**2** *s e i u n g e n d o, s e p a r a n d o, d i s s o c i a n d o sim.*: **a** *pro obi. sunt a n i m a n t e s eorumve animi sim., qui -entur*: **α** *i m p u l s u e x t e r n o vel s i n e v o l u n t a t e s u a*: (I) *exempla varia; -etur aliquis*: (A) *a q u a l i b e t r e, a c t i o n e* (*sive iam incepta sive impedita sive omnino denegata; actionem indicat inf. l. 39*): TER. Hec. 22 (*loq. prologus*) poetam restitui in locum prope iam -tum iniuria advorsarium ab studio atque ... arte musica (*cf. p. 1062, 72*). RHET. Her. 3, 23, 38 cur volumus ab industria quemquam -ere, ut ... nos illi omnia parata ... tradamus? CIC. Verr. II 4, 10 quae fuit causa, cur *maiores* ... nos in provinciis a b e m p t i o n i b u s -rent? (COD. Theod. 3, 1, 6). 5, 99 a quo *cibo, sc. comedendo,* maiores eorum *Siculorum* ceteros quoque frugibus inventis -verunt. Mur. 10 si me tua familiaritas ab hac c a u s a, *sc. agenda,* -visset (Att. 1, 13, 3). Cato 22 ut ... illum *Sophoclem* quasi desipientem a re familiari, *sc. administranda,* -rent iudices. NEP. Eum. 5, 4 quo libentius *iumentum* et cibo uteretur et a corporis motu non -retur. SEN. contr. 1, 2, 8 *piratas* a stupris. SEN. benef. 5, 3, 1 ab ... certaminibus. dial. 4, 21, 8 longe ... ab adsentatione pueritia -enda est. APVL. Socr. 6 p. 132 *non deos* ⌊illos a cura⌋ rerum humanarum, sed contrectatione sola -vi (*sc. cogitatione*; ⌊ ⌋ *Scioppius,* illa sacra *trad.*). LVCIF. Athan. 1, 24 l. 15 te a tanto ... scelere. HESYCH. in lev. 22, 14 p. 1071ᶜ ipse *sermo Christi* ... -et ... nos ... carnale quippiam ... de sanctis, *i. victimis,* arbitrari. *al.* (B) *a re vel homine, cui s t u d e r e, f a v e r e d e s i n i t*: RHET. Her. 4, 15, 22 utrum animos sociorum ab re publica -bas et abalienabas, an non? PS. SALL. in Tull. 4 *Cicero* neque terrore neque gratia -etur ⌊a vero⌋ (*Reitzenstein,* aliud *trad.,* ab iud⟨icio⟩ *Vretska*). PAVL. FEST. p. 25 abalienatus dicitur, quem quis a se -verit. (C) *ab a f f e c t u, s t a t u, c o n d i c i o n e*: RHET. Her. 4, 37, 49 (*absol.*) ut ... *laus* ab iracundia et molestia -at, ... *licentia* ab errato deterreat. LVCR. 5, 350 illi, quos a vita natura -vit. SVET. Aug. 40, 4 servos ... multis difficultatibus a libertate ... -visse *eqs.* (*i. impedisse, ne liberarentur*). AVG. civ. 22, 24 p. 610, 17 *deus* eam *naturam humanam non* -vit a sua potestate (*postea*: alienarit). CASSIOD. Ios. antiq. 10, 113 p. 289 a ... servitio nos ... -bunt Persae (*gr. παύσουσι ... ἡμᾶς ... τῆς ... δουλείας*). ARATOR act. 1, 467 *aegri* dubia ... a morte -ti. *al.* (D) *a g e n e r e, a d q u o d p e r t i n e r e n e g a t u r*: CIC. ac. 2, 74 ab iis *philosophis certi generis* aiebas -endum *esse* Socratem et Platonem (*spectat ad 2, 15* quorum e numero tollendus est ... Plato *eqs.*). ARNOB. nat. 3, 31 nullus deus est ... Neptunus atque ita tollitur et -etur e medio Stygii frater Iovis. (E) *a q u o l i b e t o f f i c i o, m u n e r e* (*cf. l. 71 sqq. p. 1069, 3 sqq. 17 sqq. 33 sqq. 60*): TAC. ann. 12, 41, 2 qui centurionum ... sortem Britannici miserabantur, -ti[s] *sunt* fictis causis. SVET. gramm. 16, 1 Q. Caecilius Epirota ... cum filiam patroni ... doceret, suspectus in ea et ob hoc -tus *eqs.* SCAEV. dig. 33, 1, 13 pr. propter fraudem ... a negotiis. CALL. dig. 2, 13, 12 feminae -tae videntur a b o f f i c i o argentarii (HIST. AVG. Opil. 4, 3. CAEL. AVR. chron. 1, 4, 79 *nutrix epileptica* erit ab o. -enda. *cf. l. 74 sq. p. 1069, 36 et abl. nudum*: PAVL. dig. 48, 3, 8 carceri praepositus ... ob neglegentiam -endus est o. COD. Iust. 1, 4, 15 [*a. 468*] advocationis o.). *al.*

(II) *i n r e p u b l i c a*: (A) *i n d i c a t u r, u n d e a l i q u i s (a l i q u i d) -a t u r*: CIC. Verr. II 3, 2 a b r e p u b l i c a civem improbum -et (har. resp. 50. de orat. 2, 56 a re p. -tus atque ... in exilium pulsus. Phil. 13, 31. SENT. trib. pl. [Ascon. Mil. p. 40, 25; *a. 58 a. Chr.*]. CAES. civ. 3, 21, 3 LIV. 5, 11, 11. ASCON. Mil. p. 45, 15 Milonis ... audaciam ⟨remo⟩veri a re p. utile visum est [*restit. Baiter*]. TAC. ann. 16, 7, 2. *al.; aliter l. 41*). ad Q. fr. 2, 5, 3 *consul tribunum plebis* a legibus, *sc. ferendis,* -vit. SVET. Tib. 35, 2 ⌊e⌋ quaestura (*v. app. crit.*). DECL. in Catil. 71 e s e n a t u (PAPIN. dig. 1, 9, 9 a s. MOD. dig. 1, 9, 3 senatorem ... -tum s. capite non minui). VLP. dig. 50, 17, 2 pr. feminae ab omnibus o f f i c i i s civilibus vel publicis -tae sunt (COD. Iust. 12, 57, 12, 3 [*a. 436*] a provincialibus o.). VET. LAT. I Macc. 11, 63 (rec. V) a

[*Fischer*]

negotio regni (*gr.* μεταστῆσαι, *recc. L, X* amovere, *B* avocare). COD. Iust. 12, 19, 7, 4 (*a. 443/4?*) de suo gradu. *al.* Ⓑ *cetera exempla* (*obi. saepius officium amissum indicat*): SVET. Vit. 2, 2 secerni minus idoneos senatores -erique *placuit. al.* AVR. VICT. Caes. 2, 3 (*sim.* PS. AVR. VICT. epit. 2, 8) -to rege Archelao (AMM. 28, 5, 14. MART. CAP. 6, 698 *Indi* regem …, si in regno prolem susceperit, -ent). COD. Theod. 13, 9, 6 (*absol.*) iudex … multandi -endi proscribendi habeat potestatem. 14, 4, 3 -tis officialibus praefecturae urbanae.

(III) *in iure; -entur*: Ⓐ *petitores, accusatores, procuratores sim.*: SEN. benef. 6, 27, 6 si accusatorem submitteres, quem deinde -res. GAIVS dig. 44, 4, 6 si opera creditoris acciderit, ut debitor pecuniam … perderet, exceptione doli mali creditor -bitur (COD. Iust. 8, 25, 2 [*a. 208*]. VLP. dig. 4, 8, 23 pr. *al.; cf.* 50, 17, 13 per exceptionem a petitione). VLP. dig. 3, 1, 1, 6 a postulando. 5, 2, 8, 15 hunc puto -endum a querella *inofficiosi testamenti* (*postea*: non admittendum). 38, 2, 14 pr. (*syn. 1* excludi). MOD. dig. 5, 2, 12, 2 *filius* praescriptione -endus non est (*postea*: repellendus). *al.* Ⓑ *tutores, curatores sim.*: a tutela *-ere*: IVLIAN. dig. 27, 4, 4 POMPON. dig. 26, 8, 4. GAIVS inst. 1, 182 si tutor … suspectus a t. -tus sit (PAVL. dig. 27, 1, 35 INST. Iust. 1, 22, 6. *al.; cf. l. 22*). *et saepe.* *cetera exempla*: IVLIAN. dig. 27, 10, 7, 2 cum dementis curatorem … proconsul -verit a bonis. PAPIN. dig. 26, 10, 10 decreto praetoris ut suspectus -tus (VLP. dig. 26, 1, 14, 4. *et saepe; cf. l. 19*). VLP. dig. 26, 10, 3, 18 ob segnitiam. *et saepe.* Ⓒ *heredes, legatarii*: PAPIN. dig. 28, 6, 12 liberos … ab hereditate. VLP. dig. 28, 2, 3, 4 inter duos … gradus exheredatus ab utroque -tus est. 38, 17, 2, 47 matre -ta. PAVL. dig. 34, 9, 5, 16 a legato. *al.* Ⓓ *varii*: COD. Iust. 9, 9, 18, 1 (*a. 258*) crimen … stupri, a quo tu -ta es, quod uxorem te esse credebas. 3, 1, 13, 8 eo -endo alter iudex … subrogetur (*cf.* 3, 1, 18 ne et datus iudex -atur et alter non eligatur [INTERPR. cod. Theod. 1, 34, 3]). 3, 2, 3 pr. -ere ab exsecutione eos *exsecutores.*

(IV) *in religione* (*christiana praeter l. 33. 40*): Ⓐ *-entur homines: a sacris faciendis*: PS. AVR. VICT. orig. 6, 7 ab ea re divina feminae in totum -tae *sunt.* *ab officio*: AMM. 15, 7, 7 Athanasium episcopum … *synodus* -vit a sacramento, quod obtinebat (*de eodem*: SVLP. SEV. chron. 2, 36, 4 Arriani … A. -ere cupiebant). CONC. Hippon. a. 393 p. 21 l. 30 ab lectionis officio (Carth. a. 419 p. 108 l. 258 ab ecclesiastico … o. *al.*). VITA Hil. Arel. 21 l. 13 sq. ut quem scripturarum regulae -bant, voluntate propria se ⌊-ere⌋ deberet (⌊ ⌋ -eri *cod.; pertinet ad l. 63 sqq.*). CASSIOD. hist. 6, 29, 8 (*Iulianus imp. ad pontificem Galatiae*) *sacerdotes* festinanter a sacerdotali ministerio -e, nisi *eqs.* (*gr. Sozom. 5, 16, 7* ἀπόστησον). *al.* *ab ipsa ecclesia eiusve ritibus*: AMBR. paenit. 1, 15, 78 a communione sacra (AVG. c. Pelag. 4, 9, 26 p. 553, 7 a corporis Christi c. GREG. TVR. vit. patr. 17, 1 p. 729, 1). COD. Theod. 16, 2, 41 episcopos … maculatos ab ecclesia venerabili aequum est -eri. Ⓑ *-entur dei (Christus l. 48), quibus denegatur: cultus*: AVG. civ. 2, 29 p. 96, 22 ut *deus* a te -at illos deos (*sc. paganorum; alloq. Romam, ut ibid.* p. 97, 7 isti *dei* a tua pietate -antur purgatione christiana). *natura quaedam* (*sc. cogitatione*): CONC.[S] I 5 p. 277, 37 si … humanis eum *Christum* -remus et rebus et verbis, nullo modo discerneremur ab eis haereticis, qui *eqs.* (*gr. I 1, 6 p. 139, 8* ἀποστήσωμεν).

**β** *impulsu proprio* (*sive quis a re iam incepta desistit sive rem omnino non attingit*): (I) *obi. est pron. refl. (nisi absol. l. 62. 66. 69); aliquis se -et*: Ⓐ *a rebus, sc.: ab actione vel consilio*: CIC. Cluent. 43 cum se ab omni eius modi negotio -visset (off. 1, 69 a n. publicis). orat. 5 ne opifices quidem se ⌊ab⌋ artibus suis -verint (⌊ ⌋ *om. codd. plerique; cf. p. 1066, 67*). PLANC. Cic. fam. 10, 18, 2 si … a certamine belli … me -vissem (*cf.* FLOR. epit. 2, 18, 4 se ab omni bellorum contagione. GELL. 2, 12, 2 se procul a seditione et civili pugna). NEP. Att. 8, 4 a talibus se consiliis. OV. met. 3, 645 me … ministerio *navis gubernandae* … -vi (COD. Theod. 8, 5, 23 pr. ab omnium se … officiorum m.). LACT. inst. 6, 10, 24 qui se a praestando auxilio -et, etiam ab accipiendo -at necesse est. GREG. M. epist. 1, 59 l. 19 ab ecclesiae ⌊se⌋ laesione (⌊ ⌋ *om. in var. l.; del. Norberg, Synt. Forsch., 1943, 184*). *al.* *a variis* (*adde l. 38*): CIC. leg. agr. 2, 22 -e te a suspicione alicuius tui commodi. Lael. 77 ab amicitia Q. Pompei … se -verat … Scipio. LVCR. 3, 69 unde, *sc. ex paupertate,* homines dum se … effugisse volunt longe longeque -osse (*de structura v. Bailey, comm. 1947, ad l.*). SEN. contr. 1, 7, 16 *rhetor quidam* totum se ab istis -vit coloribus. AVELL. 104, 17 ⌊qui autem se⌋ ab eorum *haereticorum* … non societate -verit, sciat *eqs.* (⌊ ⌋ *Hartel*; quia si *trad., quod def. Norberg, Eranos 39, 1941, 117 sq. ut usum intrans.*). Ⓑ *ab homine familiari* (*cf. l. 64. 68*): CIC. Att. 4, 8[a], 3 quid sit, quod se a me -v⟨er⟩it, si modo -vit, ignoro (*vix ad p. 1065, 53 sqq.*).

(II) *obi. est subst.*: CIC. ac. 2, 6 non … operam nostram umquam a populari coetu -vimus. VVLG. prov. 4, 24 -e a te os pravum et detrahentia labia sint procul a te.



(III) *mediopass.*: AMM. 19, 8, 2 *neuter exercitus* a studio propugnandi -batur. ACT. Petr. 8 nos *non* -ti fuissemus a sancta fide dei. *actionem interruptam indicat inf.*: NOVELL. Iust. 82, 8 si quis … iudicum -atur iudicare (*gr.* παύσαιτο [-οιτο *codd.*] τοῦ δικάζειν).

**b** *pro obi. sunt res* (*nonnulla vergunt ad 1, sc. ubi id, quod pro obi. ponitur, exstare desinit*): **α** *quae -entur de animantibus*: (I) *-et aliquis aliquid de se ipso*: CIC. Verr. II 3, 136 illam suspicionem … ab sese -ere (HIST. AVG. Opil. 7, 5). ad Q. fr. 3, 5, 1 *me* oratorum sermonem in illis nostris libris (*de orat.*) … belle a me -visse, ad eos tamen rettulisse, quos *eqs.* OV. met. 12, 626 *Agamemnon* a se … onus invidiamque -vit (AVG. nat. et grat. 53, 62). LIV. 28, 44, 1 ab se -to periculo. 39, 34, 6 ab se culpam. SEN. epist. 117, 21 (*antea*: procul a me repellam) quomodo istas calamitates -am, quae ad me inruperunt *eqs.* *al.*

(II) *-et aliquis aliquid de aliis animantibus*: Ⓐ *-ent homines*: CIC. ad Q. fr. 2, 2, 3 (*antea*: obtinere causam Lentulus videbatur) res a Lentulo -ta videtur esse cum magno meo dolore. COD. Theod. 11, 16, 23 ab inlustribus personis sordida munera. AVELL. 84, 28 (= COD. Iust. 1, 1, 8, 35; *papa ad Iustinianum Aug.*) ut … *monachis* in nostra communione receptis (-pti *var. l.*) indignationis vestrae -atis (mov- *var. l.*) aculeos. *al.* *cogitatione*: TERT. adv. Marc. 1, 25, 3 Marcion -vit ab illo *deo* severitates *eqs.* ARNOB. nat. 2, 52 cum *Plato* hominis fictionem deo -vit a maximo et ad minores … transtulit. AVG. civ. 13, 19 p. 582, 27 Porphyrium … ab animis humanis -visse corpora bestiarum. Ⓑ *-ent dei* (*imperat. praeter l. 27. 29; in* VET. LAT. *resp. gr.* ἀφιστάναι, *cod. 300. al. et Vulg.* amovere, *nisi aliud indicavimus*): OV. epist. 13, 49 di, precor, a nobis omen -ete sinistrum (SACR. Leon. 1102 omnes … a n. -e pravitates et … depelle nequitias). SEN. dial. 1, 6, 1 *deus* omnia mala ab illis *bonis viris* -vit. VET. LAT. psalm. 38, 11 (cod. 136) -e a me flagella mea (65, 20 [*ibid.*] non -vit … misericordiam suam a me. 118, 22 [*ibid.*] spretionem [*gr.* περίελε, *cod. 300. al. et Vulg.* aufer]. 118, 29 [*ibid.*] viam iniquam).

**β** *quae -entur de rebus*: CIC. inv. 2, 93 (*antea*: demovebat) ab eius officio ac potestate, qui accusatur, … factum -endo (QVINT. inst. 6, 5, 10 *Cicero* f. … a voluntate Milonis -vit [*vergit ad p. 1071, 10*]). de orat. 2, 309 *argumenta quaedam* secerni arbitror oportere atque ex oratione -eri (*cf. p. 1067, 37 sqq.*). orat. 183 a modis quibusdam cantu -to soluta esse videtur oratio (*postea*: quos *poetas* cum cantu spoliaveris). leg. 2, 62 sumptus et luctum -ere a deorum Manium iure. off. 3, 37 ex omni deliberatione … occultandi spes opinioque -enda est. *al.* RVT. LVP. 1, 20 maior vis legis nostrum auxilium ab illius *amici* periculo -vit. SEN. Ag. 663 (*Cassandra Troadibus*) vestra … lugete … funera …; cladibus questūs meis -ete. QVINT. inst. 9, 4, 123 'o callidos homines' *membrum orationis* perfectum est, sed -tum a ceteris vim non habet. *al.* PLIN. paneg. 54, 2 tu procul a tui cultu ludicras artes -visti. S.C. de sumpt. lud. glad. (CIL II 6278) 6 *imperatores* fiscum -verunt a tota harena (*i. vectigal gladiatorium sustulerunt*). AVG. civ. 13, 18 p. 580, 31 (*respic. Plato Tim. 45[B]*) si dii minores … potuerunt … ab igne -ere urendi qualitatem, lucendi relinquere *eqs.* *al.*

**3** *non considerando, non respiciendo sim.*: **a** *p. p. p. in abl. absol.*: *-tis rebus*: RHET. Her. 4, 2, 4 quodsi illorum *Graecorum* auctoritate -ta res omnes volent cum re conparare, intellegent *eqs.* (*cf. l. 64*). CIC. Planc. 39 -ta ratione illa, quam in decernendo secuti sumus (MANIL. 2, 785). de orat. 1, 35 -to foro, contione, iudiciis, senatu. *al.* LIV. 38, 47, 10 -ta universae gentis infamia atque invidia. SEN. benef. 4, 11, 5 ubi -tis utilitatibus *dandi* solum ante oculos honestum stetit (PANEG. 3, 2, 1 -tis u. tuis). epist. 95, 54 aestimemus singulā fama -ta. *al.* LVCAN. 9, 594 si successu nuda -to inspicitur virtus. *al.* *-tis hominibus*: CIC. S. Rosc. 130 ego haec a Chrysogono …, -to Sex. Roscio, quaero *eqs.* Caecin. 104 Cael. 32. LVCAN. 7, 585 *Caesaris milites* caedunt … summos … hominum te, Magne, -to. 7, 664 (*loq. Pompeius*) exiguae clades sumus orbe -to? **b** *cetera exempla (saepius imperat. vel coni. iuss.)*: *-entur homines*: CIC. Verr. II 3, 34 -ete Siculum magistratum. Sest. 106 si operas conductorum -veris. Lael. 32 hos *philosophos* … ab hoc sermone -amus. HIL. coll. antiar. p. 81, 5 tot sanctos … -ere (*gr. p. 81, 15* ὑπεριδεῖν [παριδεῖν *var. l.*], *altera vers. Cassiod. hist. 5, 21, 4* despicere). *-entur res*: CIC. Cluent. 124 hoc quaeramus verum sit an falsum: -antur auctoritates censoriae, tollatur id ex causa, quod in causa non est. Mur. 67 tolle mihi e causa nomen Catonis, -e ⌊vim⌋, praetermitte auctoritatem *eqs.* (⌊ ⌋ *coni. Clark,* in *et* ac *singuli codd., om. cett.*). *al.* DICTVM Cic. Suet. Iul. 49, 3 (*ad Caesarem*) -e … istaec, *quae dixisti,* … quando notum est, … quid illi *regi* tute dederis (*de re v. p. 740, 35 sqq.*). SEN. epist. 26, 6 -e existimationem hominum …, -e studia tota vita tractata. 89, 11 sq. Epicurei … rationalem *philosophiae partem* -verunt …; (12) Cyrenaici naturalia … sustulerunt …, sed …, quae -ent, alter inducunt. QVINT. decl. 301, 14 hinc … -e, quod tu fecisti (*i. raptum puellae*). PANEG. 11, 8, 4 -amus istinc fabulas imperitorum. AVG. serm. 47, 17 l. 500 prorsus omnia -o, quae in vos dici possunt; omitto ebriositates vestras *eqs.* *al.*

*[Fischer]*

**B** *usu technico*: **1** *in arte rhetorica respicitur: remotio criminis* (*v. p. 1061, 45sqq.*): RHET. Her. 2, 17, 26 cum ab nobis crimen -ere volemus, aut in rem aut in hominem nostri peccati causam conferemus **(**CIC. inv. 1, 15 *p. 1061, 55* [*inde* MART. CAP. 5, 456]. BOETH. diff. top. 4, 7, 25 p. 1210[A]**)**. CIC. inv. 2, 86 *p. 1061, 57.* QVINT. inst. 9, 2, 4 -ere a se, in alium traicere (*absol. ut*: MAR. VICTORIN. in Cic. inv. 2, 143. FORTVN. rhet. 1, 16 aut in personam -emus aut in rem. *et bis ibid.*). SCHOL. Cic. Bob. p. 159, 30 quidquid esset reprehensionis, ⟨κατὰ μετάστασιν⟩ -etur in ... Caesarem (*suppl. Brakman*). *al.* *purgatio* (*v. vol. X 2, 2677, 51sqq.; huc vergit p. 1070, 33*): CIC. inv. 1, 15 purgatio est, cum factum conceditur, culpa -etur. **2** *in arte arithmetica respicitur deductio*: VARRO rust. 1, 18, 5 non video ... de XIII mancipiis ... si vilicum et vilicam -vero, quem ad modum ex undecim sextam partem demam. HOR. ars 327 si de quincunce -ta est uncia, quid superat? AVSON. 14, 24 (368 S.), 20 dextans *non* retinet nomen sextante -to. AVG. civ. 15, 20 p. 103, 25.

*appendix syntactica et stilistica*: **1** *de usu act. et pass.: act. absolute e. g. l. 6sq. p. 1063, 63. 1068, 15. 45. 1069, 7, mediopass. p. 1065, 69 sqq. 75sqq. 1070, 1sqq.; pro obi. ponitur pron. refl. e. g. p. 1065, 53sqq. 1069, 52sqq.*

**2** *accedunt additamenta indicantia*: **a** *unde: praepos.* ab *saepissime (c. pron. refl. e. g. p. 1064, 1. 1065, 13. 45. 1068, 44. 1069, 74. 1070, 8sqq.), rarius* de (*e. g. l. 12. p. 1069, 2*; de medio *p. 1063, 66. 1066, 33. 1067, 40*), ex (*e. g. p. 1064, 17. 64. 1070, 37*); *abl. nudus e. g. p. 1064, 16. 1068, 63sq. 1069, 59. 1070, 40; adv. e. g. p. 1066, 17. 1069, 65. 1070, 72sq.; cf. dat. commodi p. 1067, 36, inf. indicans actionem impeditam vel finitam p. 1068, 39. 1070, 4.* **b** *quo intervallo: adv. e. g.* longe *p. 1065, 23. 33. 1068, 35. al.,* paulum *p. 1063, 69. 1064, 8. 1065, 24,* procul *p. 1063, 64. 1069, 58. al.; acc. tot* milia *p. 1064, 4; abl. tot* pedibus *p. 1065, 71.* **c** *quo: praepos.* ad *p. 1064, 3. 1066, 11,* in *c. acc. p. 1064, 5. 67. 1065, 58sq. 1066, 2. 1067, 27,* sub *c. acc. p. 1064, 66,* ultra *p. 1065, 32; abl.* fine *pro praepos.* APVL. met. 2, 16, 4.

**3** *fere pro syn. accedunt e. g.* abolere *p. 1066, 41,* auferre *p. 1063, 63. 1067, 48. al.,* depellere *p. 1065, 17. 1070, 27* (*cf.* repellere *p. 1066, 22. 1070, 12*), dimittere *p. 1064, 69. 1067, 30* (*cf.* omittere *p. 1070, 75,* praetermittere *p. 1070, 66*), dimovere HIST. AVG. Heliog. 15, 2 (*cf.* summovere *ibid. et p. 1066, 16*), excludere *p. 1065, 48. 1069, 15,* tollere *p. 1063, 62. 1067, 25. 55. 1070, 65. al.*

**4** *opp. maxime verba c. praeverbio* ad- *composita, e. g.* addere *p. 1066, 65 et* AVG. civ. 15, 20 p. 103, 25, admittere *p. 1064, 73. 1069, 15,* admovere *p. 1063, 65. 1064, 50, ceterum e. g.* imponere *p. 1064, 10. 1065, 66. al.; passivo* -eri *opp.* accedere *p. 1066, 11. 1067, 11.*

*p. p. p.* ˣ**remōtus,** -a, -um *pro adi. vel subst.* (*v. p. 1072, 38. 1073, 3sqq. 11. 20 et sub IIIB*). *de scriptura* remmo- *vel mensura* rēmo- *v. p. 1073, 70.* NOT. Tir. 82, 90 -us. GLOSS. -um: absconsum. latens. -ius: longius (*etiam adv. compar.*). -iora: secretiora. *legitur inde a* GRACCHO, RHET. Her., CIC., VARRONE, LVCR. *per totam latinitatem* (*compar.* -ior *in prosa orat. inde a* CIC., SEN. *philos.*, PLIN. nat. *et rarius in versibus inde ab* OV., *superl.* -issimus *solum in prosa orat. inde a* CIC. [*16ies*], VELL., COLVM.).

*significatur id, quod (is, qui) alicunde distat, separatur, differt* (*magno fere intervallo; de divisis, seiunctis sim e. g. p. 1072, 36. 40sq. 47. 1074, 4. 38*). *iuxta ponuntur voces notionis similis e. g.* abditus *p. 1073, 2. 1074, 53,* distans PRVD. ham. 894 (*cf. l. 55*), secretus *p. 1074, 17 et e. g.* RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 224, 19 SVLP. SEV. Mart. 10, 4, semotus LVCR. 4, 813, sepositus *p. 1073, 39; opp. vel disting. e. g.* propinquus *p. 1074, 14* (*cf.* in propinquo *p. 1074, 24*), vicinus *p. 1074, 6* (*etiam* distans) *et* VEG. mil. 1, 2, 4.

**I** *respicitur differentia, dissimilitudo, condicio aliena, non propinqua sim.*: **A** *indicatur, unde* (*saepius* ab omni *re, e. g. p. 1072, 8. 10. 33*): **1** *-i sunt homines vel dei eorumve animi, aetas, natura, vita, qualitates sim.*: **a** *a rebus, sc.*: **α** *a consuetudinibus, ab actionibus sim. (sc. fere quas ipsi non agunt, quibus non student; quibus non afficiuntur l. 63*): GRACCH. or. frg. Gell. 11, 10, 5 cum putatis eos ab his rebus, *sc. a pecunia petenda,* -os esse. CIC. Verr. II 2, 160 homines ..., qui maxime ab iniuriis nostrorum magistratuum -i consuerant esse. 3, 75 *civitas* summorum aratorum, -issimorum a foro, iudiciis, controversiis (*cf.* de orat. 2, 55 a causis forensibus. QVINT. decl. 298, 1 *ego* non a forensi contentione solum, sed ab universa civitatis conversatione longe -us). 5, 70 homines ... a navigando rebusque maritumis -issimos. Cluent. 42 nihil tam -um ab accusatione quam Cluentius et natura et voluntate *eqs.* de orat. 1, 69 hominem ⌞ab agro⌟ -issimum Nicandrum (⌞ ⌟ *i. a rebus rusticis; vix ad IIIA1b*). *al.* SEN. dial. 4, 27, 1 *natura deorum* tam longe -a ab aliena iniuria quam a sua. COLVM. 12, 1, 3 an *vilica* a vino, ab escis ..., a ⌞viris⌟ -issima sit (⌞ ⌟ *ad b*). *al.*

**β** *a qualitate, condicione sim., cuius expertes sunt (saepe secundum naturam, indolem), sc.*: ⓘ *a virtutibus sim.*: RHET. Her. 4, 20, 28 a sapientia est animus -us (LACT. inst. 5, 3, 17 longe). CIC. Font. 21 *testibus* ab religione -is. leg. agr. 2, 31 tu a Ti. Gracchi aequitate ac pudore longissime -us *es.* QVINT. inst. 2, 17, 3 quis est adeo non ab eruditione modo, sed a sensu -us hominis, ut *eqs.* *al.* ⓘⓘ *a vitiis, malis moribus sim.* (*exempla post* CIC. *selecta; sexies per anaphoram* POMER. 2, 21, 2 p. 467[B]): CIC. inv. 2, 36 cum animus ... fuerit ... a vitiis -issimus (HOR. ars 384). 2, 37 ut animus ... ab tali culpa -us esse videatur (Mur. 73). Verr. II 1, 106 tam -us ... a cupiditate (2, 91 -issimus. fam. 13, 10, 3 PLIN. epist. 8, 6, 8). 4, 40 hominem ... ab omni non modo facinoris, verum etiam minimi errati suspicione -issimum (POLLIO Cic. fam. 10, 33, 3 longe -us ab omni s. futuri civilis tumultus. VAL. MAX. 8, 1 damn. 1 ab hac s. *corruptionis* procul -us). *al.* BALB. Cic. Att. 9, 7[b], 1 ab omni crudelitate. VAL. MAX. 1, 6, 12 *Pompei* pectus alioquin procul amentiā -um. TERT. nat. 1, 16, 8 ab humana condicione (*sc. corrupta*). *al.* ⓘⓘⓘ *a variis*: CIC. dom. 46 quorum vita -a ab honore populari ... est. fam. 15, 4, 13 -us et natura et ... doctrina ab inani laude ... vulgi. QVINT. inst. 10, 1, 57 tam procul ab eorum *poetarum* cognitione -us. TAC. dial. 13, 5 me ... -um a sollicitudinibus et curis *eqs.* APVL. Socr. 3 p. 123 quos deos Plato existimat naturas incorporalis ... ⟨a⟩ corporis contagione suapte natura -as. LACT. inst. 2, 4, 36 ab omni periculo ac metu (COD. Theod. 3, 17, 3 pr.). 3, 28, 16 *philosophi* adeo -issimi fuerunt ab ipsa veritate, ut *eqs.* *al.*

**b** *ab hominibus vel a deo* (*adde p. 1071, 71*): LVCR. 5, 839 androgynem ... ⌞utrimque⌟ -um, *sc. et a maribus et a feminis* (⌞ ⌟ *Lachmann,* (ut) utrumque *codd.*). HOR. sat. 1, 6, 18 nos ... a volgo longe longeque -os. PLIN. nat. 22, 136 *Hippocrates* tantum -us ab istis *medicis,* qui medicinam fame exercent. CLAVD. DON. Aen. 4, 625 p. 410, 24 Hannibal *fuit* Poenus a genere Didonis longe -issimus. AVG. c. Iulian. op. imperf. 6, 5, 5 ubi Manicheo conaris esse -ior, ibi efficeris eius adiutor. serm. 7, 7 qui ... *deum* digne intellexerit ..., longe se infra videt, longe -issimum, longe dissimillimum. *al.*

**2** *-ae sunt res variae*: **a** *a quibuslibet rebus*: RHET. Her. 1, 8, 12 (*sim.* CIC. inv. 1, 27) genus *narrationis* ..., quod a causa civili -um est (CIC. inv. 1, 97 orationem a c. ... -am. Caecin. 11 ac. 2, 43). 4, 12, 17 sermonem purum ... ab omni vitio -um. CIC. inv. 2, 164 quod ut demonstretur, ... a brevitate praecipiendi -um est. de orat. 1, 49 si Plato de rebus ab (ac *var. l.*) civilibus controversiis -issimis divinitus est locutus. off. 1, 63 scientia, quae est -a ab iustitia **(**[*vertitur Plato Menex. 246E* ἐπιστήμη χωριζομένη δικαιοσύνης]. LACT. inst. 6, 12, 20**)**. *al.* VARRO frg. Non. p. 363, 14 -issimum a discendo formido ac nimius timor *eqs.* ling. 9, 94 aliud si quid assumptum erit extrinsecus ..., non ... erit -um ab natura. LVCR. 2, 839 *constare* sine odore ullo quaedam sonituque -a. 5, 125 quid sit vitali motu sensuque -um. 6, 853 quod nimis a verast longe ratione -um (QVINT. inst. 9, 1, 4 *v. vol. VI 1, 732, 5*). NEP. praef. 5 *instituta Graecorum* apud nos ... humilia atque ab honestate -a ponuntur. OV. epist. 21, 164 *Hymenaeus* lacrimas ... cernit et a cultu multa -a suo. PAVL. FEST. p. 29 est ... atrum nigrum, id est a candore -um. VAL. MAX. 7, 4 praef. pars calliditatis ... ab omni reprehensione procul -a. SEN. epist. 58, 26 *v. p. 658, 26.* QVINT. inst. 2, 20, 7 quae *artes* a virtute sunt -ae. *al.* APVL. apol. 84, 3 a quo *fato* multum magia -a est vel potius omnino sublata. *al.*

**b** *a consuetudine loquendi* (*cf. B1c*): RHET. Her. 4, 7, 10 nomina rerum graeca, quae convertimus, ea -a sunt a consuetudine. CIC. de orat. 2, 306 si quid posueris ... genere ipso -um ab usu iudiciorum ac foro **(**QVINT. inst. 4, 2, 36 verbis ... non ... exquisitis et ab u. -is. *al.* AVG. civ. 2, 21 p. 83, 13 si ... hoc nomen ... ab u. nostrae locutionis est forte -ius [*opp.* vulgatum]**)**.

**c** *ab animantibus vel a facultate, qualitate sim. eorum; -um est*: **α** *quod ab alicuius natura, indole sim. alienum est*: CIC. inv. 1, 103 id a feris ... hominibus et a barbaris gentibus et inmanibus bestiis esse -um. ad Q. fr. 1, 2, 10 *haec* sunt ... a prudentia tua -issima. *al.* HIRT. Gall. 8, 8, 1 ea ... consilia ... longe ... a temeritate barbarorum -a esse. SEN. benef. 4, 3, 3 quod, *i. beneficium spe recipiendi dare,* cum longe a dis -um sit *eqs.* *al.* **β** *quod effugit scientiam, notitiam, perceptionem hominum (sive omnium, sive vulgi sim.) vel dei*: CIC. inv. 2, 67 naturae ... iura ... a vulgari intellegentia -iora sunt. de orat. 2, 357 res caecas et ⌞ab aspectus iudicio⌟ -as (⌞ ⌟ *v. app. crit.; cf.* LACT. opif. 10, 26 ab aspectu. TERT. paenit. 3, 10 a conspectu *dei*). LVCR. 5, 148 tenuis ... natura deum longeque -a sensibus ab nostris (AVG. civ. 11, 3 p. 464, 3. *al.*). PAVL. FEST. p. 16 *genus sacrificii* adeo -um a notitia vulgari, ut *eqs.* GELL. 4, 6, 9 a volgo -um (*opp. antea*: notum). APVL. mund. praef. p. 285 -arum ab oculis rerum investigationem (AVG. gen. ad litt. 1, 18 p. 27, 12 in rebus ... a nostris o. -issimis). *al.*

**B** *non indicatur, unde*: **1** *usu communi; -a sunt*: **a** *argumenta ad rem parum attinentia*: CIC. inv. 1, 89 in ipso *argumento* vitium erit, si ... falsum erit, si commune ..., si -um *eqs.* (*explicatur* 1, 91 -um est, quod ultra quam satis est, petitur). SEN. epist. 121, 5 permitte mihi ea, quae paulo -iora videntur, excutere. **b** *intellectu difficilia, arcana*

[Fischer]

*sim.*: Ov. fast. 3, 337 *Iuppiter* verum ambage -a abdidit. Sen. dial. 8, 5, 2 *quidam peregrinantur* una mercede … cognoscendi aliquid abditum -umque. Gell. praef. 13 erunt … in his commentariis … paucula -iora (*item pro subst. neutr.*: 6, 17, 4 -iora gravioraque … discere. Arnob. nat. 2, 61 tam -a … curare. Clavd. Mam. anim. 2, 7 p. 125, 3). 8, 10 tit. -arum quaestionum … nebulas. *al.* **c** *verba minus usitata* (*cf. A2b*): Qvint. inst. 8 prooem. 31 *quidam* quaerunt aliquid, quod sit magis antiquum, -um, inopinatum. 10, 1, 31 verbis -ioribus **(**Fronto p. 35, 21 Gell. 16, 9, 2. 18, 4, 6 priscorum … et -orum … v. medullas [*opp.* proculcata vulgo et protrita]. Ter. Mavr. 296 v. si non appetita *sunt* nec -a plurimis, sed fere communis usūs**)**. Fronto p. 57, 27 (*subst. neutr.*) multo satius est volgaribus et usitatis quam -is et requis⟨i⟩tis uti. *al.* **d** *varia*: Plin. paneg. 39, 5 -ioris … iamque deficientis adfinitatis gradus … vicesimam … inferre *non* cogentur. Avson. 11, 5 (195 S.), 25 spem -am (*i. quae impleri vix potest*).

**2** *technice*: **a** *in arte rhet. dicitur de argumentorum loco, qui paratur sine arte, ἀτέχνως*: Cic. part. 6 quae *genera locorum* sine arte putantur, ea -a appello, ut testimonia (*opp.* insita). **b** *in philosophia Stoicorum, sc. vertitur ἀποπροηγμένα*: Cic. fin. 3, 52 -a (*neutr. plur. pro subst., syn.* reiecta; *v. vol. X 2, 778, 25 sqq.*).

**II** *respicitur distantia temporis sive praeteriti sive futuri*: a memoria: Rhet. Her. 1, 8, 13 (*item fere* Cic. inv. 1, 27) historia est gesta res, sed ab aetatis nostrae m. -a (Avg. civ. 18, 40 p. 316, 24 de rebus gestis ab a. n. m. -issimis). Cic. inv. 1, 1 res ab nostra m. propter vetustatem -as. 1, 39. *cetera exempla*: Tac. dial. 8, 1 libentius … novis et recentibus quam -is et oblitteratis exemplis utor. Arnob. nat. 4, 32 homines … vetustatis -issimae vestigatores. Avg. civ. 13, 10 p. 567, 18 alter, *cui vita brevior,* habuit propius, alter, *cui longior,* -ius, quo … ambo currebant, *sc. ad mortem.* conf. 12, 28, 38 gradatim -iore distantia per tempora et ˻locos˼ (*ad III*).

**III** *respicitur longinquitas loci, sc. -a sunt, quae intervallo spatii segregata, separata sunt* (*in imag. p. 1074, 15. 25*): **A** *adi.*: **1** *indicatur (e contextu intellegitur l. 46. 49), unde*: **a** *-ae sunt res*: **α** *ab hominibus eorumve conspectu*: Cic. Verr. II 3, 85 *Liparensium* civitas, tam procul a manibus tuis atque a conspectu -a, seiuncta a Sicilia *eqs.* (Hyg. astr. 1, 5 Avg. civ. 22, 24 p. 614, 15). 5, 80 amoeno … et ab arbitris -o loco (Avg. civ. 14, 18 p. 41, 20 cubile). Caes. Gall. 1, 31, 14 sedes -as a Germanis. Bell. Afr. 68, 1 (*v. p. 744, 13*). *al.* Sab. frg. Gell. 4, 9, 8 (*v. p. 924, 6*) -um ac sepositum a nobis (Lact. opif. 1, 15. *al.*). *al.* **β** *a rebus locisve: -a sunt varia*: Cic. part. 36 *loci* maritimi an -i a mari **(**Liv. perioch. 49, 9 *locum* a m. x passuum ne minus -um. Vell. 2, 32, 5 in urbibus -oque m. loco [⟨a⟩ m. *Gelenius*]. Plin. nat. 3, 20 Valentia colonia iii p(assuum) a m. -a. *al.***)**. Att. 8, 3, 4 pars Italiae … ab impetu huius belli *civilis* -issima. Bell. Alex. 36, 3 montibus … satis magno intervallo ab oppido -is (Hisp. 8, 3). Hisp. 9, 1 a castris Caesaris. Sall. hist. frg. 2, 107 ad paludem haud procul -am. Ov. trist. 1, 1, 128 nobis habitabitur orbis ultimus, a terrā terrā -ă meā (Avg. civ. 16, 7 tit. p. 134, 8 -issimae a terris insulae. *cf. l. 53*). Plin. nat. 3, 10 xiiii p(assuum) -um, *sc. a flumine,* … Obulco *oppidum.* *al.* *-a sunt sidera eorumve itinera*: Sen. nat. 7, 24, 1 in proprium iter *cometarum* et ab istis *planetis* -um. Plin. nat. 2, 39 *Mercurius* numquam ab eo *sole* xxii partibus -ior. Avson. 20, 2 (332 S.), 24 (*de Saturno*) procul a *Marte* … -us. Avg. civ. 7, 15 p. 293, 10 *stella Iovis* est … a terris longe -ior *quam Veneris.* *-ae sunt partes corporis*: Cael. Avr. chron. 1, 5, 168 *partes* longe -ae a patientibus partibus (*postea p. 1074, 57*). 2, 9, 118 quod *altiora* … celata sint visu et a vicino medicaminum tactu -a. *al. apud eundem.*

**b** *-i sunt animantes* (*homines praeter l. 62; vix addas p. 1071, 69*): Cic. Lael. 104 *nos* -i ab oculis populi. Nep. Dion 9, 1 cum a conventu se -um Dion domi teneret. Ov. met. 11, 764 -us ab aula secretos montes … colebat. Pont. 2, 2, 123 patria toto sumus orbe -i (Sen. Phoen. 511 [*nisi ad p. 1065, 12 sqq.*]). *al.* Val. Max. 9, 1, 1 a lacu. Octavia 382 procul ab invidiae malis -us inter Corsici rupes maris. Plin. nat. 11, 82 *araneus* -us a medio *rete.* Val. Fl. 2, 279 procul urbe -um. 4, 745 nos … tanto procul orbe -i. Ps. Sil. 8, 207 virum coetu … ab omni. Ps. Qvint. decl. 13, 2 a tumultu civitatis. Ivv. 12, 58 *in nave* digitis a morte -us quattuor aut septem *ligni.* *al.*

**2** *non indicatur, unde*: **a** *-ae sunt res*: **α** *variae*: Lvcr. 4, 253 quanto plus aëris ante agitatur …, tam procul esse magis res quaeque -a videtur (revota *codd. O, Q*). 4, 270 *imago* penitus -a videtur (*sc. ultra speculum*; remmota *cod. Q,* rēmota *O,* semota *Marullus et pars edd.*). *al.* Sen. Herc. O. 532 (*verba Nessi virus Deianirae dantis*) hoc nulla lux conspiciat, hoc tenebrae tegant tantum -ae. Med. 330 (*in imag.*) candida nostri saecula patres videre procul fraude -a. Thy. 114 longe -os … sonos *fluctuum recedentium.* nat. 2, 32, 5 quaedam, *sc. animalia,* … ne redigi quidem *in artem auguralem* possunt ob nimium -am conversationem.



Lvcan. 10, 229 *hieme* longe sole -o **(**Ambr. hex. 4, 6, 25 p. 133, 1 sol … nulli praesentior, nulli -ior est [*cf. Eustath. Basil. hex. 6, 9, 6* longius, *gr.* πορρωτέρω]**)**. Plin. nat. 18, 265 *folia* silvestrium arborum -arumque. Ivv. 8, 178 *in popina* lectus non alius cuiquam nec mensa -ior ulli. Gell. 6, 11, 3 in libris nimium -is. Ivst. 12, 5, 6 propter militiam -iorem. Vindic. med. 19 ignis vicina corpora exurit, distantia calefacit, -a illuminat, longius autem constituta *eqs.* Cassiod. hist. 9, 37, 10 *Sabbatius presbyter* -as collectas faciebat (*gr. Socrat. 5, 21, 19 παρασυνῆξεν καθ' ἑαυτόν*). **β** *loca aditu difficilia, secreta sim.* (*exempla selecta post* Sen. *philos.; hucine* Catvll. *p. 1065, 70?*): Lvcr. 2, 534 terris … -is (Sen. nat. 5, 18, 12 nulla t. tam longe -a est, quae non *eqs.* Lvcan. 5, 774. *al.*). Cic. fam. 7, 20, 2 -o salubri amoeno loco **(**Pvblil. sent. L 15. Caes. Gall. 7, 1, 4 silvestribus ac -is l. Ov. ars 2, 487 Sen. Med. 251. *al.* Qvint. inst. 5, 10, 37 [*opp.* propincus]. *et saepe***)**. Bell. Alex. 35, 2 Cappadociam longius -am. Hor. sat. 2, 4, 94 (*in imag.*) fontis … adire -os atque haurire … vitae praecepta beatae. carm. 2, 2, 10 -is Gadibus. *al.* Ov. met. 6, 638 domūs … partem … -am (Stat. Theb. 9, 821 caeli … in p. -a. *al.*). fast. 6, 121 (*116* secreta magis … in antra) -ius antrum. Epiced. Drusi 387 orbe -o **(**Lvcan. 2, 734. Tert. apol. 37, 6 rec. vulg. [*cf. l. 21*] in aliquem o. -i sinum. Clavd. carm. min. 30, 84. *cf.* orbis angulus: Vell. 2, 102, 3 ultimo ac -issimo [*superl. etiam* Tert. apol. 37, 6 rec. *φ*]**)**. Sen. contr. exc. 8, 6, 2 -i angulo ruris. Sen. nat. 4, 2, 27 ad illos -os seductosque *specus puteosque.* Colvm. 3, 13, 1 in longinquis et -is fere regionibus (Frontin. strat. 2, 5, 31 -ior [*antea*: in propinquo, … longius sita]). Clavd. 3, 240 penitus regione -as … ire vias. Avg. conf. 10, 11, 18 (*in imag.*) *quae non recoluntur* quasi in -iora penetralia dilabuntur. *et saepe.*

**b** *-i sunt animantes* (*-a est* vita *eorum l. 39 sq.*): **α** *homines vel animalia* (*exempla selecta inde ab* Ov.): Varro frg. Aug. civ. 7, 24 p. 304, 24 nullum genus esse terrae tam -um ac vehementer ferum, quod non subigi colique conveniat. Sall. epist. Mithr. 13 (*ad regem Parthorum*) te -o procul … rursus tamen bellum coepi. Hor. carm. 4, 14, 47 -is … Britannis. Ov. epist. 18, 175 (*Leander Heroni*) *ego* toto procul orbe -us (*cf.* Pont. 2, 11, 3 quamquam longe toto sumus orbe -i). trist. 3, $4^{b}$, 27 quamvis longa (-ge *var. l.*) regione -us absim. Pont. 3, 1, 21 nisi silvis siqua *avis* -a (-is *var. l.*) aequoreas … potat aquas. Plin. nat. 5, 120 Ephesum … -iores conveniunt Caesarienses *eqs.* Stat. Theb. 5, 474 -is gentibus (Mart. 10, 96, 1. Lact. inst. 3, 3, 5 cuiuspiam -issimae g. urbem). Clavd. 18, 444 tantum fluvio Porsenna -us. Hesych. in lev. 19, 5 p. $1022^{A}$ (*sec. I Tim. 2, 2*) -am et quietam vitam (Greg. M. dial. 4, 32, 1. in Ezech. 1, 9, 22 secretum v. -ioris eligere). *al.* **β** *dei, manes*: Ov. met. 15, 62 caeli regione -os … deos **(**[*v. p. 755, 52*]. Ps. Prosp. carm. de prov. 368 -um resque hominum dedignantem … deum. 383**)**. Sen. Herc. f. 835 ad manes … -os.

**B** *pro subst.* (*significantur longe distantia*): **1** *neutr. (pendet gen. l. 50. 53. 56): in locut. c. praepos.*: Sen. benef. 7, 1, 5 ex -o spectantibus. nat. 3, 26, 1 quia maiores in -o imbres sint **(***item c. abl.*: Frontin. strat. 2, 5, 31 [*antea disting.* in prima parte *copiarum* … paulo interius] in -issimo [in(de) -issimos *var. ll.*]. Heges. 4, 16, 2 p. 267, 11 in -ioribus aegrescit et fructus arborum [*cf. gr. 4, 458 τοὺς πόρρω κεχωρισμένους, sc. φοινικῶνας*]. *al.; c. acc.*: Tac. Agr. 19, 4 in -a et avia. Paneg. 2, 23, 1 in -a terrarum. Evcher. laud. her. 36**)**. Amm. 21, 4, 8 ad -iora (*item plur. compar.*: Svlp. Sev. chron. 1, 43, 9 Mart. 5, 4. Evcher. laud. her. 25 excelsi montis. *posit.*: Amm. 26, 6, 4 ad abdita longiusque -a. 28, 6, 28 ad longe -a … et abdita). *cetera exempla*: Sen. benef. 7, 3, 3 -a et solitudinibus interclusa. Vindic. med. 1 seminalium vasculorum interiora atque secretius -a **(***item de partibus corporis*: Cael. Avr. chron. 1, 5, 168 [*si huc pertinet*] quoties longe -a praemoventur [*ita ed. 1529*; -ae *sc. partes, ut antea p. 1073, 54, edd. quidam et nos vol. X 2, 726, 51*]**)**. **2** *masc. vel fem.*: Porph. Hor. ars 361 *in poesi ut in pictura* quae lucida[e] erunt, prop[i]e cognoscentur, quae vero obscura, longius -is (*cf. Hor. ars 362* si longius abstes). Avr. Vict. Caes. 39, 45 -issimo cuique. Clavd. 22, 46 longe … -is. Vitae patr. Iurens. 133 dignitate *sacerdotii,* quam abrenuntiantes ac -os (*i. monachos*) minime convenit adfectare.

**IV** *in arte musica respicitur intervallum sonorum*: Boeth. mus. 3, 3 A terminus ad D terminum (quinque) -us est tonis.

*appendicula syntactica; additamenta indicant*: **1** *unde: praepos.* ab *passim,* ad *l. 65; abl. nudus e. g. p. 1072, 12. 40 sq. 1073, 42. 60. 63; adv. p. 1072, 22.* **2** *quo intervallo: adv. e. g.* longe *p. 1072, 41. 65. al.,* procul *p. 1073, 35. 68. et saepe; abl. e. g.* toto (*vel* tanto) orbe *l. 32. p. 1073, 60. 64,* fluvio *l. 38,* intervallo *p. 1073, 45; indicatur certa mensura l. 65. p. 1073, 41. 43. 48. 65* (*cf.* -ior *c. abl. compar. p. 1073, 51*). **3** *qua de causa vel quo respectu: abl. l. 24. p. 1071, 68. 1072, 15. 18.* **4** *cui iudicanti: dat. p. 1073, 11.*

*adv. compar.* **remōtius,** *superl.* remōtissimē. *de notione v. p. 1071, 45.* **[***in var. l. pro* semotius Rvfin. Basil. reg. 2, 94; *posit.* -e *in*

*[Fischer]*

*var. l.* GEST. Pilat. 2, 6 (semote, semotim *alii codd.; om. cod. C, ed. Tischendorf*).**]**

*i. q. modo magis (maxime) remoto (unde, indicat praepos.* ab *l. 6. 9. 13. 15; accedit adv.* longe *l. 17); respicitur*: **1** *longinquitas loci*: CIC. nat. deor. 1, 87 (*de planetis*) quinque stellae ... orbem tenentes, aliae propius a terris aliae -ius. AVG. conf. 8, 12, 28 secessi -ius, quam ut posset mihi onerosa esse ... praesentia *amici.* dialect. 8 p. 14, 21 qui prope adsidebant, *dictum* satis audierunt, qui -ius, parum, qui autem -issime, nulla omnino voce perstricti sunt. ALC. AVIT. epist. 74 p. 91, 6 me ... ab urbe -ius positum. SIGISM. Alc. Avit. epist. 78 p. 93, 11. PASCHAS. verba patr. 33, 1 -ius ab aliis manere. CASSIOD. hist. 7, 11, 4 -ius esse vivendum (*gr. Theodoret. 4, 10, 4 καθ' ἑαυτούς*). **2** *differentia, condicio aliena sim.*: AVG. civ. 7, 4 p. 279, 26 *Ianus* innocentius vixerit et a facinoribus flagitiisque -ius. epist. 162, 7 dicuntur ... aliqua argute cuiusdam similitudinis gratia, alia -ius, alia congruentius. mus. 6, 9, 23 -ius a corpore. trin. 12, 5, 5 ad quorum *spiritalium* similitudinem etiam ista inferioris creaturae genera quamvis longe -issime facta sunt (-issima(e) *var. ll.*).

*adv.* **remōtim.** *fere i. q. separatim, privatim*: CASSIOD. Ios. antiq. 18, 19 p. 514 *Esseni* -m sacrificia facientes (*gr. ἐφ' αὑτῶν*). MVTIAN. Chrysost. hom. 30, 3 p. 429^extr.^ qui corripit, ... hoc faciat ... -m cum lenitate multa (*gr. p. 212^med.^ κατ' ἰδίαν.* semotim *temptavit Wilhelmsson, Studien zu Mutian., 1944, 97, coll. 3, 5 p. 260^med.^ [gr. p. 34^extr.^ ἰδίᾳ]*).

*deriv.*: remotio, remotivus.

*compos.*: irremotus.

**[remps** *v.* siremps.**]** *Fischer.*

※**remūgio,** -īre. *a* re- *et* mugire. *de notione et differentia*: SERV. georg. 3, 223 reboant: resultant, -unt. CLAVD. DON. Aen. 9, 500 p. 255, 15 (*ad l. 44*) mugit unde mugitus primo proficiscitur, -it quod mugitu alieno percussum reddit auribus, quod accipit. GLOSS.^L^ V Abba RE 49 -it: clamat. *al., e. g. l. 57.* *legitur in versibus inde a* CATVLLO, *in orat. soluta l. 27sqq. et apud* PELAG., VICT. VIT.

*i. q. mugiendo resonare* **(***de mugitu bovis l. 58 [cf. l. 46. 48]; vis praeverbii saepe ad actionem respondendi, soni rursum mittendi spectare vid., sed minus perspicua est l. 40; indicatur, cui [rei] respondeatur, per praepos.* ad *l. 50. 58, dat. l. 47. 50 [sunt qui utrobique abl. instr. vel causae intellegant]. 59, ubi -atur, per abl. l. 57, adv. l. 49, quo sono, per abl. e. g. l. 46. 48 [locus -it mugitu tauri l. 48]***)**: **1** *quaelibet exempla; -unt*: **a** *res*:
**α** *variae*: CATVLL. 63, 29 simul haec ... Attis cecinit, ... tympanum -it, cava cymbala recrepant. VICT. VIT. 1, 6 nonnullos in frontibus ... nervis -entibus torquendo cruciabant (*sc. in martyrio; cf. 1, 43* tinnientibus).
**β** *ipse sonus*: VERG. georg. 3, 45 vocat ingenti clamore Cithaeron ... et vox adsensu nemorum ingeminata -it (*inde* ANTH. 8, 74). **γ** *loca, sc. fere sonum ab aliis effectum repercutientia vel resonantia* (*respondendo l. 47. 50sqq.; huc etiam spectare vid. l. 57*): VERG. Aen. 9, 504 sequitur clamor c a e l u m q u e -it **(**[*v.* CLAVD. DON. *l. 28*]. MART. CAP. 5, 425 [vers.] ignoto c. clangore -it**)**. 12, 722 *taurorum* gemitu n e m u s omne -it (HOR. carm. 3, 10, 6 audis, quo strepitu ianua, quo n. ... -at ventis? SEN. Thy. 676 latratu ... trino. STAT. Theb. 12, 602 alio si ... -it bellatore, *sc. tauro,* n.). 12, 928 consurgunt gemitu Rutuli totusque -it mons circum. HOR. epod. 10, 19 Ionius udo ... -ens sinus Noto. PELAG. epist. ad Demetr. 30 *cum* ad illam archangeli vocem ... totus simul -et mundus (*sc. in die iudicii ultimi; cf.* CARM. de resurr. 148 totus murmurat orbis, ... terra penitus universa -it). CLAVD. 20, 162 *Mars* clipeo ... intonuit, responsat Athos Haemusque -it. rapt. Pros. 1, 10 ab imis auditur strepitus terris templumque -it Cecropium.

**b** *animantes*: VERG. Aen. 6, 99 ex adyto ... Sibylla horrendas canit ambages antroque -it (*fort. huc spectat* GLOSS.^L^ I Ansil. RE 1039 pro inmugit). OV. met. 1, 657 (*pater ad Io iuvencam factam*) ad mea verba -is. STAT. Theb. 12, 274 illius *Cereris* insanis ululatibus ipse -it Enceladus. VEN. FORT. carm. 6, 5, 83 (*mater lamentata est*) tum proceres, famuli, domus, urbs, rex ipse -it.

**2** *accedit acc.* (*pro obi. rei effectae vel neutr. pro adv.*): PRVD. apoth. 386 quidquid in aere cavo reboans tuba curva -it (*cf. p. 259, 36sq.*). DRAC. Romul. 8, 355 *leonis* pectus grande -it. 8, 643 lituus nil dulce -it.

※**remulceo,** -sum, -ēre. *a* re- *et* 1. mulcere. *scribitur* -mulg- VERG. Aen. 11, 812 (*P*) *et* GLOSS.^L^ I Ansil. RE 1045. GLOSS. -ens: replacans. repropitians (-ici- *cod.*). replicans vel reducens. -eri: replicari (-plac- *Lindsay*). *sim. al.* [*e coni. dub. pro* remulcum AVIEN. Arat. 761; *falso trad.* remolens *pro* -ens *in* GLOSS. (*v. Goetz in indice s. v.* remulcens).]

*i. q. (retro vel rursus) mulcere*: **1** *corporaliter, sc. -entur partes corporis*: **a** *proprii, quae retro flectuntur, retrahuntur sim.*: VERG. Aen. 11, 812 *lupus* caudam ... -ens subiecit pavitantem utero. APVL. met. 7, 16, 4 *equus* -sis a u r i b u s ... totum me *asinum* commorsicat (CASSIOD. var. 7, 15, 3 *signa equorum* constrictis membris, a. -sis). **b** *alieni, quae retro palpantur, blande tanguntur*: APVL. met. 1, 2, 3 *equi* auris -o, frenos detraho *eqs.* flor. 15, 7 adulescens ... crinibus ⟨a⟩ fronte ... per malas -sis (*Salmasius,* revulsis *trad.*).

**2** *incorporaliter, sc. praevalente respectu*: *rursus placandi sim.*: STAT. Theb. 8, 93 (*ad Plutonem*) oro, minas stimulataque corda -e. *delectandi*: APVL. met. 5, 15, 2 quae cuncta *carmina* ... dulcissimis modulis animos audientium -bant. *Zainaldin.*

**remulco,** -āre. *ductum vid. e gr. ῥυμουλκεῖν* (*e. g. Polyb. 1, 27, 9*), *v. vol. X 2, 1902, 63sqq.; cf. autem Biville, Les emprunts du latin II, 1995, 302sqq.* *cum* mulcere *coniungere vid.* NON. *l. 11.* *forma heteroclit.* -unt *l. 12.* *de notione*: NON. p. 57, 20 (*inde* GLOSS. V 651, 23 quid sit -are) ⌊-are⌋ dictum quasi molli et leni tractu ad progressum mulcere (⌊ ⌋ *trad.,* remulco trahere *Quicherat; affertur* SISENNA). GLOSS. -ant (-unt *trad.; pendent e l. 34*): cum scapha navem ducunt. cum scapha ad navem perducunt. [*prov.* remocar, *cat.* remolcar *et inde: francog. med.* remocquer, remolquer, *hisp.* remolcar, *sard.* (ar)remurkai, *fort. port.* rebocar *et vet.* remocar. *cf. M.-L. 7201a. Wagner II 349. Wartburg X 245sq. Corominas VII 235sq. Corominas-Pascual IV 871sq. Houaiss² 2395. Schd.-Cr.*]

*technice in re nautica i. q. ῥυμουλκεῖν, i. fune religatam trahere navem*: SISENNA hist. 9 si quae *navis* celeriter solvi poterat, in altum remulca⟨t ⌊id est remulco⟩ retrahit⌋ **(***Iunius lemma* NON. *l. 11 conferens eique* ⌊ ⌋ *tribuens*; remulcare tra⟨h⟩it *codd. praeter L ante corr.* remulco retrahit, *quod Sisennae vindicant edd. quidam, sed v. Peter ad l. et Briscoe, Fragm. of the Roman Historians III, 2013, 372***)**.

*deriv.*: remulcum.

**remulcum,** -ī *n.* *a* remulcare *retrograde* (*subst. gr. non legitur*). *scribitur* -mulg- *in corp. Caes.; nom.* -um *non legitur nisi l. 28, heteroclit.* -us *l. 43.* *de notione v. l. 34. 42 et* ISID. orig. 19, 4, 8 (*inde* GLOSS.^L^ I Ansil. RE 1046) -um funis, quo deligata navis trahitur vice remi (*affertur* VALG.). [*prov.* remouc, *cat.* remolc *et inde sard.* remurku *sim.; cf. M.-L. 7202 et Faré, Postille. Wagner II 349. Wartburg X 246. Corominas VII 236. Schd.-Cr.*] [*e coni. dub.* NON. *l. 12, de* SISENNA hist. 9 *v. l. 21.*]

*i. q. actio remulcandi vel id, quo remulcatur* (*imprimis funis, sed navis l. 44 [cf. l. 36]; respicitur iter maritimum praeter l. 45. 52sq.*):
**1** *abl. modi vel instr.* -o **(***explicatur* PAVL. FEST. p. 279 -o est, cum scaphae remis navis magna trahitur [*inde l. 12sq. et perperam curtatum* GLOSS. -o: scapha]**)**: CAES. civ. 2, 23, 5 hanc *navem in litore relictam* -o abstraxit (*cf.* t r a h e r e: LIV. 25, 30, 7 navem onerariam ... -o quadriremis trahi. 32, 16, 4. 37, 24, 6 hostes claudas ... naves apertis navibus -o trahentes. *addas* retrahere NON. *l. 20*). 3, 40, 1 submersam ... navem -o multisque contendens funibus adduxit **(**abd- *Davies. cf.* BELL. Alex. 11, 6 naves onerarias ... -o ... suis navibus deducit. HYG. Char. gramm. p. 171, 8 iteris minuendi causa -o, quem graece *πά⟨κτωνα⟩* dicunt, navem traducere [*inde in additamentis fide parum dignis* GLOSS. I p. 248 -us *πάκτων* Higinus]. PAVL. NOL. epist. 49, 8 p. 397, 18 navem ad portum suum -o praeeunte duxerunt**)**. VALG. carm. frg. 4, 1 hic *in flumine quodam* mea me longo succedens prora -o ... sistit in hospitiis. *proverbialiter* (*cf. Otto, Sprichw. n. 428*): AMM. 18, 5, 6 *Antoninus transfuga* non contis nec -o, ut aiunt, id est non ... ambagibus ..., sed velificatione plena in rem publicam ferebatur. **2** *cetera exempla* (*cf. l. 44*): AVIEN. Arat. 761 *nautae* tergum ... -o ... subdunt (*Soubiran,* subeunt *codd.; cf.* AVSON. Mos. 41 cum per ripas nusquam cessante -o intendunt collo mālorum vincula nautae). AVSON. 7 (391 S.), 9 celeris ... -i culpabam properos adverso flumine cursus *in profectione filii.*

**remulg-** *v.* remulc-. **[remullius** *v.* remillus.**]**

**rēmulus,** -ī *m.* *a* remus *deminutive.* [*langob. sept.* rèmur, rémuj (*plur.*), *raet. occ.* (*Engadin*) remble. *cf. M.-L. 7202a et Faré, Postille. Schd.-Cr.*]

*i. q. remus parvus* (*sc. navis parvae, v. vol. III 771, 7sqq.; de actione remigandi lenta cogitat Hanssen, Latin diminutives, 1953, 41*): TVRPIL. com. 97 -is sensim celox ab oppido processerat.

**remundo,** -āre. *a* re- *et* mundare. [*it. vet. et sept.* rimondare, *raet. centr.* romendé, *or.* ramondá; *hisp.* remondar *'exscreare'; arag.* remoldar *'arbores putare' fort. cum* pulgar *permixtum. cf. M.-L. 7203 et Faré, Postille. Battisti-Alessio V 3255. Corominas-Pascual IV 126. Schd.-Cr.*]

*i. q. in statum mundum restituere*: CIL XI 4767 (*saec. I*) ut liceat per masculos -ari *lucus Bonae deae.* V 4016, 10 (*saec. II²/III¹*) *dedit summam parentalibus procurandis* et ut monimentum remund⟨etur⟩. COMM. apol. 1041 *novissimis temporibus* -bitur terra per ignem.

**remūnerābilis,** (-e). *a* remunerari. *i. q. ad remunerandum utilis*: IVLIAN. in psalm. 1, 5 l. 184 *resurrectio* erit ... pretiosa aliis et -is, aliis (*sc. damnandis*) gravis atque terribilis.

*compos.*: *cf.* irremunerabilis.

**remūnerāns,** -antis *v.* remunero(r). *Bk.*

※**remūnerātio,** -ōnis *f.* *a* remunerari. GLOSS. II 229, 32 *ἀντιδωρον*: -o. SYNON. Gloss. I p. 82 n. 40 -o, retributio, recompensatio.

*[Gitner]*

*legitur apud* Cic. *et inde ab* Apvl., *non nisi in orat. soluta.* **[***confunditur in codd. c.* muneratio *l. 34. 55. al.*, renumeratio *l. 37. p. 1078, 5 (cf. p. 1078, 14sqq.). al.*, retributio *p. 1078, 5 (falso trad. p. 1078, 28); in falsa var. l. pro* remunerator *p. 1078, 35; contextu manco* Inscr. Année Épigr. 2001 n. 747 (*Tarracinae; saec. II*); *loco fort. interpol. l. 66.***]**

*i. q. actio remunerandi vel id, quod remunerando praebetur* **(***iuxta ponitur vel pro syn. est* merces *e. g. l. 56. p. 1078, 9* [m. -is *l. 32,* mercedis -o *l. 53*], praemium *e. g. l. 55* [*disting. l. 40*; -o praemii *sim. l. 58. 68*], pretium *l. 24. 30,* retributio *e. g. l. 33. p. 1078, 4* [*disting. p. 1078, 28*], stipendium *p. 1078, 7sq.* [*opp. l. 56. 70*]**)**: **I** *vigente respectu praeverbii significatur id, quod reddendo praestatur sim.* (*saepe pro munere accepto, sed pro labore, debito sim. l. 66sq. p. 1078, 13sqq.*): **A** *potius compensando, rependendo* **(***saepe accedit gen. indicans, pro qua re -o detur, e. g. l. 18. 34. 37. 48. 56 [cf. praepos.* pro *l. 59. al.], qua in re constet l. 20. 25. 50. 58. al. [cf. enunt. secund. l. 31], quis -em praestet l. 21. 55. al., quis accipiat e. g. l. 23***)**: **1** *beneficia, merita* (*pro malo patiendo e. g. l. 34*): **a** *generatim*: Cic. inv. 2, 66 *appellant* gratiam, quae in memoria et -e officiorum et honoris et amicitiarum observantiam teneat. dom. 27 qui ab illo *Pompeio* in me honos ..., quae -o benivolentiae praetermissa est? (Lael. 49). off. 2, 69. Apvl. flor. 16, 32 qua -e dicendi gloriam tui facti aequiperem. Tert. anim. 33, 8 de saeculi -e gaudebit *Homerus,* pater habitus liberalium disciplinarum. CIL VIII 4724 (*saec. I/III*) *maritus* rarissimi exempli circa -em uxoris. Symm. epist. 8, 54 salutationis verba non differo pretium laturus obsequii de -e reponsi **(***item de epistulis*: 9, 25, 1 -o scriptorum tuorum. Ennod. epist. 1, 19, 1 p. 30, 25 [*ironice*]. 4, 33, 1 p. 120, 22. *cf. infra p. 1078, 16***)**. or. 2, 27 sat est ad -em beneficii, ut *eqs.* **(**Evstath. Basil. hex. 8, 5, 9 *pietas ciconiarum erga parentes* ita percrebuit, ut ... -o delati b. apud Graecos 'antipelargosis' nominetur [*gr. p. 176$^{C}$ τὴν τῶν εὐεργετημάτων ἀντίδοσιν. eadem vertit* Ambr. *l. 32*]**)**. Schol. Hor. epist. 1, 16, 47 (*ad servum* 'habes pretium') si non es furatus mea bona, -em habes, quia non restringeris loris. Ambr. hex. 5, 16, 55 (*antea*: pascere patrem *eqs.*) ut congruae mercedem -is invenerit (*sc. ciconia, cf. l. 28; postea*: retributio). Ambrosiast. in II Cor. 7, 7 *Paulus paenitentiam Corinthiorum* aestimans quasi -em tribulationum (mun- *var. l.*). Heges. 1, 41, 2 *quidam* Herodem opimis adorsus muneribus -i amplissimae locum paravit (*aliter gr. 1, 514*). Macr. somn. 1, 4, 2 nullas Nasicae statuas in publico in interfecti tyranni, *sc. Gracchi,* -em locatas (renum- *var. l.*). Romvl. stat. Aesop. 6 rec. vet. (*sim.* gall.) alicuius laboris boni bona -o (Cod. Iust. 6, 27, 5, 2$^{a}$ servilis l. *cf. l. 56*). Cassiod. var. 1, 3, 8 (*rex Cassiodoro*) patriciatus tibi apicem iusta -e conferimus, ut quod aliis est praemium, tibi sit retributio meritorum. Novell. Iust. 2 praef. 1 *vidua* a filio experta favore aestimavit oportere, ne relinqueret eum ⌊sine -e⌋; ... antenuptialem donationem ... dedit filio (⌊ ⌋ *gr. ἀγέραστον*). *al.*

**b** *speciatim respiciuntur praemia, quae tribuuntur*: **α** *fidelibus Christ., martyribus sim., sc. a deo* (*saepe de vita aeterna, aliter e. g. l. 47; cf. sub 2*): Tert. adv. Marc. 4, 36, 10 *Christus* confirmavit caeci praedicationem ... -e medicinae et testimonio fidei: '...' (*Luc. 18, 42; postea p. 1078, 55*). resurr. 15, 1 in vitae administratione, ... in ⌊vitae⌋ -e (*simul spectat ad 2*; ⌊ ⌋ *indicat, pro qua re -o detur; aliter, sc. gen. defin.*: Ambr. in psalm. 118 serm. 22, 26 v. ... aeternae. Qvodv. temp. barb. 1, 4, 10. *al.*). 41, 1 (*respic. II Cor. 5, 1*) *Paulus* -es vexationibus praeferens. Vet. Lat. Hebr. 10, 35 (cod. 78, *sim. al. et* Vvlg.) amittere ... confidentiam vestram, quae magnam habet -em (*gr. μισθαποδοσίαν,* cod. 89. *al.* mercedis -em, *64* mercedis retributionem). Cypr. Fort. 11 l. 130 *martyr* resurrectionis sibi praemium de dei -e promittens (mun- *var. l.*). Ambr. epist. 1, 1, 11 alia est ... merces liberalitatis ..., aliud virtutis stipendium, alia laboris -o. obit. Valent. 11 spe -is aeternae. in psalm. 118 serm. 20, 40 si bona malis praeponderant, -o praemii deferatur ([*opp.* poena]. Rvfin. hist. 5, 1, 36 [*gr. στέφανον*]. *al.*). Avg. civ. 1, 13 p. 24, 12 pro elemosynis. 21, 26 p. 543, 5 damnationis et -is ultimus dies. *al.* **β** *militibus, ministris publicis, sc. respicitur donativum sim. pro officiis certis datum (de salario fort. l. 66sq.; aliter e. g. l. 37. 38; quaedam ad II vergunt)*: *quaelibet exempla*: Ivl. Val. 3, 46 l. 1098 singulis *equitibus* -o erit minae auri quinque (*gr. p. 126, 12 δίδομεν κτλ.*). Rvfin. hist. mon. 1, 6, 2 *monacho* tamquam emerito militi suo dominus -es parat. Novell. Maior. 7, 16 binos per iugum ... solidos -bus deputatos. *ibid.* pro ⌊siliquatico solidi -is binorum solidorum⌋ (*vix sanum, fort. interpol.*). Petr. Chrys. serm. 158, 4 ut *rex* praemii (-miis *var. l.*) sudores et vulnera -e compenset. Cod. Iust. 1, 27, 2, 9$^{b}$ debent duces ... supra deputata sibi emolumenta ... de nostra largitate -em sperare et non ... de eorum stipendiis lucrum sibi adquirere. *al.*
*usu technico* sacrae -es *significant aerarium principum, e quo largitiones distribuebantur* (*cf. vol. VII 2, 971, 60sqq.*): Cod. Theod. 7, 12, 2 (*a. 379*) quicumque ... ex officiis palatinis s. et privatarum -um comitibus obsecundant (11, 30, 41 [*a. 383*]. CIL VI 1749 [*a. 421*] s. -um per triennium comes). 6, 30, 20 (*a. 413*) qui *palatini* s. -um rationem tractantes.

**2** *delicta, sc. poenā* (*simul ac merita l. 4sqq.; apud Christ.*): Tert. adv. Marc. 5, 5, 8 (*respic. I Cor. 1, 22*) -o ipsa in Iudaeos et Graecos ... zeloten deum confirmat (*postea*: retributione aemula). Lvcivs Cypr. epist. 78, 2, 1 accessit ... tibi ... retributio operum ... a domino in die -is **(**[renum-, retributionis *var. ll.*]. Pavl. Nol. epist. 25$^{a}$, 4. *ceterum de die iudicii*: Evseb. Gallic. hom. 26, 5 ad -um tempora. *cf. p. 1077, 60***)**. Pelag. in Rom. 6, 23 p. 54, 5 'stipendium ... peccati mors': qui peccato militat, -em accipiet mortem (*inde* Ps. Primas. in Rom. p. 448$^{A}$ -o dicitur stipendium ...; mercedem accipit mortem). *al.*

**3** *damnum, sc. emancipatione illatum* (*an ad 1?*): Cod. Iust. 6, 61, 6, 3 debere patrem tertiam partem bonorum ... quasi -is gratia a filio *emancipato* accipere.

**B** *potius restituendo: impensa, debita sim.* (*fort. e confusione c. voce q. e.* renumeratio, *cf. p. 1077, 2*): Symm. epist. 4, 57 (*in imag. de epistulis*) magnae indulgentiae res est, ut fenus, quod *tribus* vobis solus exhibeo, alterna -e solvatis. Cod. Theod. 3, 3, 1 *non* -em pretii debet exposcere *emptor,* cui non minimi temporis spatio servitium satisfecit ingenui (*cf. Interpr.* non reddito ... pretio). *vitam, sc. in resurrectione Christi*: Sedvl. op. pasch. 5, 1 quam *carnem* -e lucis impletam ab inferis excitans elevavit ad sidera *deus* (*nisi ad II, cf. carm. pasch. 5, 4* munere).

**II** *vi praeverbii evanida significatur quidlibet, quod donatur, donum sim.* (*certiora selecta; huc vergunt l. 19sqq. p. 1077, 62*): Vet. Lat. Rom. 15, 31 (cod. 75, *sim. al.*) ut ... -o mea, quae in Hierusalem, acceptalis fiat sanctis **(***gr. δωροφορία* [*var. l. pro διακονία*], *cod. 89* perlatio muneris mei, *Vulg.* obsequii mei oblatio**)**. Mart. Cap. 1, 23 in ... Sophian supellectilis multae -e largissimam *Philologiam.* Favst. Rei. grat. 2, 4 p. 67, 7 (*antea*: de superna largitate) beneficium vocabo, non pretium, donum testabor esse, non debitum, -em, non ⌊retributionem⌋ (-em *cod.*). Lib. pontif. p. 127, 13 *imperator* volens ... legatos *papae* per -em corrumpere (*postea*: nullatenus consenserunt accipere pecunias). Novell. Iust. 147 pr. (*antea p. 1081, 57*) -es acceperunt (*gr. φιλοτιμίας, ut ibid.* proprias aliquorum -es facere). *al.* *Gitner.*

※**remūnerātor,** -ōris *m.* *a* remunerari. *legitur in inscr. p. 1079, 10 et fere apud Christ. inde a* Tert., Vet. Lat., *in versu l. 46; plur. non nisi p. 1079, 12. 14.* [*confunditur in codd. c.* remuneratio Ambr. exc. Sat. 2, 97 off. 2, 25, 126 Cassiod. var. 5, 41, 5.]

*i. qui dat praemium (etiam poenam l. 69. 74), remuneratur* (*saepe apponitur alii subst.; opp.* damnator *e. g. l. 48. 62sq.*): **1** *deus Christianus* (*dat salutem, vitam aeternam passim, aliter e. g. l. 55. 59*): **a** *sine gen. obi.* (*dat. indicat eos, qui accipiunt l. 41. 43. 45, meritum l. 46*): Vet. Lat. Hebr. 11, 6 (cod. 89. *al.* = Vvlg.) *deus* inquirentibus se -r fit (*gr. μισθαποδότης, cod. 64. al.* mercedis redditor). Gavdent. serm. 18, 5 Christus -r aeternus. Ambr. off. 2, 25, 126 pauperes ... -em nobis faciunt dominum. in psalm. 36, 74 expecta ... vel auxiliatorem dominum vel -em. 118 serm. 14, 13, 1 dei filius ... -r est fortibus. Hymn. Walpole 42, 60 tu (tu ⟨pro⟩ *ed.*) cunctorum meritis iustus -r es. Pavl. Nol. epist. 23, 31 ut ... opera nostra in die retributionis ... dominus -r adnumeret. Avg. c. Fel. 2, 4 *deus* iustus est aut -r aut damnator. Ps. Avg. serm. 56, 3 *sanctus vir* iustum -em expectat. Evseb. Gallic. hom. 3, 1 *beati martyres* nunc -is benedictione satiantur. 38, 1 parum gratum quaerere gratiam divini muneris, maxima est iniuria -is. Ven. Fort. virt. Hil. 5, 16 ecce quam larga -is est pietas! *al.*

**b** *c. gen. obi.* (*pron. poss. l. 56sqq.*): **α** *eius, qui accipit* (*fere homo, sed eius anima l. 57. 64; cf. dat. l. 40*): Tert. adv. Marc. 4, 36, 11 (*antea p. 1077, 46*) caecorum ... -r. Ambr. Abr. 2, 10, 68 *deus* -r est innocentium. Noe 14, 48 despicit homo -em suum **(***item c. pron. poss.*: Evseb. Gallic. hom. 47, 5 anima inter stupendas -is sui constituta divitias. Pomer. 1, 4, 1 ut ... -i suo pro tantis muneribus gratias agant. Constantivs vita Germ. 33 si totum indigentibus contulisses, -r noster trecentos *nummos* hodie reddidisset**)**. Collect. Arian. hom. 6, 2 dominus Cristus -r fidelium de parvis magna concedit. Ivlian. Aug. c. Iulian. op. imperf. 1, 141 *deus creditur* catholicorum -r Manichaeorumque damnator. Avg. c. Fel. 2, 8 *probavimus* deum ... -em fidelium ..., damnatorem autem superborum. Sacr. Gelas. 814 deus, fidelium -r animarum. *al.*
**β** *virtutis, meriti*: Tert. apol. 36, 3 non ab homine ... praemii expensum captamus, sed a deo exactore et -e indifferentis benignitatis. paenit. 2, 9 quorum *bonorum* cum auctor ... sit *deus,* necesse est proinde et acceptator; si acceptator, etiam -r. 2, 11 bonum factum deum habet debitorem, sicuti et malum, quia iudex omnis -r est causae. Gavdent. serm. praef. 54 *martyres* dei filium -em victricis patientiae habituri. Ambr. Abr. 1, 9, 84 *Christus* praeceptor et -r est pudicitiae. Noe 13, 42 est ... deus peccati inmemor, virtutis -r. paenit. 1, 4, 18 *confessor* habebit -em me confessionis suae. in psalm. 118 serm. 18, 5, 2 *deus* -r est virtutum. Ps. Hier. epist. 19, 3 p. 190$^{B}$ bonorum ... factorum. Rvfin. Clement. 10, 48, 1 -em deum gestorum bonorum malorumque. Pavl. Nol. epist. 13, 23 te ... accipiet -r

[McNamara]

vestri fenoris (*nisi ad γ*). AVG. civ. 14, 26 p. 54, 30 deo, ... voluntatum ... bonarum adiutori et -i. PETR. CHRYS. serm. 9, 4 misericordiae. FAVST. REI. grat. 1, 16 p. 51, 2 volentes ... redemit voluntatum -r. OP. imperf. in Matth. 53 p. 936^extr. Christus non magis operum -r est quam voluntatum. CASSIOD. var. 10, 16, 2 -r est bonorum omnium deus (*nisi ad γ; cf. l. 13*). SERM. Rev. Bénéd. 92, 1982, 336 l. 104 *spiritus sanctus* amator est castitatis et -r integritatis. *al.* **γ** *praemii* (*hucine l. 5. p. 1078, 75?*): AMBR. in Luc. 4, 30 deus vitae -r aeternae est.

**2** *homo*: **a** *c. gen. obi.*: **α** *eius, qui accipit*: CIL VIII 7174 (*saec. I²/III?*) memoriae Sex. Aemili Feliciani; ... -i familiae suae. **β** *virtutis, meriti*: CIL VI 1749, 4 (*a. 421*) principes ... censores -esque virtutum. CASSIOD. var. 8, 10, 5 *princeps est* rimator ille actuum et bonorum -r (*cf. l. 5*).

**b** *sine gen. obi.*: DOCTR. apost. 5, 2 (3) persequentes -es, non miserantes pauperum (*gr.* ἀνταπόδομα, *exspectes* remunerationem). CASSIOD. var. 5, 41, 5 *quidam* amplius crescere potuit, nisi fides eius sub avidissima -is sterilitate iacuisset. 11, 7, 6 -em ... illi me esse promitto, quem se aliqua honestate tractasse cognovero.

*f.* **remūnerātrīx,** (-īcis). *i. quae dat praemium, remuneratur*: AMBR. in psalm. 118 serm. 14, 31, 2 *manus sapientiae* et praesentia et futura tempora comprehendunt, ut laeva praesentium -x, dextera futurorum sit. *McNamara.*

˟**remūneror,** -ātus sum, -ārī *et* ˟**remūnero,** -āvī, -ātum, -āre. *a re- et* munerari, munerare. NOT. Tir. 48, 14 -at. *de genere: praevalet usus depon. inde a* CIC. *fere usque ad* APVL. (*saepe act. in var. l., e. g. l. 65. p. 1080, 4. 1081, 12, in alia vers. p. 1080, 53*), *leguntur formae finit. act. stirpis praes. inde a* PETRON., *perf. inde a* FESTO, TERT., *pass. stirpis praes. inde ab* APVL. (*nisi iam p. 1080, 31*), *perf. inde a* FRONTONE (*cf. part.* TERT. adv. Marc. 4, 38, 10 *et p. 1080, 20sq. 1081, 7. al.*). *de notione*: GLOSS. -o: ἀνταμείβομαι. -at: ἀντιτιμᾷ. *al., e. g. p. 394, 2 et p. 1080, 38 sqq.* *legitur in orat. soluta inde a* CIC., *in poesi singulis locis apud* CATVLL., SIDON., ENNOD. [*confunditur in codd. c.* renumerare *e. g. l. 60. 70. p. 1080, 15* (*in falsa var. l.* PLAVT. Bacch. 516 TER. Hec. 502 CAES. civ. 3, 53, 4 MAX. TAVR. 27, 2; *cf. p. 1081, 41sqq.*), munerari, munerare *e. g. p. 1080, 20. 29. 33. 73 (cf. aliam vers. p. 1080, 50); trad. loco corrupto* PS. QVINT. decl. 5, 7.]

*fere i. q. rursus munerari, sc. reddendo, respondendo sim.* (*notione liberalitatis minus vigente p. 1080, 74sqq. 1081, 40sqq.; fere est actio animantium, sed rei l. 71. p. 1081, 16* [*per prosopop. p. 1080, 47*]). *indicatur, pro quo quid compensetur, per acc. l. 63sqq. p. 1080, 69. 1081, 5. al., dat. fort. p. 1080, 61, praepos.* pro *p. 1081, 14 et* GREG. M. moral. 27, 76. *al.,* de *p. 1081, 16, cui, per acc. p. 1080, 21sqq. 46sqq. 66. al. (refl. 1081, 22. 30, reciproce p. 1080, 55sq.), dat. p. 1081, 37. 58, qua re, per abl. passim, acc. p. 1080, 58. 1081, 18. 38sq., adv. p. 1080, 30sq.; iuxta ponitur vel disting.* donare, donatio *l. 56sqq. p. 1080, 13. 36. al.; in fig. etym.* munere -ari *sim. p. 1080, 23. 24. 61; accedit adv.* mutuo *p. 1081, 29.*

**I** *vi praeverbii perspicua respicitur potius actio compensandi*: **A** *praestat is, qui (id, quod) antea aliquid ab alio accepit*: **1** *redditur aliud*: **a** *in bonam partem praestantur praemia, grates, dona, sc. fere pro meritis, beneficiis, labore sim.* (*bonum pro malo p. 1080, 53, vice versa l. 73*): **α** *usu generali*: Ⓘ *quaelibet exempla* (*sc. usu absol. vel obi. suppl.; cf. e. g. p. 1081, 9sqq.*): CIC. inv. 2, 161 gratia *est,* in qua amicitiarum ... alterius memoria et -andi voluntas continetur (*item gerund.*: fam. 2, 6, 2. 15, 13, 2 [⟨te⟩ -andum *Lambinus*]. VLP. dig. 5, 3, 25, 11 *donando* ad -andum sibi aliquem naturaliter obligaverunt [*postea*: ἀντίδωρα]. 15, 3, 10, 7 si tantundem ei *servo* donavit dominus, quantum creditori solvit pro se, si quidem -andi animo *eqs.* [*opp.* alias donavit. *sim. solvitur debitum alienum* 17, 1, 12 pr. non -andi causa, sed principaliter donando. *cf. p. 1080, 42*]. AVSON. 21 [419 S.], 1). IVL. VAL. 3, 41 l. 951 ut ... remunerat⟨ur⟩os ... mihi *Alexandro* vos sedulo promittatis (renum- *var. l.; cf. gr. p. 122, 21* δωρεῶν τι μέρος δοῦναι). DON. Ter. Eun. 145 ('abducere') non ... 'accipere' ut ab amico -ante, sed *eqs.*

Ⓘⓘ *accedit acc. obi. (nom. in struct. pass.) indicans*: Ⓐ *id, pro quo compensatio redditur*: CIC. p. red. in sen. 30 quibus ... officiis T. Anni beneficia -bor? ([-bo *var. l.*]. p. red. ad Quir. 22 [*opp.* ulciscendae iniuriae]. 23 qui in tantis b. ... -andis est tardior. TIRO Gell. 6, 3, 41. VLP. dig. 38, 2, 1 pr. ad -andum tam grande b. *al.*). LIV. 2, 12, 15 *liberatus* Mucius quasi -ans meritum *eqs.* (CIL VIII 26622, 7 [*a. 205/6*] ordo ⟨re⟩muneraturus ... ⟨p⟩atroni m. SIDON. carm. 23, 425 praecipit ... imperator ... m. -ari [renum- *var. l.*]. *al.*). COLVM. 2, 2, 5 *solum* densum, quod impensam coloni laboremque magno fetu -atur (RVFIN. hist. mon. 6, 9 *monachus* praebens eis *bestiis* pocula obsequii earum -batur l. [-bat, -vit *sim. al. var. ll.*]. Orig. in Rom. epil. l. 26 si *malevoli* non ... labores -entur insidiis. *cf. p. 1080, 69*). PETRON. 140, 8 *Eumolpus* Coraci ... imperavit, ut lectum ... subiret *et* ... dominum lumbis suis commoveret; ille ... parebat imperio ⌊puellaeque⌋ artificium pari motu -bat (⌊ ⌋ puellaque *Cuperus*). PS. QVINT. decl. 4, 6. TAC. ann. 15, 71, 1 *Nero delatorum* festinata indicia impunitate -atur. PLIN. epist. 2, 12, 7 ut ... hanc *epistulam* -eris litteris *uberrimis* ([-es *var. l.*]. *item in epistularum commercio*: SYMM. epist. 7, 44 ⌊-or⌋ dictam mihi a te salutem [⌊ ⌋ *cf. 4, 55* pari honore conpenso]. *cf. l. 24. p. 1081, 22. 44*). TRAIAN. Plin. epist. 10, 48, 2 -anda est ... probitas *Apamenorum.* DECRET. decur. Tergest. (CIL V 532; *a. 138/61*) 1, 22 benevolentiam ([*20* in referenda gratia]. centon. Sentin. [CIL XI 5749] 21). INSCR. Année Épigr. 2000 n. 344c, 19 (*Miseni; a. 149*) bonam voluntatem digne -are (1913 n. 134, 47 [*Neapoli; a. 194*] dona ⌊at -andum animum meum⌋ [*ad l. 21sqq.*] et pronam v. grate accepi [*gr. ibid. 31* εἰς ἀμοιβὴν τῆς εὐνοίας *κτλ.*]). APVL. met. 3, 15, 5 simplicitatem relationis meae tenacitate taciturnitatis tuae -are. COD. Iust. 4, 10, 8 (*a. 294*) *si cuidam* donationis causa ... tuam accipere pecuniam permisisti, et hanc tuam liberalitatem -ans *eqs.* ([renum- *var. l.*]. CIL VIII 12353. *al.*). CORP. epist. lat. 1 (= GLOSS. biling. I 16; *saec. III/IV*) 5, 22 voluntas eius *defuncti* praestantiam tuam ... -vit (*gr.* ἀνταμείψατο). HEGES. 1, 39 p. 82, 28 (*antea*: mercedem ... rependam) si recta advertero studia, factis -bor, malivolentia pretium referet suum (*cf. gr. 1, 464* λήψεται τὴν ἀμοιβήν). CASSIOD. var. 2, 15, 4 ama, quae in te -ta (mun- *var. l.*) cognoscis, *sc. merita paterna et tua.* *al.* Ⓑ *is (id), cui compensatio, praemium datur* (*accipit asinus l. 35, aqua l. 48, res per prosopop. l. 47*): CIC. Brut. 15 te ... -andum si non pari, at grato tamen munere *eqs.* fam. 3, 9, 3 mihi considerandum est, quonam te -er potissimum genere. 9, 8, 1 ut possem te -ari quam simillimo munere (*sc. epistula, cf. l. 3sqq. p. 1081, 22*). Q. CIC. pet. 38 plane ab his *clientibus a te servatis* postulato, ut ... hoc te officio -entur, *sc. comitando* (*antea*: referre gratiam). CAES. Gall. 1, 44, 13 magno se illum praemio -turum *esse.* VARRO rust. 2, 1, 2 ut vos ... -emini nos ac quae scitis proferatis in medium (-remini, rem mun- *var. ll.*). PS. QVINT. decl. 2, 4 *maritus* mulierem ... necesse est sic -et, ut *eqs.* 4, 2 filium (-us *trad.*), qui vult mori, ne parricida sit, *pater* aliter sibi videtur -are non posse, quam ut ipse moriatur (-ari *var. l.*). PLIN. epist. 7, 31, 7 -andus est in amoris officio, qui prior coepit. FLOR. epit. 3, 5, 28 *Pompeius regem* Oroden ... -tus est (mun- est, muneravit *var. ll.*). APVL. met. 7, 14, 4 (*loq. asinus*) quo potissimum pacto (facto *trad.*) digne -rer (*pass.*). 9, 33, 2. PAPIN. dig. 31, 75 pr. quem *testator* precario -atur ([*antea*: donare]. *sim. donatur legatum*: CORP. epist. lat. 1 [= GLOSS. biling. I 16; *saec. III/IV*] 1, 19 ⟨laetor quod ingen⟩ium tuum ⟨ita me rem⟩uneratur [*gr.* σοῦ ἀνταμειψαμένου]. 2, 17 [*gr.* ἀντεδωρήθη⟨ς⟩]. *cf. l. 16*). VLP. dig. 12, 4, 3, 7 *quidam,* qui dedit ea spe, quod se ab eo, qui acceperit, -ari existimaret *eqs.* 17, 1, 10, 13 (*cf. p. 1079, 58*) si fideiussori donationis causa acceptum factum sit a creditore, puto, si fideiussorem -ari voluit creditor, habere eum *fideiussorem* mandati actionem. VET. LAT. I Tim. 5, 4 (cod. 75, *sim. al.*) vidua ... discat primum domum suam colere et -are parentes (*gr.* ἀμοιβὰς ἀποδιδόναι, *cod. 77. al.* parem gratiam reddere, *78. al. et Vulg.* mutuam vicem reddere [*quod explicat e. g.* AMBR. vid. 2, 7 suo ... se ipsa -atur officio]). ZENO 2, 1, 12 *iustitia* nec rogari se permittit nec vicaria laudis -ari mercede. PS. AVG. quaest. test. 115, 8 numquid -anda est aqua, quia siti adfectos homines recreat? COD. Iust. 12, 21, 1 pr. (*a. 386*) agentes in rebus post palmam laboris emeriti principatus honore -amus (mun- *Cod. Theod. 6, 28, 3 pr.*). ACT. Archel. 1, 3 *dives* honore plurimo ab universa civitate colebatur, plurimisque ipse civitatem ... largitionibus -batur (*nisi ad II*). PASCHAS. verba patr. 22, 3 senex, si quis detraxisset ei, ille festinabat ... per se ipsum bene illum *furem* -ari (*in versione alia* VITAE patr. 7, 7, 5 -are). *al.* *vicissim, reciproce datur*: DARES 19 *Hector et Aiax* utrique se invicem -verunt. GREG. TVR. Franc. 9, 11 *reges* se -antes (*antea*: datis sibi invicem muneribus). Ⓒ *praemium ipsum* (*cf. p. 1081, 18. 37sq.*): CASSIOD. var. 8, 13, 1 sine merito ... -tum putatur omne, quod subitum est (*nisi ad II*).

Ⓘⓘⓘ *in structura obscura* (*fort. dat. indicat id, pro quo compensatio redditur*): INSCR. Année Épigr. 1990 n. 211 (*Paesti; a. 347*) ut tantis muneribus domūs eorum aliis quoque gloriosis muneribus -andus esset *populus* (*i. -turus esset, si recte intelleximus*).

**β** *usu peculiari; respic. remunerationes*: Ⓘ *pecuniariae sim. pro opere, labore peracto (aliter e. g. p. 1079, 55. 57sq.); impenditur: salarium, sc. loco honoris, beneficii datum*: PS. QVINT. decl. 17, 10 custodiam ... ambitum meum, quo -or advocatos, quo persolvo iudicibus. TERT. apol. 46, 4 *philosophi* ⌊statuis⌋ et salariis -antur (⌊ ⌋ *ad l. 21sqq.*). PAPIN. dig. 17, 1, 7 salarium procuratori constitutum si ... peti coeperit, considerandum erit, laborem dominus -are voluerit ..., an *eqs.* VLP. dig. 11, 6, 1 pr. *ab agrimensore* operam beneficii loco praeberi, et id, quod datur ei, ad -andum dari et inde honorarium appellari. 17, 1, 6 pr. SCHOL. Iuv. 7, 96 ('par ingenio pretium') bonus poeta bene -batur (*cf. 87* salarium). VEG. mil. 1, 13, 3 ut ... doctores armorum duplis -rentur annonis (se mun- *var. l.*). *quaelibet merces sim.* (*huc fort. p. 1081, 47*): PAPIN. dig. 39, 5, 27 non meram donationem esse, verum officium magistri, *sc. rhetoris,* qua-

*[Gitner]*

dam mercede -tum *quendam eqs.* AVG. quaest. euang. 2, 6, 2 omnes conducti ad vineam denario -antur (*respic. Matth. 20, 9sq. ut*: GREG. M. moral. 35, 42 operatores vineae d. -antur). Ⓘ *divinae, sc. usu Christ.* (*pro subi. fere est deus, sed praemium ipsum l. 16*): TERT. resurr. 14, 5 *deus* iustitiam exhibens ..., hinc vindicans istud, inde -ans illud. VET. LAT. Hebr. 11, 6 (cod. 75) inquirentes ⌊se eum⌋ -at *deus* (*v. p. 477, 72sqq.*; ⌊ ⌋ *alterutra vox ex alia versione irrepsit*). CYPR. mortal. 26 -ti misericordes, qui ... iustitiae opera fecerant. AMBR. Abr. 1, 3, 18 non est serus ad -andum dominus. in psalm. 37, 18, 1 (*respic. Luc. 23, 42sq.*) tardius votum precantis quam -antis est praemium (*part. praes. pro subst. ut*: EVSEB. GALLIC. hom. 23, 10 benevolentia in -ante. SACR. Leon. 253. *al.*). RVFIN. Greg. Naz. orat. 6, 10, 4 nisi *deus* ... in praesenti aliquos -etur (-et *var. l.*; *Migne gr. 35, 977ᴮ* ἀμειβόμενος). AVG. epist. 84, 2 ut tales sint labores tui, ut pro isto beneficio -eris. BOETH. cons. 5, 3, 31 puniri improbos vel -ari probos. GREG. M. in euang. 40, 6 (*respic. Luc. 16, 25*) bona, *sc. opera,* divitis -vit felicitas transeuntis vitae *terrenae.* moral. 4, 37 quod ... de virtutibus -etur. *al.* *obi. acc. indicat praemium ipsum*: ENNOD. carm. 1, 21, 30 a te, tremende *deus,* sumimus ceu nostra, quae -as.

**b** *in malam partem redditur poena, ultio, sc. fere pro delictis, iniuriis acceptis (ironice e. g. l. 22sqq. 27; bonum punitur l. 33); respicitur actio*: **α** *hominum*: CIC. Att. 8, 1, 4 si *dormire* ... possem, tam longis te epistulis non obtunderem; tu ... me -ere sane velim (*cf. de epistulis p. 1080, 3 sqq.*). CATVLL. 14, 20 (*2* munere) omnia colligam venena, *sc. scripta poetarum ineptorum,* ac te his suppliciis -bor. FEST. p. 372 rex ... dixit 'vae victis'; quem postea ... Camillus ... eadem voce -asse dicitur (*item dicendo*: AVR. Fronto p. 36, 16 si lacessitus fuero, non eum simili dicto -bo? GELL. 18, 13, 7 Diogenes sophisma ... per contumeliam propositum -tus *est*). FRONTO p. 21, 4 mihi ... de tuis hexametris numquam quicquam impertivit ...; -tus est ... a me mutuo; paria paribus habet. ROMVL. fab. 11 pr. rec. vet. qui malo benefacit, ⌊se -at ipse⌋ (*recc. gall. et W* satis peccat). *al.* **β** *deorum* (*angelorum l. 33*): TERT. apol. 25, 16 quorum *Romanorum* ... iniurias ... -asse debuerant *dei.* cult. fem. 1, 2, 4 (*ad gen. 6, 2*) *angeli* bonum feminarum naturalis decoris ut causam mali sic -verunt, ne eis profuisset felicitas sua. VET. LAT. sap. 14, 29 (cod. L) male viventes -ari se non sperant (*gr.* ἀδικηθῆναι, *rec. Vulg.* renoceri). APRING. in apoc. 20, 12 *domini* misericordia in -andum. *al.* *obi. indicat poenam ipsam* (*accedente dat. eorum, qui puniendi sunt*): IVLIAN. in Ioel 3, 1 -bo Assyriis diversisque hostibus quod merentur (*sim.* in Am. 1, 13 -bo ... huic populo quod meretur [renum- *var. l.*]).

**2** *redditur idem, sc. fit restitutio debiti* (*fort. per confusionem c.* renumerare, *cf. p. 1079, 32sq.; aliter p. 1079, 58sqq.*): AMBR. in psalm. 36, 43, 4 vide divitem mutuantem et non reddentem, pauperem accipientem et continuo -antem, ne diutius in aere alieno sit. SIDON. epist. 2, 10, 5 (*in imag.*) fac memineris multiplicato me faenore -andum, *sc. carmine scribendo.*

*?***B** *praestat is, qui alii damnum fecit, sc. redditur satisfactio iniuriae* (*nisi merces sim., ut locus ad p. 1080, 74sqq. pertineat*): VET. LAT. exod. 21, 8 (Aug. quaest. hept. 2, 78, 1) quodsi *famula* non placuerit domino suo, *i. non uxor ducta erit,* ... -bit eam (*gr.* ἀπολυτρώσει αὐτήν, *Vulg.* dimittet eam. *explicat* AVG. *ibid.* 2, 78, 2 iussa est ... aliquid accipere pro eo, quod humiliata est ...; quidam interpretes dixerunt 'redimet eam', quod, si ... dictum esset ἀπολυτρώσεται, scriptum esset ...; in hoc autem loco ἀπολυτρώσει legitur, ubi intellegitur, quod accipit magis aliquid, quam pro ea datur, ut redimatur).

**II** *vi praeverbii minus perspicua respicitur mera actio largiendi* (*fort. huc p. 1080, 52. 58*): VRAN. epist. 11 *sanctus* iuxta consuetudinem suam -ans omnes ... pauperes. NOVELL. Iust. 147 pr. quanta ... singulis ⌊interpellantibus⌋ nobis, *i. ad nos,* ... praeparate -amus, *dicere nolumus* (⌊ ⌋ *dat. sec. gr.* προσιοῦσιν ἡμῖν ... φιλοτιμούμεθα. *postea*: remunerationes). VEN. FORT. vita Radeg. 13 quidquid indui poterat ... femina, abbate -to, totum dedit coenobio.

*part. praes.* remūnerāns, -antis *pro subst. masc. v. l. 10sqq.*

*deriv.*: remunerabilis, remuneratio, remunerator (-trix).

*compos.*: irremunerabilis, irremuneratus. *Gitner.*

**remūnio,** (-īre). *a* re- *et* munire. *affertur inter verba, quae additis praepositionibus significationem mutant*: CHAR. gramm. p. 469, 30 munio, -o. DOSITH. gramm. 75, 10 τειχίζω munio, ... ἀνατειχίζω -o. *exempla desunt.*

**remurmurātio,** -ōnis *f.* *a* remurmurare. *i. q. actio remurmurandi* (*sc. obloquendi, cf. p. 1082, 3*): CASSIOD. in psalm. 37, 14 l. 284 qui labia sua ... nulla contra deum -e commovit.

**remurmuro,** -āre. *a* re- *et* murmurare. SYNON. Cic. p. 442, 7 resonat. resultat. -at. respondet. *non legitur nisi forma* -at *praeter p. 1082, 4. 16, in hexametro antecedit ubique ultimum pedem.*

**1** *intrans. i. q. respondendo murmurare*: *de rebus resonantibus* (*cf. l. 11*): VERG. Aen. 10, 291 fracta -at unda (*item* VAL. FL. 2, 453). STAT. silv. 5, 1, 153 (*in compar.*) nulli spoliata *pinus* -at aurae. *de homine obloquente*: CASSIOD. in psalm. 35, 2 l. 30 *peccantium genus* audax, ... contemnens omnia ⌊sibi⌋que -ans ([⌊ ⌋ *v. ibid. l. 32* apud se ..., *non* publice]. *cf.* 37, 14 l. 281 mutus, etsi cum clamore aliquid non dicit, interdum balbutiendo -at). 36, 8 l. 163 insano animi tumore. 49, 17 l. 364 qui ad correctiones iustas iniqua praesumptione -at. 74, 6 l. 116 qui contra deum concepta iniquitate -at.

**2** *trans.; pro obi. est acc.* (*struct. verb. l. 16*) *indicans*: **a** *id quod editur, fere i. q.*: *referendo murmurare*: CALP. ecl. 4, 28 mea carmina nemo praeter ab his scopulis ... -at echo. *murmurare* (*vi praeverbii evanida*): VEN. FORT. Mart. 3, 526 (*cum affectata modestia*) vitiata tibi, *Martine,* quod lingua -at, audi. **b** *id quod vituperatur, fere i. q. murmurando reprehendere*: FRONTO p. 189, 12 si quis quid -at aut deprecatur (*opp.* qui ... facta ... tua ... laudibus ferunt). CASSIOD. in psalm. 57 l. 213 nemo sit dubius, nemo -et, quia *eqs.*

*deriv.*: remurmuratio. *Bk.*

⊠**rēmus,** -ī *m.* [*a* *$e_1$re$e_1$- (*Rix et al., Lex. der indogerm. Verben, ²2001, 251sq.*) *suffixo* -mo- *vel* *smo- *aucta, cf. gr.* ἐρετής *'remex', lituan.* ìrti, *island. vet.* róa *'remigare'. v. Walde-Hofmann II 428; de Vaan, Etym. Dict. of Latin, 2008, 518sq. Mei.*] *de origine*: ISID. orig. 19, 2, 6 -i a removendis (-endo *cod. unus, fort. recte*), ⟨tonsae a tondendis⟩ et decutiendis fluctibus dicti. *scribitur litt. gr.* GLOSS. biling. I 13, 30 ρεμους. NOT. Tir. 109, 90 -us. *genus masc. testantur* EXC. Bob. gramm. I 552, 17 DVB. NOM. gramm. V 589, 19. *de notione*: FEST. p. 356 tonsam Ennius significat -um (SERV. Aen. 7, 28 tonsae: -i. *al.*). CHAR. gramm. p. 452, 32 -us: κώπη (GLOSS.). SERV. Aen. 6, 233 -us ... dicitur lorum, quod continet tubam (*vix recte*). *al.* *legitur inde a* LIV. ANDR., PLAVTO, CARM. Varro ling. 7, 33, LVCIL., CIC. [*it.* remo, *raet. or.* rem, *francog. vet.* rain, *mer.* rem *sim., rec.* rame, *wall.* rim (*fort. e germ.; cf. theod.* Riemen), *prov., cat.* rem, *hisp., port.* remo *et in plurimis linguis non roman.; tusc. (Lucae), aemil. occ.* rema *'pessulus, repagula'; pedem.* rəmma *'tignum, trabs'. cf. M.-L. 7204 et Faré, Postille. Battisti-Alessio V 3226sq. Cortelazzo-Zolli² 1343. Wartburg X 247sq. Corominas VII 231sqq. Corominas-Pascual IV 870. Houaiss² 2425. Schd.-Cr.*] [*confunditur in codd. c.* ramus VERG. Aen. 4, 399 SEN. Med. 608 (*restit.* SEN. Oed. 455), velum SCHOL. Stat. Theb. 6, 19 (*in falsa var. l.* VERG. Aen. 5, 829), nemus SCHOL. Stat. Theb. 6, 19 PETR. CHRYS. serm. 7ᵇⁱˢ, 1; *in falsa var. l. pro* rima VERG. Aen. 1, 123 (*falso trad.* CLAVD. DON. Aen. 5, 140 p. 442, 2); *falso trad. pro* recens STAT. silv. 5, 2, 18; *loco corrupto* CIC. Font. 13; *e coni. dub. pro* primos STAT. silv. 3, 2, 30; *e suppl. dub.* FEST. p. 273 (*v. p. 232, 49*). ADNOT. Fronto p. 204, 14.]

*i. q. instrumentum longum, quo nautae navem propellunt* (*gr. resp.* κώπη *p. 1084, 13. 1086, 1. al.,* ἐρετμόν *l. 47,* πηδάλιον *p. 1085, 34*): **I** *proprie*: **A** *respic. praeparatio navis* (*de fabricatione -orum v. C3*): **1** *actio aptandorum -orum navi sim.*: LIV. ANDR. carm. frg. 9 -os iussit religare struppis ([*fort. subest Hom.* ϑ 37 ἐρετμά, *sed sunt qui conferant β 422sq.; locum affert* ISID. orig. 19, 4, 9 struppi vincula ..., quibus -i ad scalmos alligantur]. VITR. 10, 3, 6 -i circa scalmos strophis religati, cum manibus impelluntur et reducuntur ..., protrudunt ... navem). VERG. Aen. 5, 753 reponunt robora navigiis, aptant -osque rudentisque ([*inde* CLAVD. DON. Aen. 5, 750 p. 512, 17]. CVRT. 9, 9, 12). OV. met. 3, 676 obvertere -os (11, 475 obvertit lateri pendentes navita -os). 11, 486 subducere -os. FEST. p. 169 ea *columbaria,* quibus rem⟨i⟩ [g]eminent. TAC. Germ. 44, 2 *Suiones* nec velis *naves* ministrant nec -os in ordinem lateribus adiungunt (*postea p. 1028, 15*). *al.* **2** *numerus, copia remigum, ordines sim.* (*exempla selecta inde a* SEN.): CIC. Verr. II 5, 71 *incolae numerum piratarum* ex ipso navigio *capto* ... et ex -orum numero coniciebant (ADNOT. Lucan. 3, 531 CASSIOD. var. 5, 17, 2). 5, 135 nullum vacuum tractum esse -um (*sc. sine remige*). BELL. Alex. 13, 2 deerant -i: ... asseres -orum usum obtinebant. VERG. Aen. 3, 510 *nautae* sortiti -os (*explicat* GLOSS. IV 464, 31 -orum officia sortiti. *cf. l. 66*). 5, 120 terno consurgunt ordine -i (*cf.* ordo -orum *vol. IX 2, 953, 70, ubi addas e. g.* SERV. Aen. 1, 182 biremes: naves habentes -orum o. geminum. PS. ASCON. Verr. p. 236, 24 trieris ternos -orum o. habet). 5, 211 agmine -orum celeri ventisque vocatis. PROP. 3, 21, 12 -orum ... pares ducite sorte vices. OV. met. 3, 598 dextris adducor litora -is (*sunt qui 'faustis' sim. intellegant [cf. p. 1086, 40]; item respic. latus*: 15, 703 laevis. fast. 4, 290 Sardoa ... regna sinistris respicit a -is *dea in nave vecta*). LIV. 24, 34, 6 iunctae ... binae quinqueremes demptis interioribus -is. 33, 30, 5 quam *regiam navem* sedecim versus -orum agebant (45, 35, 3). SEN. Ag. 425 ad militares -us aptatur manus. VAL. FL. 1, 352 dant -o sua quisque viri, dant nomina transtris. 1, 443 Argo ... te maesta relinquet ... cessantemque tuo lugebit in ordine -um. OROS. hist. 6, 19, 5 *Antonius* nihil motus *morte remigum* '-i' inquit 'modo salvi sint; nam remiges non deerunt'. *al.*

*[N.H.]*

*locut.* ad -um dare *sim.*: LIV. 34, 6, 13 servos ad -um ... cum stipendio nostro dabamus. VAL. MAX. 9, 15, 2 *mendax quidam* imperio Augusti -o publicae triremis adfixus est. SVET. Aug. 16, 1 *servis* manumissis et ad -um datis.

**B** *respic.* *remigatio, navigatio*: **1** *potius iter; iuncturae*: **a** *verbales*: **α** *abl. instr. cum verbis*: (I) *motus*: CARM. Varro ling. 7, 33 ⟨vadit ... trabes⟩ -is rostrata per altum (*si recte suppl.; olim Ennio tribuebatur, sc.* ann. 616). LVCIL. 125 promontorium -is superamus Minervae (*aliter l. 36*). 127 -is Palinurum pervenio (AVG. serm. 156, 12). CIC. Flacc. 32 ut quaeratur, utrum ista classis cursu et -is an sumptu tantum et litteris navigarit (Att. 16, 6, 1 magis commode quam strenue navigavi; -is enim magnam partem, prodromi nulli. SERV. Aen. 1, 104 velis -isque). fam. 12, 25, 3 ventis -is in patriam omni festinatione properavi. BELL. Hisp. 40, 6 pelagus -is petere (VERG. Aen. 3, 563 -is ventisque. LVCAN. 3, 45 VAL. FL. 1, 391). VERG. Aen. 5, 222 fractis discentem currere -is (PAVL. PETRIC. Mart. 6, 415 -o veloque). PROP. 1, 6, 33 seu pedibus terras seu pontum ⌞carpere -is⌟ (remige carpes *O. Skutsch*). OV. met. 3, 598 *v. p. 1082, 67.* 15, 703 laevis ... Amphrisia -is saxa fugit (*cf.* LIV. 35, 26, 9 classis ..., quantum quaeque -is valuit, fugerunt). LIV. 28, 17, 12 plurimum -is, interdum et leni adiuvante vento in Africam traiecit. *al.* (II) *propellendi*: CAES. Gall. 3, 14, 6 navigio -is incitato (4, 25, 1. *cf. p. 1084, 31*). VERG. Aen. 10, 195 filius ... -is Centaurum promovet. TIB. 1, 4, 46 ipse levem -o per freta pelle ratem (PRVD. perist. 5, 451 cumbam ... pellere -o rudente et carbaso. *cf.* SIL. 1, 568 -is velisque impellite puppim. CE 1109, 21 [*saec.* $I^2/II$] non ego caeruleam -o pulsabo carinam *Charonis*). OV. epist. 13, 101 -oque move veloque carinam! (ars 1, 3 arte citae veloque rates -oque moventur). LIV. 26, 39, 18 *naves* in terram -is abreptae. 27, 15, 5 *naves,* quae -is agerentur (30, 43, 12. 34, 35, 5 lembos, qui non plus quam sedecim -is agerentur [*item c. numero*: 38, 38, 8]. MANIL. 4, 284. FLOR. epit. 2, 2, 35 classis ... -is quasi habenis agebatur [*sc. huc illuc flectebatur*]. *al.*). 30, 25, 8 *navem* concitatam ... -is (37, 11, 10 CVRT. 4, 3, 2). PAVL. FEST. p. 279 scaphae -is navis magna trahitur (*cf. l. 48*). *al.* (III) *aliis*: CIC. Verr. II 5, 88 (*opp.* velis) quid quaeque navis -is facere posset. CAES. Gall. 5, 8, 3 *Caesar* -is contendit, ut eam partem insulae caperet *eqs.* VERG. Aen. 5, 114 pares ineunt gravibus certamina -is quattuor ... carinae. 8, 58 adversum -is superes subvectus ut amnem (*aliter l. 8*). HOR. carm. 1, 37, 17 Caesar ab Italia volantem *Cleopatram* -is adurgens. PROP. 1, 8, 19 ut te felici ⌞post victa⌟ Ceraunia -o accipiat ... Oricos (⌞ ⌟ *Heinsius,* praevecta *trad.*). 4, 6, 45 nimium -is audent prope. OV. epist. 15, 65 *frater* agili peragit freta caerula -o. met. 6, 512 admotum ... fretum -is. 14, 75 hunc *scopulum* ... -is ... evicere rates. *al.* LIV. 37, 16, 4 pervicerunt ... -is, ut tenerent terram. LVCAN. 5, 421 ne Pompeiani ... languida iactatis comprendant carbasa *nostra* -is. *al.*

**β** *subi.* (*maxime nom. aut abl. absol.*): CIC. Phil. 1, 9 ut mihi *properanti* nulli neque -i neque venti satis facerent. OV. epist. 16, 332 iam facient celeres -us et aura vias (*cf.* Pont. 4, 10, 33 qua -us iter pulsis modo fecerat undis). 19, 184 (*Hero Leandro*) tu tua plus -is bracchia posse putas? VITR. 10, 3, 6 *v. p. 1082, 49.* PLIN. nat. 12, 87 quas *rates* ... -i *non* trahant. VAL. FL. 2, 429 iam -i rapuere ratem. HIER. vita Hilar. 29, 12 *miraculo* impellentibus contra -is ad puppim impetus redit. GREG. TVR. Mart. 4, 29 non vento flante, non -o ducente.

**b** *nominales*: **α** *accedit abl. ad adi.*: VERG. Aen. 5, 153 Cloanthus consequitur melior -is, sed pondere pinus tarda tenet (*explicat* SACERD. gramm. VI 467, 15 per efficientem id, quod efficitur, ut 'melior -is', pro velocitate remigum -os posuit [*sim.* NON. p. 381, 14 -os: remiges. DIOM. gramm. I 458, 26 sq.]. *cf.* SIL. 14, 499 melior -o). TAC. ann. 2, 6, 2 *naves* velis habiles, citae -is. ARATOR act. 2, 1127 Sicanio lateri -is vicina Melite. **β** *pendet gen. e subst.*: LVCAN. 8, 561 vento vela negarat Magnus et auxilio -orum ... petebat litora (VEG. mil. 4, 42, 5 a. -orum reumatis impetus *non* vincitur). CLAVD. DON. Aen. 5, 220 p. 448, 24 sine -orum adminiculis. GILD. Brit. 16 chron. III p. 34, 2 alis -orum remigumque brachiis ac velis vento sinuatis vecti. *al.*

**2** *potius actio remigandi*: **a** *agitur de obnixu remigum; iuncturae*: **α** *verbales*: ACC. trag. 629 -is ... nixi properiter navem in fugam transdunt (CLAVD. DON. Aen. 5, 15 p. 427, 6. 10, 300 p. 332, 13 ['socii consurgere tonsis'] nitebantur -is socii. *cf.* VAL. FL. 4, 680 eniti -is. CLAVD. DON. Aen. 5, 205 p. 447, 9 obnixi -is luctantibus). VERG. Aen. 3, 207 vela cadunt, -is insurgimus (*al., v. vol. VII 1, 2061, 83 sqq.*). 4, 594 impellite -os (*addas p. 1082, 50*). 5, 15 validis ... incumbere -is (*al., v. vol. VII 1, 1073, 31 sq., ubi addas* CLAVD. DON. Aen. 5, 140 p. 441, 27 NICET. psalm. 1 l. 9. *al.; cf. p. 1085, 57*). 5, 136 intenta ... bracchia -is (*cf.* CLAVD. DON. Aen. 8, 95 p. 128, 13 nocte una ... et die -is fuerunt intenti). OV. met. 11, 462 iuvenes ... reducunt ... ad fortia pectora -os (*cf.* trist. 4, 1, 9 qui ... refert ... lentos ad pectora -os. SEN. Med. 367 regum referens inclita -os ... Argo [regumque ferens *Madvig; navi actio remigum tribui videtur, cf. l. 59*]. *v. etiam p. 609, 5 sqq.*). CVRT. 9, 4, 13 ingenti certamine concitant -os. LVCAN. 3, 543 -is pectora pulsant. VAL. FL. 1, 359 fratris ... Leodocus urget -o terga. 6, 326 levibus componere bracchia -is. *al.*

**β** *nominales*: CIC. de orat. 1, 153 impetu pulsuque -orum (*al., v. vol. X 2, 2612, 75 sqq.; item* impetus -orum: VITR. 10, 9, 7. *al.*). OV. met. 3, 662 -orum in verbere perstant. LIV. 44, 28, 10 concitatio -orum. VAL. MAX. 3, 2, 10 vehementi ictu -orum concitatam *navem* (SIL. 13, 243. *al.*). *al.*

**b** *agitur de aquae commotione sim.; iuncturae*: **α** *verbales* (*exempla selecta inde ab* OV.): CIC. Verr. II 5, 100 cum praetoris ... oculos praedonum -i respergerent. ac. frg. 7 unda, cum est pulsa -is, purpurascit (CATVLL. 64, 58 iuvenis fugiens pellit vada -is. SIL. 15, 301. *cf.* -is impellere: VERG. georg. 1, 254 -is i. marmor. OV. met. 3, 657; -is pulsare: GERM. 154 ne ... -is pulset vada caerula puppis [*gr. 153* κώπαις]. OCTAVIA 315). VARRO ling. 7, 23 ratis dicta navis longa propter -os, quod hi, cum per aquam sublati sunt dextra et sinistra, duas rates efficere videntur. VERG. georg. 2, 503 sollicitant alii -is freta (*cf.* ALBINOV. carm. frg. 21 aliena quid aequora -is et sacras violamus aquas?). Aen. 3, 668 vertimus ... proni certantibus aequora -is ([*inde* CLAVD. DON. Aen. 3, 665 p. 348, 21]. VAL. FL. 3, 474). 5, 143 convulsum -is ... aequor (8, 690 spumare reductis c. -is ... aequor. ANTH. 388a, 15. *cf.* OV. met. 8, 138 divulsa ... -is unda). 6, 320 illae *animae* -is vada livida verrunt (OV. am. 3, 8, 43 non freta demisso verrebant eruta -o. *cf.* NICET. psalm. 1 l. 9 -is ... mare verrentibus). OV. epist. 2, 87 si nostra tuo spumescant aequora -o. 3, 65 ante ... quam ... Pthiis canescant aequora -is. fast. 5, 644 -is ... torsit aquas. SEN. nat. 1, 5, 6 aqua ... -o excussa. CVRT. 4, 3, 18 -is ... everberatum mare. LVCAN. 9, 319 -is actum mare (VAL. FL. 2, 77). SIL. 6, 520 *vocem* percussi vetuerunt noscere -i *navis discedentis* (*item respic. sonitus*: TAC. ann. 2, 23, 2 aequor mille navium -is strepere. CLAVD. carm. min. 28, 40 *Nilo crescente* -is sonuere novales. ADNOT. Lucan. 3, 541 sonantes -os. *cf. l. 31 sqq.*). *al.* **β** *nominales*: CAES. Gall. 7, 60, 4 has *lintres* magno sonitu -orum incitatas (7, 61, 3 SERV. Aen. 3, 669. *cf. e. g.* -orum sonus: PROP. 4, 2, 8 LVCAN. 3, 541 PETRON. 89 vers. 32 VAL. FL. 3, 464 CLAVD. 15, 43; -orum strepitus: EPIT. Alex. 11 CLAVD. DON. Aen. 3, 665 p. 348, 23). SIL. 14, 486 -orum adspergine.

**c** *agitur de motu sustento vel impedito*: CIC. Att. 13, 21, 3 arbitrabar sustineri -os, cum inhibere essent remiges iussi (*cf.* inhibere -os [*in imag. etiam p. 1086, 9*]: GERM. 347 inhibet ... navita -os. OROS. hist. 2, 10, 2; inhibere -is: CVRT. 4, 4, 9. LVCAN. 3, 659 [-os *var. l.; cf.* COMMENT. verbo nautico usus est; inhibere est -os a se repellere]. IVST. 2, 12, 7 inhibete -is et a bello discedite). OV. met. 3, 664 impediunt hederae -os. 3, 676 obstantes ... -os. SEN. Ag. 509 tenet horror artus ..., -us effugit manus (*cf.* VAL. FL. 1, 618 excussi manibus -i. 4, 646 gelida rapti formidine -i. STAT. Theb. 5, 375 -i ... cadunt in pectus inanes). LVCAN. 3, 566 alias *naves* ... ligant ... catenae seque tenent -is ([-i *var. l., quem textum explicant* COMMENT. ἀντὶ τοῦ suam classem]. ADNOT. Lucan. 6, 675 *v. p. 1030, 18*). 3, 705 hi super hostiles iecerunt bracchia -os et ratium tenuere fugam. *al.*

**d** *cetera exempla*: CATVLL. 64, 183 *Theseus* fugit lentos incurvans gurgite -os (*cf.* VERG. Aen. 3, 384 Trinacria ⌞lentandus -us⌟ in unda [*v. vol. VII 2, 1161, 13 sqq.*]. CIRIS 461 flectitur in viridi -us sale). CAES. Gall. 4, 25, 2 -orum motu ... permoti barbari (SEN. nat. 2, 55, 4). VERG. Aen. 8, 690 reductis (*v. l. 19*). OV. am. 3, 8, 43 demisso (*v. l. 22; aliter* LIV. 36, 44, 8 demittere -os in aquam ... stabiliendae navis causa). met. 1, 294 *diluvio facto* alter ... ducit -os illic, ubi nuper ararat (Pont. 1, 5, 40 naufragus ... ducit -os, qua modo navit aqua. CLAVD. 21, 178. *cf. p. 1082, 66*). 3, 619 qui requiemque modumque voce dabat -is (*item respic. moderatio vel hortatus remigum*: VAL. FL. 5, 436 eadem -os, eadem dea flectit habenas. SIL. 6, 362 qui ... -is dictet sonitum. STAT. Theb. 6, 801 vox *magistri* citat ... -os. *al.*). SEN. Oed. 540 motura -os alnus (*navi actio remigum tribuitur, cf. p. 1083, 75*). LVCAN. 3, 537 *magna navis* ⌞summis⌟ longe petit aequora -is (⌞ ⌟ *incertum, utrum agatur de ordine summo* [*ita Adnot.* s.: altis] *an de extremitate.* VAL. FL. 1, 460 breviore petit iam caerula -o ... Idas). 5, 421 iactatis (*v. p. 1083, 43*). VAL. FL. 8, 356 intortis ... -is prosilit. *al.*

**C** *respic. status, qualitas ipsorum -orum*: **1** *forma, species*: CIC. ac. 2, 19 (*loquitur de sensibus*) dum de -o inflexo aut de collo columbae respondeam (*sc. de specie inflexa partis submersae ut*: 2, 79 te negas infracto -o ... commoveri. *al.* LVCR. 4, 439. VITR. 6, 2, 2 *bis.* SEN. nat. 1, 3, 9. *et saepe*). CATVLL. 64, 183 lentos (*al., v. vol. VII 2, 1162, 24*). VERG. Aen. 5, 15 validis (10, 294 VAL. FL. 2, 311. 4, 689). 5, 114 gravibus (SIL. 8, 600). PROP. 1, 11, 9 minutis. VAL. FL. 1, 460 breviore (IVV. 15, 128 brevibus). 6, 326 lĕvibus (STAT. Theb. 6, 22). AVIEN. Arat. 404 longis. CLAVD. DON. Aen. 5, 150 p. 442, 28 iuvabatur ... -orum meliore substantia (*cf. p. 1083, 53*). CLAVD. rapt. Pros. 1 praef. 2 primus ... qui ... rudibus -is sollicitavit aquas. **2** *actio frangendi sim.*: CAES. civ. 1, 58, 1 *hostes* -os ... detergere ... contendebant (*al., v. vol. V 1, 797, 6 sqq.; cf.* LIV. 37,

*[N.H.]*

30, 10 ancorale ... implicitum -is latus alterum detersit. CVRT. 9, 9, 16 abstergeri ... invicem -i). VERG. Aen. 1, 104 procella velum adversa ferit ...; franguntur -i ([SERV. vel gubernacula vel, quod melius est, re vera -i]. 5, 209 fractos ... -os. 5, 222 *v. p. 1083, 15.* HOR. epod. 10, 6 LIV. 37, 28, 10. *al.; cf.* -orum fragmina: VERG. Aen. 10, 306; -orum fragmenta: CVRT. 9, 9, 20 CLAVD. DON. Aen. 5, 205 p. 447, 19). 5, 205 acuto in murice -i obnixi crepuere. 5, 271 amissis -is (*v. p. 1028, 4; cf.* CLAVD. DON. Aen. 5, 270 p. 453, 9 -orum ... amissione). 5, 663 furit *ignis* ... transtra per et -os et pictas abiete puppis. LVCAN. 3, 609 mixtis obliquo pectine -is. PLIN. nat. 13, 139 *caniculis marinis* -os ... invadentibus. FLOR. epit. 2, 2, 8 detorquere -os (*inde* IORD. Rom. 164). *al.* **3** *fabricatio* (*cf.* GLOSS. III 308, 28 κωποξύστης [-ξισ- *cod.*]: -orum rasor [*sim. al.*]): VERG. Aen. 1, 552 (*reparatur classis quassata*) et silvis aptare trabes et stringere -os (SIL. 6, 352). 4, 399 *nautae* frondentis ... ferunt -os et robora silvis infabricata fugae studio. PLIN. nat. 7, 209 -um *invenerunt* Copae, latitudinem eius Plataeae. VAL. FL. 1, 125 -is ... paratis. STAT. Ach. 1, 429 caeduntur robora classi, silva minor -is. *al.*

**D** *respic. alii usus*: **1** *vertitur -us ad novum officium: varia exempla*: VERG. Aen. 10, 290 per -os alii, *sc. in terram descendunt.* PETRON. frg. 32, 4 (= ANTH. 470, 4) -orum levitas naufraga membra vehit (*cf.* VAL. FL. 8, 361 naufragus ... incipit ... -os ... quaerere. HIER. in Ier. 4, 32, 3 ut ante naufragium ... -os tabulasque corripiant). RVT. NAM. 1, 347 parvula subiectis facimus tentoria -is. *-o pugnatur sim.*: LVCAN. 3, 671 -um contorsit in hostem alter. SIL. 5, 135 Scylla ... contorquens pondera -i. 14, 545 -is male fervidus ille festinat spoliare ratem. TAC. ann. 14, 5, 3 Acerronia *naufraga* ... contis et -is ... conficitur. SVET. Tib. 62, 2 damnatos ... praecipitari ... in mare iubebat, ... classiariorum manu ... contis atque -is elidente cadavera (*cf.* AMM. 24, 1, 5 *cervi* ponderibus ⌞elisi⌟ -orum [in sae *cod.*, inlisi *Heraeus*]). Cal. 32, 1 quosdam ... contis -isque detrusit in mare. HEGES. 3, 20, 2 p. 224, 24. PS. VICT. VIT. pass. 14 iussit eos -orum vectibus enecari. **2** *-o gubernatur navis* (*cf. in imag. p. 1086, 17; aliis locis saepe disting.* gubernacula *sim., e. g.* LVCR. 4, 439 PETRON. 114, 13 PLIN. nat. 12, 87 SVET. frg. p. 233, 6; *dub. an huc pertineat* BOETH. categ. 7a7 sqq., *ubi vertitur compluries* τὸ πηδάλιον [*cf. p. 1055, 62 sqq.*]): MAR. VICTORIN. in Cic. inv. 2, 153 *cum* alter -um imperitus gubernandi tenuerit (*cf. Cic. inv. 2, 154* ad gubernaculum accessit). SERV. Aen. 1, 104 *v. l. 3.*

**E** *cetera exempla* (*selecta*): VERG. Aen. 5, 837 sub -is fusi per dura sedilia nautae *dormiunt.* 6, 233 Aeneas ... sepulcrum imponit suaque arma viro -umque tubamque (*huc spectant*: STAT. silv. 3, 5, 98 Iliaco ... iugum memorabile -o. 5, 3, 167). OV. met. 14, 551 (*naves in nymphas mutantur*) in digitos abeunt et crura natantia -i. MART. epigr. 26, 4 (*chorus natantium depingit corporibus navem*) credidimus -um credidimusque ratem (*cf.* SCHOL. Opt. Porf. carm. 19, 6 versus ..., qui ... incipiunt ... a -is [*versus intexti depingunt navem*]). HYG. fab. 134, 2 Liber ... -os in thyrsos commutavit. AMPEL. 8, 5 *in aede Apollinis positi sunt* -i Argonautarum. *al.*

**II** *in imag.* (*compar. l. 64. 71 sqq. al.*) *vel translate; agitur*: **A** *de exercitatione*: PLAVT. Asin. 519 (*meretrix ad lenam*) si reposivi -um, sola ego in casteria ubi quiesco, omnis familiae causa consistit tibi. CIC. Tusc. 3, 25 taetra ... res est ... omni contentione, velis, ut ita dicam, -isque fugienda (*cf.* OV. rem. 790 -is adice vela tuis! FRONTO p. 88, 20 quamquam non semper ex summis opibus ad eloquentiam velificaris, tamen sipharis et -is te tenuisse iter. AVG. beat. vit. 4 ut ... tum demum me ... totis velis omnibus -is in illum sinum *philosophiae* raperem). 4, 9 (*antea p. 1029, 39*) utrum panderem vela orationis statim an eam ante paululum dialecticorum -is propellerem. OV. ars 2, 731 (*de coitu venerio*) cum mora non tutast, totis incumbere -is utile. rem. 532 desine luctari! referant tua carbasa venti, quaque vocant fluctus, hac tibi -us eat! trist. 1, 1, 91 (*ad librum Augusti oculos petentem*) difficile est ... hinc, -is utaris an aura, dicere. 4, 5, 19 -is ad opem luctare ferendam, dum veniat placido mollior aura deo! Pont. 2, 6, 37 (*iam adiuvantem hortatur*) -o ... utor in aura. AVG. c. acad. 2, 1, 1 contra illos fluctus ... fortunae cum obnitendum -is qualiumcumque virtutum tum ... divinum auxilium ... implorandum est. *al.* **B** *de aliis modis se propellendi*: CIC. nat. deor. 2, 125 tamquam -is ita pinnis cursus avium *in forma trianguli volantium* levatur (*cf.* OV. met. 5, 558 alarum insistere -is. SIL. 12, 98 *Icarum* lapsum ... solutis pennarum -is). OV. epist. 18, 215 (*Leander Heroni*) cum patietur hiemps, -is ego corporis utar (*cf. p. 1083, 47*). MANIL. 5, 425 aequore mersas diducet *natator* palmas, furtivus -us in ipso (furtivo -is *codd. plerique,* furtiva biremis *Housman, fort. recte*). PLIN. nat. 9, 94 *nauplium* dimissis palmulis ferire, ut -is. ANON. de mach. bell. 17, 2 boves ... rotas ... volvunt, quarum ... radii ... in modum -orum aquam conatibus elidentes ... operantur. AMBR. hex. 5, 1, 4 *hippopotami non* vestigio utuntur pedis ad incedendum, sed tamquam -o ad reptandum. 5, 22, 74 *ut aves natatiles* quasi -is quibusdam ita pedibus suis ... aquarum fluenta propulsent (*gr. 8, 7 p. 184*[B] κώπαις. *cf.* EVSTATH. Basil. hex. 8, 7, 19 tamquam -is quibusdam pedum). *al.* **C** *de rebus variis*: PROP. 3, 3, 23 (*de poeta magna non temptante*) alter -us aquas, alter tibi radat harenas (*item respic. actio vel opus modestius, timidius*: SEN. Ag. 107. PS. CATO dist. 4, 33 quod potes, id tempta: nam litus carpere -is tutius est multo quam velum tendere in altum. NEMES. cyn. 60 [*poeta de eclogis ad maiora se vertit*] ratis ... sueta ... tutos ... sinus percurrere -is nunc primum dat vela notis). HOMER. 1065 vatis ... carinam, -is quem cernis stringentem litora paucis (*in fine operis brevis*). QVINT. inst. 12 prooem. 4 *Cicero* contrahit vela inhibetque -os (*i. in disputatione quaedam non tractat; sim.* AVG. anim. 2, 13, 18 p. 353, 14). VET. LAT. Ezech. 27, 6 (cod. 175, *sim.* Hier. *ad loc.* l. 803; *civitas opulenta tamquam navis describitur*) de Basanitide fecerunt -os tuos (*gr.* τὰς κώπας, VVLG. quercus de Basan dolaverunt in -os tuos). PS. GARG. MART. med. p. 210, 16 palo ligneo in modum -i formato compositio ... est commovenda. PAVL. NOL. epist. 23, 30 fide veri atque opere iusti a dextris ... et sinistris velut -is armantur. PS. AVG. serm. ed. Mai 75, 4 habuit *caecus* manus metantes itinera, quae quasi alae vel -i totam molem corporis gubernabant (*cf.* 97, 7 peccator ... debet ... -is suae paenitentiae gubernare, ut ad portum misericordiae valeat pervenire). DRAC. laud. dei 3, 708 (*per miraculum ossa reviviscunt*) accedunt umeris -orum more lacerti (*obscurum; eo quod ambobus lateribus extenduntur?*). CAES. AREL. epist. ad virg. 2, 3, 27 dum se putant esse securos, ... *non* ieiuniorum quasi -orum adiutorium petunt. *al.*

*appendix syntactica et stilistica*: **1** *vergit in metonymian vel synecdochen, sc. -i nominantur ad alias res indicandas vel epitheta ad eas pertinentia accipiunt*: **a** *remiges eorumve actiones*: *adi.*: VERG. Aen. 3, 668 certantibus. OV. epist. 15, 65 agili. 21, 79 tardis. SEN. Tro. 1045 properante. VAL. FL. 7, 25 grata ... fessis descendunt flamina -is. SIL. 14, 538 ignavum. AVSON. Mos. 40 celeres. CLAVD. 7, 56 audacibus (DRAC. laud. dei 2, 291). *enunt. totum*: VERG. Aen. 8, 89 -o ut luctamen abesset (*inde* PROBA cento 554). OV. met. 3, 619 *v. p. 1084, 56.* LVCAN. 6, 385 Minyae gens cognita -is. **b** *navem, classem*: HOR. ars 65 sterilis ... ⌞palus prius⌟ aptaque -is (*Bentley,* diu palus *trad., alii alia; cf.* CLAVD. 26, 338 *Rhenus et Hister* ambo habiles -is, ambo glacialia secti terga rotis). PROP. 4, 6, 20 (*ad Actium*) nec -is aequa favebat avis. OV. epist. 2, 87 *et* 3, 65 *v. p. 1084, 23 sq.* STAT. Ach. 1, 26 Thetis Idaeos ... expavit vitreo sub gurgite -os. TAC. ann. 2, 15, 2 inane victis *militibus* ventorum -orumve subsidium. CLAVD. rapt. Pros. 2, 360 (*355 sq.* mors nulla vagatur in terris) portitor ... vacuos egit ... -os. **c** *iter vel pugnam*: PROP. 1, 8, 19 felici (*cf. p. 1082, 67*). SEN. Ag. 107 propiore.

**2** *-i nominantur iuxta alios modos, instrumenta propellendi vel pergendi*: **a** *vela, ventos: opp. usus -orum e. g. p. 1082, 55. 1083, 12. 33. 68. 1085, 59; -is velisque simul navigatur e. g. p. 1082, 66. 1083, 13. 26. 1085, 50 sqq.* **b** *varia: opp.* conti BOETH. in categ. comm. 2 p. 224[B] (*utrique simul adhibentur* PLIN. epist. 8, 8, 3), pedes *p. 1083, 17,* rotae *l. 35 et* AVSON. 27, 4 (399 S.), 12, vehiculum EPIST. Arel. 8 p. 14, 22, veredus SIDON. epist. 8, 11, 3 vers. 31.

**3** *additamenta quaedam*: **a** *indicantur remiges vel qui eis imperant per: gen. vel pron. poss.*: OV. epist. 2, 87 tuo. 13, 5 vestris. LVCAN. 8, 37 cuius (*i. Pompeii classi imperantis; cf.* FIRM. err. 28, 6 [*ad imperatores*] sub -is vestris [*sim.* CLAVD. 15, 463]). SEN. Med. 367 regum. VAL. FL. 4, 654 Phaleri. *al.* *adi.*: OV. epist. 3, 65 Pthiis. LVCAN. 3, 705 hostiles. STAT. silv. 3, 5, 98 Iliaco. Ach. 1, 26 Idaeos. CLAVD. 3, 173 Thessalicis. 24, 365 Bromios. **b** *indicatur navis per: gen.*: PAVL. FEST. p. 279 scaphae (*v. p. 1083, 32*). VAL. MAX. 9, 15, 2 triremis. SEN. Med. 608 audacis ... carinae. IVV. 15, 128 testae. TAC. ann. 2, 23, 2 mille navium. *adi.*: STAT. silv. 4, 6, 42 Argoos.

**4** *ponitur sing. pro plur.*: VERG. Aen. 3, 384. 8, 89 CIRIS 461 TIB. 1, 4, 46 PROP. 1, 8, 19 OV. am. 2, 11, 5. 3, 8, 43. *al.* SEN. Ag. 107. *al., sc. apud poetas praeter* AVG. serm. 156, 13 *bis.* EPIST. Arel. 8 p. 14, 22 GREG. TVR. Mart. 4, 29 (*cf. etiam p. 1083, 1 sqq.*).

*deriv.*: remitus, remulus.

*compos.*: remex, remiligio, remipe(du)s, remivagus; aequiremus, biremis (*sim.* decem-, quadri-, quinque-, septemremis *et* septeresmus, triremis *et* triresmus, undeciremis), citiremis; *cf.* hexe-, penteremis.

**remūtābilis** NOT. Tir. 31, 81. *a* remutare. *N. H.*

**remūtātio, -ōnis** *f.* *a* remutare. *fere i. q. mutatio* (*vi praeverbii evanida*): MARTYR. gramm. VII 183, 8 *verba quaedam* eandem scripturam, *sc. bi,* etiam ⌞in -e⌟ servare desiderant, *e. g. cubile cubitus* (*antea*: in transfiguratione. ⌞ ⌟ *Cassiod.* in derivationibus). RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 218, 37 Apollinarius ... nominum -em ... fraudulenter induxit, pro domino, *sc. duarum naturarum,* ... deum verbum tantummodo exponens.

**remūto, -ātum, -āre.** *a* re- *et* mutare. NOT. Tir. 31, 75 -at. [*falsa var. l.* -andi COLVM. 9, 1, 7 (*pro* aere mutandi; *cf. 8, 5, 4 et vol. VIII 1727, 1 sqq.*), muta -a QVEROL. p. 40, 15 (*pro* mutare multa).]

*[Bk.]*

**1** *i. q. mutando restituere*: HESYCH. in lev. 13, 1 p. 931$^{D}$ si ... -tus fuerit *leprosus* in album (*comprehenditur Vet. Lat. lev. 13, 16* [*ibid. p. 929$^{D}$*] si ... restitutum fuerit corpus sanum et commutatum fuerit in album [*gr.* ἐὰν δὲ ἀποκαταστῇ ... καὶ μεταβάλῃ, *cod. 100* si ... cessaverit ... et mutaverit, *Vulg.* si rursum versa fuerit *caro* in alborem]). **2** refragatur: -at GLOSS.$^{L}$ I Ansil. RE 624 (*cf. 622sq.* r.: dissentit. r.: demutat).

*deriv.*: remutabilis, remutatio. *Bk.*

※**rēn,** rēnis *m.* (*f. v. l. 18*). [*orig. inc.; fort. comparari potest hibern. vet.* áru *'ren'* < *āron- < *e̯$_2$e-e̯$_2$r-on-; *lat.* rēn < *e̯$_2$r-ēn; *cf. etiam hethit.* hahri- *'praecordia, viscera media'* < *e̯$_2$e-e̯$_2$r-i-, *tochar. A* āriñc *'cor'. v. Matasović, Etym. Dict. of Proto-Celtic, 2009, 42. Mei.*] *de origine*: LACT. opif. 14, 3 quos ait Varro ita dictos, quod rivi ab his obsceni umoris oriantur (*inde* ISID. orig. 11, 1, 97). *de scriptura: praevalet* ren-, *sed* rien- *exhibent* PLAVT. *p. 1088, 40* (*apud* FEST. *l. 41*). PETRON. 35, 3. LACT. opif. 12, 2 (*cod. B saec. V, ut* 14, 3). SYMM. epist. 6, 73 *et saepe apud gramm., e. g. l. 17.* *de genere: masc. testantur* CHAR. gramm. p. 28, 14 hic -n -is. PRISC. gramm. II 149, 7 in 'en' producta ... sunt masculini ... 'riēn' vel 'rēn'. *al.; fem. testantur* PROB. inst. gramm. IV 123, 4sqq. haec -n *eqs.* PS. PALAEM. reg. 1, 49 in feminino, ut ... '-n', *exhibet* VET. LAT. lev. 3, 4 (cod. 100, *ut ibid.* 7, 4 *et p. 1088, 61*) *et fort. l. 46; genus commune testantur* PRISC. gramm. II 221, 14 in 'en' productam ... generis sunt masculini vel feminini, ... ut ... 'rien rienis' vel 'ren renis'. VIRG. gramm. epit. 5, 6, 3 communia nomina sunt, ut ... renis. *al.; ?neutr. plur.* renia *fort. l. 46* (*an est sing. fem.?*).

*de formis* (*tribuit decl. tertiae e. g.* PS. ASPER gramm. suppl. 61, 17 adn. [*cod. B*] piscis, renis): *plerumque exstant formae plur.* (*cf. André, Vocab. latin de l'anatomie, 1991, 157; plur. tantum testatur* DVB. NOM. gramm. V 589, 10sqq.), *sed sing. nom.* -n *occurrit apud* PLAVT. *p. 1088, 40 et saepe apud gramm. et in glossis* (*e. g.* GLOSS. II p. XII rien et ren: singulare renum), *ceterum* -is *l. 23. 26 et fort. l. 45,* -e *p. 1089, 1, vix* -ia *l. 23, gen.* -is *p. 1088, 6. 1089, 19. 70 et* ANTHIM. 16. *al., acc.* -em *apud gramm. et* ANTIDOT. Brux. 139 PLIN. phys. Sang. p. 202 l. 17. ANTH. 902, 10 (*nisi medii aevi*), *abl.* -e *p. 1088, 45. 1089, 31 et apud gramm.* *gen. plur.* -ium *in codd. vet.* VET. LAT. deut. 32, 14 (cod. 100 *et* 104). FRG. Ps. Apul. herb. l. 6 (*M*). ORIBAS. syn. 9, 24 add. Aa p. 326. *al., in recc.* PLIN. nat. 20, 108. 27, 130 (-um *var. l., ut* 28, 63. *al.*). *al.* GARG. MART. med. 53, 10 (-u(u)m *var. l.*). *al.,* -um *in codd. vet.* LACT. opif. 14, 3 (*B*). ORIBAS. syn. 1, 10, 7 Aa p. 49, 6. *al., in recc.* CELS. 2, 1, 22. SCRIB. LARG. 125 (-ium *var. l., ut* 143. *al.*). PLIN. nat. 20, 46. *al.*

*de mensura*: rēn- *produci testatur* PRISC. *l. 17. 21, sed corripi vid.* ARATOR act. 2, 347 *p. 1089, 20.* *de notione*: FEST. p. 277 rienes ... antiqui nefrundines appellabant *eqs.* (*v. vol. IX 1, 447, 29sq.; affert p. 1088, 40*). GLOSS. II 376, 2 νεφρός: rien, rienis. III 248, 2 οἱ νεφροί: -es, lumbi. V 386, 49 rien: lendino (*sim.* GLOSS.$^{L}$ Corp. R 178 rien: laendino. *anglosax. ut ibid.* 121 ⌊renis⌋: hedir [*plur. intellegit Lindsay*]). Vatic. Reg. 203, 93 nefres graece, ⟨l⟩atine r⟨eni⟩a. *sim. al.* *legitur in versibus raro apud* PLAVT. *et inde ab* HOR., *in orat. soluta in* TAB. devot. *saec. II a. Chr.* (*v. p. 1088, 42*), *apud* CIC. (*bis*), VARRONEM (*v. l. 12*), *saepius inde a* CELSO; *frequentant scriptores rei medicae.* [*plur. i. q. 'lumbi, pars corporis circum os sacrum, dorsum' (cf. p. 1088, 68sqq.): val.* rână *et var. dial.* (*a neutr. plur.* *rēna, *ut vasc.* reo, arreyo, arrìa, arrenhe), *hisp. vet.* renes; *i. q. 'animus' (cf. p. 1090, 8sqq.): langob. vet.* (*Lodi*) rena. *vocem numero plerumque plur. de ipsis visceribus adhibitam (cf. l. 64sqq.) continuant haec a serm. docto medicorum haud aliena: it.* rene, *sard. centr.* rène, *raet. occ.* (*Engadin*) aräñts (*plur.*), rain, *francog.* rein *et var. dial., port.* rim. *cf. M.-L. 7206 et Faré, Postille. Tiktin-Miron$^{3}$ III 310. Battisti-Alessio V 3229. Cortelazzo-Zolli$^{2}$ 1344sq. Wagner II 350sq. Wartburg X 248sqq. Corominas-Pascual V 27. Houaiss$^{2}$ 2458. Schd.-Cr.*] [*falso trad.* PLIN. nat. 11, 180. 194 (*v. app. crit. utrobique*); *restit. pro* lien PLIN. nat. 22, 83; *e coni. dub.* ARNOB. nat. 3, 13 p. 171, 23; *loco corrupto* MART. CAP. 3, 296.]

*fere i. q.* νεφρός (*quod gr. resp. sub IA1, IB et II, ceterum* ὀσφύς *sub IA2,* πλευρόν *p. 1089, 54,* ψόα *p. 1088, 71. 73. 1089, 29*): **I** *de parte corporis animantium* (*siderum quoque, ut e. g. p. 1088, 65*): **A** *vario usu*: **1** *de visceribus lumbis inhaerentibus et munere excernendi fungentibus* (*maxime plur.*): **a** *hominis*: **α** *respicitur -ium infirmitas, aegritudo sim.; agitur*: Ⓘ *de morbis -ium et remediis*: Ⓐ *quolibet contextu*: PLAVT. Curc. 236 lien enecat, -es dolent. CIC. Tusc. 2, 60 cum *philosophus* ex -bus laboraret *eqs.* HOR. sat. 2, 3, 163 quod latus aut -es morbo temptentur acuto (*item fere* epist. 1, 6, 28). FIRM. math. 5, 6, 2 *luna* -es acerbo dolore discruciat.

Ⓑ *apud medicos*: ① *gen.* -is, -um *pendet e subst. morbum sim. indicante*: dolor -um: CELS. 2, 1, 22 articulorum et -um dolores. SCRIB. LARG. 125 *compositio* ad -um d. bene facit. 144 ad -um tumorem et d. *al.* PLIN. nat. 20, 108 ad lumborum et -ium dolores. 28, 199 in -ium d. ⌊leporis -es⌋ crudos *devorare* (⌊ ⌋ *ad p. 1088, 57sq.*). *al.* GARG. MART. med. 53, 10 iocineris ac -ium. MARCELL. med. 20, 93 ad calculosos et ad -ium d. (*cf. l. 17sqq.*). *et saepe.* *cetera exempla*: SCRIB. LARG. 143 (= ind. capp. 143) ad -um tumorem et exulcerationem ([*inde* MARCELL. med. 26, 1]. PLIN. nat. 21, 137. *cf. l. 9*). PLIN. nat. 20, 14 vitiis ... -ium (20, 31. 136. *al.* GARG. MART. med. 3, 3. *al.*). *al.* CAEL. AVR. chron. 5, 3, 52 passio tarda -is aut -um (ORIBAS. syn. 1, 10, 7 Aa p. 49, 6 [*gr.* νεφροί]). *al.*

② *cetera exempla; agitur*: *de quibuslibet morbis eorumve remediis* (*fere ipsi -es morbo sim. affici dicuntur, sed homines l. 13sq.*): CELS. 2, 7, 11 -es exulcerati sunt (*al., v. vol. V 2, 2103, 67sqq.; cf.* PLIN. nat. 28, 125 ad omnia intus exulcerata, maxime -es *eqs.* CASS. FEL. 46, 5 ex -bus ulceratis). 2, 7, 12 in -bus vitium est. 4, 17, 1 -es ubi adfecti sunt *eqs.* (4, 27, 1$^{D}$ add. l. 22 vesicae vitiis affici -es). SCRIB. LARG. 93 pastillus ... ad phthisicos et vesica -busque laborantis (*inde* MARCELL. med. 16, 7. *cf. p. 1087, 68 et* PLAC. med. 3, 12 rec. *β* ad nefreticos, qui a -bus laborant). PLIN. nat. 20, 257 radix ... -es purgat. 23, 142 *nuces* -bus, vesicae utiles. *al.* PALLAD. 1, 4, 2 -es nullo dolore ... vexantur. THEOD. PRISC. log. 109 -bus ... dolentibus (MARCELL. med. 26, 47. *al.; cf. p. 1087, 67*). *al.* *de lapidibus -ium*: SCRIB. LARG. 145 si cui ... lapis in -bus innatus fuerit *eqs.* PLIN. nat. 21, 175 -ium ... harenis (22, 59). 22, 72 lapides -ium (PRISC. periheg. 983). 25, 168 extrahere -bus harenam. CASS. FEL. 45, 2 lapides in -bus natos. ORIBAS. syn. 9, 24, 6 La p. 324 in -bus ... lapides generantur (*gr.* νεφροῖς). *al.*

Ⓘⓘ *de vulneribus*: CELS. 5, 26, 2 servari non potest, cui ... -es vulnerati sunt. 5, 26, 11 -bus ... percussis (*cf.* BACHIAR. repar. laps. 8 [*ad II reg. 3, 27*] Abner de cuspide lanceae in -bus ... percussus). VET. LAT. thren. 3, 13 (cod. 177) *dominus* induxit -b⟨us⟩ meis venenatas sagitta⟨s⟩ (*gr.* νεφροῖς, VVLG. misit in -bus meis filias pharetrae suae). AVELL. 225, 6 caput ... fregerunt episcopo in duabus partibus et -es eius dissipaverunt.

**β** *respicitur -ium officium, natura, situs sim.* (*cf. p. 1087, 12; fusius ad rem* VINDIC. epit. alt. 26): *per -es excernitur humor, decurrit urina sim.*: CIC. nat. deor. 2, 137 umores, qui e -bus profunduntur. GELL. 17, 11, 2 *recrementa* humidiora per -es in vesicam *convenire* (*inde* MACR. Sat. 7, 15, 4). ORIBAS. syn. 9, 24, 1 La p. 323 aquosa superfluitas ... per -es in vissica deducitur ad urinas (*gr.* νεφροί). *al.* *cetera exempla*: CELS. 4, 1, 5 -es ... lumbis ... inhaerent, a parte earum resimi, ab altera rotundi, ... venosi sunt *eqs.* IREN. 2, 24, 4 l. 141 cor et epar, pulmones, splen, -es (*in enumeratione viscerum ut*: CHALC. comm. 37 lien, hepar, duo -es. *al.*). LACT. opif. 12, 2 -es duo sunt. VINDIC. epit. alt. 26 hii genitale semen portant. *al.*

**γ** *cetera exempla*: PLAVT. Sat. frg. 3 glaber erat tamquam rien (*in compar. ut*: PLIN. nat. 27, 30 *herba* semen ... gignit, simile -bus). TAB. devot. (CIL I$^{2}$ 2541 = IV 9251a; *Pompeiis, saec. II a. Chr*) capilu(m) cerebru(m) flatus ren⟨es⟩ (*in defixione ut*: TAB. devot. [Jahresh. Österr. Arch. Inst. 35, 1943, 114; *Brigantii, saec. III?*] re⟨n(es)⟩, anum *eqs.*). CELS. 4, 1, 9 *intestinum* cum quibusdam membranulis a sinistro -e venientibus iungitur. 4, 1, 10. APVL. Plat. 1, 16 p. 215 per medullas -um. FIRM. math. 2, 24 hominis ... -es ⟨et⟩ vertebrae in Libra. *al.*

**b** *animalis* (*signi l. 65sq.*): **α** *respicitur usus (sc. -ium vel adipis sim. eorum)*: *in medicina vel cibis*: CELS. 2, 21 mali ... suci sunt ... lienes, -es, intestina. 4, 16, 4 *medicamen* fit ex sinapi, cui ⌊sebi⌋ hirquini ⌊a -bus⌋ quarta pars ponderis adicitur (⌊ ⌋ *item* 5, 18, 6 s. vitulini ... a -bus. 5, 18, 34. PLIN. nat. 28, 144 a -bus ... omne *s.* laudatissimum est. *al.; cf. l. 54*). PETRON. 35, 3 super Geminos, *i. signum zodiaci,* testiculos ac -es *structor imposuit.* PLIN. nat. 28, 98 cum adipe -ium (*cf.* 28, 233 qui *adeps* est ad -es. MARCELL. med. 27, 104 adipem caprunum de -bus sublatum). 28, 102 -ium nervos potos in vino. 28, 189 tonsillis ... -es vulpium aridi *prosunt* (*inde* PLIN. med. 1, 16, 4). 28, 213 leporis -es inveterati (PLAC. med. 3, 9 rec. *α*. *al., adde p. 1087, 75*). *ibid.* asini -es (28, 215). *al.* APIC. 7, 8 tit. lumbi et -es. *al.* *in sacrificio*: VET. LAT. exod. 29, 22 (cod. 100, *sim.* VVLG.) sumes ab ariete adipem ... et duos -es (*gr.* νεφρούς, *ut* lev. 8, 25 [*ibid.*] accipiens Moyses adipem ... et duas -es [VVLG. duos]). AVG. quaest. hept. 3, 22 pinnam iocineris cum adipe ventris et -um ... offerri domino. *al.* **β** *cetera exempla*: PLIN. nat. 11, 206 quaterni -es cervis, contra pinnatis ... nulli (*inde* 1, 11, 81). *ibid.* -es habent omnia quadripedum, quae animal generant. *al.* FIRM. math. 8, 4, 1 in -bus *signi Arietis* (*sim.* 8, 4, 5. *al.*). AVG. civ. 22, 8 p. 578, 13 lapidem in -bus inventum bovis (*cf. l. 17sqq.*). *al.*

**2** *de parte dorsi infima, regione corporis circum lumbos sim.* (*cf. André [op. p. 1087, 26 cit.], 231; in imag. p. 1089, 16*): **a** *animalis* (*apud medicos praeter l. 72*): COLVM. 6, 30, 4 oleum ... supra ilia et -es infunditur (*inde* PELAGON. 162 [*Hippiatr. gr. I p. 224, 18* ψύας]). NEMES. cyn. 112 *canis* -bus ampla satis validis. PELAGON. 65 -es ... aqua ... foveto (*Hippiatr. gr. II p. 63, 21* ψύας). 267, 2 de posterioribus se difficile elevant, sed a -bus subsidunt (*gr. I p. 189, 2* νεφρούς). 529$^{bis}$ cod. Eins. (Rev. Hist. Text. 19, 1989, 55) *equum* -bus rigidis *eqs.* (*gr. I p. 31, 22* περὶ τοὺς νε-

*[McNamara]*

φρούς). Chiron 316 ilia dura ... a -bus. 882 si -e unctione[m] ... sanus factus erit. *al.*

**b** *hominis* (*dei infra l. 14sqq. 22*): **α** *respiciuntur morbi eorumve remedia sim.*: Plin. nat. 22, 65 *ramuli adianti* inlinuntur ... -bus. 22, 143 *lens imponitur* vulvis et -bus. *al.* Vvlg. Nah. 2, 10 (*de Ninive*) dissolutio geniculorum et defectio in cunctis -bus (*gr.* ὀσφύν, *Hier. ad loc. l. 294* dolores super omnem lumbum. *explicatur l. 48sq.*). Marcell. med. 26, 32 perunges -es. Cass. Fel. 46, 14 apponendum ... medicamentum ... -bus. Soran. p. 111, 17 cervicale -bus adposito (*gr. p. 150, 13* ὀσφύν). *al.*

**β** *quolibet contextu*: ① *-es praecinguntur, teguntur sim.* (*allegorice e. g. l. 18; cf. vol. VII 2, 1809, 65sqq.*): Vet. Lat. exod. 12, 11 (cod. 56. *al., sim.* Vvlg.) -es vestros accingetis (*gr.* ὀσφύες, *Cypr. testim. 2, 15. al.* lumbi). Dan. 10, 5 (cod. 176, *sim. al. et* Vvlg.) -es eius cincti auro ophaz (*gr.* ὀσφύν). Hier. in Ier. 3, 14, 5 cinctorium ..., quod dei -bus iungitur, populus Israhel est (*allegorice ad Ier. 13, 1sqq.; sim. explicatur* 3, 14, 9 ne ... per neglegentiam ab illius -bus separetur [*vergit ad B*]). Vvlg. exod. 28, 42 ut operiant carnem turpitudinis suae a -bus usque ad femora. Is. 11, 5 (*allegorice*) erit iustitia cingulum lumborum ... et fides cinctorium -is eius (*inde sim.* Ven. Fort. laud. Mar. 100). Arator act. 2, 347 (*respic. exod. 28, 42*) sacerdos ⌊obstrictis -bus⌋ (-bus o. *cod. unus et pars edd.*). *al.* ⓘⓘ *cetera exempla*: Hier. epist. 18A, 6, 5 (*ad Ezech. 8, 2*) *deus* a -bus usque ad pedes videtur igneus. in Ier. 6, 3, 2 (*cf. Ier. 30, 6*) manus ... ad -es tenendos (*seq.* ilia lumbosque). Vvlg. Dan. 5, 6 conpages -um eius *regis* solvebantur et genua ... conlidebantur. Fvlg. myth. 3, 7 partes in homine deos singulos obtinere, ut Iovem caput ..., -es et inguina Veneris (*var. l.* Venerem *def. Fischer, Voces 23/24, 2012/13, 50 adn. 55*). Lex Sal. Merov. 104, 4 si quis mulierem ... pregnantem ... in -is percusserit *eqs.* Pallad. hist. mon. I 19, 13 p. 278[D] *daemon* -es ipsius *hominis* ... percussit (*gr. p. 61, 16* ψοῶν). *al.*

**3** *de genitalibus feminae* (*v. Adams, Latin Sex. Voc., 1982, 92*): Avson. 13, 14 (13 S.), 2 utere -e (vere *Avantius*) tuo; casta puella anus est.

**4** *de parte spinae iumenti* (*v. Adams, Pelagonius, 1995, 374sqq.*): Chiron 176 tabescit a -bus, id est ab articulis lumborum. 238 oleo ... -es et totum tergus perfricare (*inde* Veg. mulom. 1, 52, 3 -es et totam spinam cum dorso p.). 342 in parte -um usque ad mediam spinam. Veg. mulom. 3, 1, 1 in cervice ... sunt spondyli vii, spatulae -um sunt viii, a -bus usque ad anum vi. 3, 2, 2 spina continet ... spatulas xxxii, a commissura -um, quod cumulare dicitur, usque ad imum muscarium *eqs.* *al.*

**B** *usu christiano (v. Meershoek, Latin biblique, 1966, 177sqq. et cf. l. 14sqq.); significantur*: **1** *genitalia vel sedes generandi, sc. fere per pudorem* (*cf. l. 30. p. 1088, 39; generari dicuntur sententiae l. 51*): Vet. Lat. Ier. 1, 5 (Aug. divers. quaest. 68, 6 Ps. Primas. in Rom. 9 p. 472[D]) cum esses in -bus patris tui, vidi te (*gr. et Vulg. aliter; contaminatum vid. per Hebr. 7, 10, cf.* Avg. retract. 1, 26, 69 unde mihi tamquam scriptum sit occurrerit, nescio). Tert. resurr. 60, 3 -es conscii seminum et reliqua genitalium. Iren. 3, 21, 5 de fructu -um eius *viri*. Hier. hom. Orig. in Ezech. 1, 3 p. 323, 20 -is ... coitus significatio est. in Nah. 2, 10 l. 334 (*spectat ad l. 6*) quod omnia opera, quae ad commixtionem pertineant, -um appellatione monstrentur. tract. in psalm. II p. 377 l. 400sqq. (*ad l. 62*) -es ... pro seminum locis ...; ut, quomodo initium hominum ... in semine conditum est, ita sententiarum ... (l. 403; *in imag.*) nostrarum exordia ... habere -es suos. Vvlg. III reg. 8, 19 filius tuus, qui egredietur de -bus tuis (*inde, ut vid.,* Vigil. Thaps. c. Arian. 1, 11, *nisi est Vet. Lat.* [*gr.* τῶν πλευρῶν]). Rvfin. Orig. in psalm. 37 hom. 1, 6 in -bus ... humanorum seminum receptaculum esse. Hesych. in lev. 3, 1 p. 814[A] -es ... coitalium seminum sunt ministeria. Cassiod. in psalm. 15, 7 l. 154 (*spectat ad l. 62*) -es ... parentelam declarant, per quos ... generatio humana seminatur. *al.*

**2** *interiora, secreta animi sim.*: **a** *loci sacrae script.* (*gr. resp. ubique* νεφροί): Vet. Lat. psalm. 7, 10 (cod. 300, *sim. al. et* Vvlg.) scrutans corda et -es deus (*sim.* apoc. 2, 23 [cod. 51. *al. et* Vvlg.]). 15, 7 (cod. 303, *sim. al. et* Vvlg.) ad noctem increpaverunt me -es mei. 25, 2 (cod. 400, *sim. al. et* Vvlg.) proba me, domine ...: ure -es meos. Ier. 11, 20 (cod. 32, *sim. al. et* Vvlg.) probas -es et cor. Vvlg. prov. 23, 16 exultabunt -es mei (*gr. aliter*). *al.*

**b** *apud ecclesiasticos (plerumque explicantur loci l. 59sqq. allati); -es sunt*: **α** *sedes cogitationum, conscientiae, memoriae* (*iuxta ponitur* cor *vol. IV 941, 26sqq.*): Tert. adv. Marc. 4, 33, 6 (*eadem fere* 5, 7, 1) *deus* lucernam se pronuntiarat, ⌊scrutantem -es et corda⌋ (*cf. l. 61, unde* Cypr. mortal. 17 deus scrutator est -is et cordis et occultorum contemplator *eqs.; sim. saepe*). Hier. tract. in psalm. II p. 375 l. 357 -es pro reconditis cogitationibus et profundo ... affectu (*ad* 15, 7 [*v. l. 62*] *ut*: p. 376 l. 362 pro intellectibus et profunda cogitatione. Evcher. form. 6 l. 699 -es interiora sensus. *al.*). Hesych. in lev. 3, 1 p. 815[A] motus ... irascendi in corde, in -bus ... memoriam eius iacere medici dicunt. *al.* **β** *sedes delectationis, libidinis sim.* (*cf. p. 1089, 40sqq.*): Hil. in psalm. 138, 27 in -bus ... voluptatis est causa. Rvfin. Orig. in psalm. 37 hom. 1, 6 l. 14 peccatorum hominum -es illusionibus repleti sunt. Avg. in psalm. 7, 9 delectationes, quae nomine -um intelleguntur. 138, 18 *deus* non solum cor tenet, sed etiam -es; non solum cogitationes, sed etiam delectationes. Bachiar. repar. laps. 16 abscinde a te putrem consuetudinis voluntatem: ure -es tuos. Greg. M. in euang. 22, 9 quid in -bus nisi delectatio carnis accipitur? *al.* **γ** *sedes roboris, vigoris sim. mentis* (*corporis l. 13*): Cassiod. in psalm. 7, 10 l. 234 consideremus ... -es *positos* ad animi constantissimum vigorem ⌊sive ad corporeas delectationes⌋ (*ad β*). 72, 21 l. 359 pro mentis constantia. *ibid.* l. 361 -es ... esse resolutos, quia mundanarum rerum felicitatem ... quaesierat. 138, 13 l. 259 -es significant fortitudinem corporalem. Ephr. de die iudic. fol. 31[v] contremiscit cor meum et -es mei resolvuntur.

**II** *per similitudinem quandam transfertur ad*: *?***A** *gemmam* (*cf. p. 1088, 40*): Plin. nat. 37, 186 Adadu ⌊nep⟨h⟩ros ⟨sive⟩ -es⌋, eiusdem oculus, digitus (⌊ ⌋ *sic Mayhoff, aut* nepros *aut* rene(i)s *codd.; cf. vol. I 560, 14sqq.*). **B** *partem interiorem, granum frumenti* (*cf. p. 1088, 41*): Vet. Lat. deut. 32, 14 (cod. 100. *al.*) cum adipe -ium tritici (*gr.* στέατος νεφρῶν πυροῦ, Rufin. Orig. in num. 16, 9 a. -ium frumenti, *Vulg.* medulla tritici. *explicant* Avg. loc. hept. 5, 73 ut -es tritici intellegantur velut interiora tritici. Verec. in cant. 2, 15 *non* triticum -es aliquos habet, sed metaphoram ... sumpsit *eqs.*).

*deriv.*: renalis, reniculus, renosus, renulus, 1. renunculus.

*compos.*: subrenalis. McNamara.

**rēnālis**, -e. *a* ren (renes), *ad quam vocem revocatur l. 29. 32. 38.*

*i. q. ad renes pertinens*: **1** *adi.*: Chiron 1 capp. 28 de morbo -i (55. 981 -is, *sc. m.*, qui spiam [*i.* ψύαν, *lumbum*; spinam *var. l.*] et renes liquidos facit). 691 umbone -i (*v. Adams, Pelagonius, 1995, 379*). Cael. Avr. chron. 5, 3, 52 tit. de -i passione, quam Graeci nephritin appellant ([*inde* 5 capp., *ubi subauditur* p.]. 5, 3, 52 -is p. a patientibus partibus nomen accepit; est autem intellecta ... p. ... renum. *ibid. iterum.* 5, 3, 53. Cass. Fel. 45, 1 nefretica p. ..., id est -is). 5, 3, 58 -i vitio (5, 3, 59). **2** *neutr. pro subst. significans*: *partem corporis renibus adiacentem*: Ps. Cypr. cena 113 sustulit Iohannes caput, ... -ia Esaias (*respici vid. passio prophetae serra dissecti, vix Is. 11, 5*). *genus vestimenti*: Isid. orig. 19, 22, 25 hoc, *sc. lumbare,* a quibusdam et -e dicitur, quia ⌊in⌋ (*om. pars codd.*) renibus alligatur. Gloss. III 193, 24 (*in cap. de vestimentis*) περίζωμα: -e (*cf. vol. VII 2, 1805, 57*).

**renancītur** significat reprehenderit (*sc. recuperando*) Pavl. Fest. p. 276 (*fort. e lege quadam antiqua*). *a* re- *et* nanciri. Bk.

**renarro**, -āre. *a* re- *et* narrare. *de notione* (*cf. l. 56sqq.*): Gloss.[L] I Ansil. re 1049 (*spectat ad l. 54*) -bat: exponebat. *legitur non nisi in versibus inde a* Verg., *praesertim in hexam., quos fere claudit* (*explicatur apud gramm. l. 55sqq.*). [*confunditur in codd. c.* enarrare *p. 1091, 11* (*restit. l. 75*), narrare *e. g. l. 66 (haplographia) et p. 1091, 11* (*in falsa var. l.* Avg. quaest. hept. 4, 52); *ceterum v. l. 62. p. 1091, 11.*]

**1** *vi praeverbii vigente* (*pro subi. sunt fere homines, sed dea p. 1091, 13, nympha l. 60, anima l. 65, avis p. 1091, 11, scripta l. 74sqq.; quid -etur, indicat obi. acc. passim [accedit acc. c. inf. l. 68], acc. c. inf. l. 74, enunt. interrog. p. 1091, 5 [etiamne l. 65?], relat. p. 1091, 9, orat. recta p. 1091, 13*): **a** *i. q. narrando repetere, sc. praeterita*: **α** *quae quis passus, expertus est sim.* (*factorum ordine inverso l. 62*): Verg. Aen. 3, 717 Aeneas ... fata -bat divum cursusque docebat (*locum aut ad 2 [item intellegitur compositum pro simplici* Serv. Aen. 4, 116. 8, 189 Pomp. gramm. V 271, 27 *et supra l. 43] aut ad b trahit* Serv. *ad l.* '-bat': ⌊aut⌋ 're' vacat ..., ⌊aut apparet Aeneam ante de suis casibus cum Didone confuse locutum; et ideo hic addidit '-bat', quasi, quae dixerat antea, nunc ex ordine referebat⌋ [⌊ ⌋ Serv. auct.]. *ceterum v. Fernandelli, Via Latina, 2012, 68sqq.*). Ov. met. 5, 635 (*loq. Arethusa*) citius, quam nunc tibi *Cereri* facta -o, in latices mutor. 6, 316 ut ... fit, a facto propiore, *sc. a Niobe punita,* priora -ant, *sc. de Lyciis agrestibus* (retract- *pars codd. rec.*). Stat. Theb. 12, 390 *Argia et Antigone* mutua ... exorsae Thebas Argosque -ant (*cf. 391* reminiscitur; *404* reddere). Prvd. ham. 855 Fides ... oblectat alumnam, *i. animam ad caelum redeuntem,* deliciis ... ore -antem querulo, quos passa, labores (narr- *cod. unus*). Clavd. 26, 621 *homines e Gothis redempti* clades ... -ant ordine, tum grati referunt miracula belli. Pavl. Nol. carm. 24, 245 *naufragus quidam* mirum -at se ... spatio ... toto, quo relatus litori est, somno fuisse deditum. Cypr. Gall. gen. 1337 (*ad 42, 22* numquid non dixi vobis: '...'?) Rubenus vera -ans ac scelus ... sese nolente peractum (*cf. p. 1091, 16*). **β** *quaelibet*: Prvd. perist. 10, 612 (*martyr iudici*) antiquitatem Romuli et Mavortiam lupam -as (*spectat ad iudicis verba 411sqq.; opp. 613* res novellas respuis. *sunt qui locum ad b trahant*). Drac. Romul. 1, 1 Orpheum vatem -ant ... priorum litterae cantitasse dulce carmen (*Bücheler,* enarr- *cod.; an identidem, ut ad b pertineat?*). Ven. Fort. Mart.

[Simonsen]

3, 414 res probat ista, *sc. angelos Martinum visisse,* ... quae gesta priora -at (narr- *cod. unus ante corr.*).

**b** *i. q. iterum narrare (-at aliquis, quod narravit ipse l. 5. 10, alius l. 9): actione semel iterata* (*cf. p. 1090, 56*): STAT. Theb. 3, 400 *Tydeus* -at principia irarum quaeque orsus *sit* uterque vicissim, quis locus insidiis *fuerit eqs.* (*cf. 338sqq.* multum ... retexens legatum sese ... isse ..., at inde vim, noctem, scelus, arma, dolos ... passum *esse; 355sqq.*). CYPR. GALL. exod. 160 (*ad 3, 10; deus ad Moysen*) te pergere mando regis *Aegypti* ad optutus, ut, quae sunt iussa, -es. *actione saepius iterata*: VERS. metr. Serv. gramm. IV 459, 32 (*respic. fabula Philomelae*) Thracium nefas -at cantitans hirundo, *sc. 'ityn, ityn' emittens* (enarr-, narr-, resonat *var. ll.*).

**c** *i. q. respondere*: DRAC. Romul. 2, 45 his, *sc. verbis Cupidinis,* laeta Venus ... -at: '...'.

**2** *vi praeverbii parum perspicua vel evanida: fere i. q. enarrare, exponere*: CYPR. GALL. gen. 1287 (*spectat ad 41, 39; loq. Pharao*: ostendit deus tibi omnia, quae locutus es) *Ioseph* ⌊vera⌋ -antem, *sc. somnium Pharaonis explicando* (⌊ ⌋ *cf. p. 1090, 70*). *fere i. q. narrare* (*cf. p. 1090, 54*): VEN. FORT. carm. 6, 1, 128 (*in epithalamio*) cur ... egregii genitoris *sponsae* ⌊regna -em⌋? (r. regnare narrem *fere var. l.*). *Simonsen.*

**renāscentia,** -ae *f.* *a* renasci. *i. q. actio renascendi* (*sc. per fidem christ.*): VET. LAT. Hebr. 10, 39 (cod. 75) *participes sim. sumus* fidei in renascenti⟨am⟩ animae (*opp.* in perditionem; *gr.* εἰς περιποίησιν, *Vulg.* in adquisitionem).

**renāscibilitās,** -atis *f.* *a* renasci, *cf.* nascibilis. *technice in doctrina christ. de baptismo, i. q. actio renascendi vel status inde ortus* (*sec. vim act. suffixi q. e.* -bilis): AMBROSIAST. in Rom. 16, 11, 1 *Herodionem,* quem cognatum ... vocat, ostendit devotum in caritate -is. PS. AVG. quaest. test. 50 (rec. prior Migne 35, 2250) *baptismus* forma -is est a Christo coepta (*om. rec. altera*). 54 -is donum. 115, 5 hoc ..., quod in primordio -is polliciti sunt *fideles,* ut abrenuntiarent pompis ... satanae. 127, 23 non ... accusat -s nativitatem, sed reformat. *Bk.*

※**renāscor,** -nātus sum, -nāscī. *a* re- *et* nasci. *abbreviatur* ren *p. 1094, 36.* NOT. Tir. 48, 24sq. -tus. -itur. *gerundivum vi activa p. 1093, 67.* *de prosodia*: rē- *p. 1093, 13. 1095, 38.* *de notione* (*v. etiam p. 1095, 40. 72*): GLOSS. -entia: recidiva. voluit -i: ἔθελεν ἀναγεννᾶσθαι. rediviva: -entia. GLOSS.L I Ansil. RE 1682 resurgens: -ens. *sim. al.* *legitur in orat. soluta inde a* CATONE, VARRONE, CIC., *in versibus inde a* LVCR., VERG., HOR.; *frequentatur a* PLIN. nat. *et Christ., maxime* AVG. **[** *confunditur in codd. c.* nasci *e. g. p. 1095, 43. 63. 1096, 11* (*restit. p. 1092, 60, cf. in edd. vet.* CIC. leg. 3, 19; *falso trad.* PLIN. nat. 21, 65), referre (relatus) *p. 1093, 33 (restit. p. 1092, 1); olim edebatur pro* moraturum TERT. nat. 1, 19, 4; *vix huc* CIL IV 4107 *p. 775, 72.* **]**

*i. q. iterum nasci* (*vocem fusius tractat Bösing, Mus. Helv. 25, 1968, 145sqq.; c. abundantia quadam accedit* denuo *p. 1092, 51. 1094, 75. 1095, 13,* iterum *p. 1093, 13. 1094, 48. 66,* rursus *e. g. l. 67. p. 1093, 10. 1094, 10; pro subst. adhibetur part. perf. p. 1092, 56. 1096, 30sqq., part. praes. p. 1092, 53. 1094, 30. 1096, 22sqq.; part. praes. fere pro adi. facultatem -endi indicat l. 60. p. 1092, 33*).

**CAPVT PRIVS:** *quolibet contextu*: **I** *-untur res*: **A** *naturales*: **1** *rursus (ex)crescendo, existendo sim.*: **a** *strictius -untur, sponte recrescunt res vi interiore in iis partibus, quae laesae vel penitus excisae, sublatae sunt*: **α** *respiciuntur herbae, arbores sim.*: (I) *partes earum*: CATO agr. 54, 3 manibus carpito, id -etur: quod falcula secueris, non -etur. VARRO rust. 1, 44, 4 si florem ... aliudve quid decerpseris, in eodem loco eodem anno nihil -itur. SEN. epist. 104, 11 quemadmodum frondium iactura facilis est, quia -untur, sic istorum, quos amas ..., damnum, quia reparantur, ⌊etiam si non -untur⌋ (**[** *ad p. 1093, 65* **]**. *cf.* PLIN. nat. 13, 65 *folia arboris cuiusdam* tactis ab homine ramis cadunt protinus ac postea -untur). PLIN. nat. 16, 34 *cortex suberis* praecrassus ac -ens (17, 235 *c.* tiliae -itur paulo minus quam totus). DRAC. laud. dei 1, 633 fit rediviva ... crinibus herba -tis. (II) *totae rursus germinantes, pullulantes*: *e stirpe, radice*: PAVL. FEST. p. 63 *cupressus* excisa non -itur. COLVM. 11, 3, 7 *veprem* post ignis iniuriam melius -i. PLIN. nat. 13, 42 *quandam palmam* cum phoenice ave ... intermori ac -i ex se ipsa. 21, 47 mirum in eo *amaranto* gaudere decerpi et laetius -i. *al.* GAIVS dig. 50, 16, 30 pr. Servius *dicit silvam caeduam* eam esse, quae succisa rursus ex stirpibus aut radicibus -itur. *e surculis insitis, infixis*: PALLAD. 5, 2, 1 ex oliveto insito et casu incenso -itur oleaster infelix. AMBR. exc. Sat. 2, 56 surculus inseritur, arbor -itur (*in compar. c. resurrectione carnis, cf. p. 1092, 62*).

**β** *respiciuntur corporis partes, membra, ulcera sim. animantium*: (I) *varia*: CIC. Att. 4, 2, 5 (*in imag.*) illi, ... qui mihi pinnas inciderant, nolunt easdem -i; sed, ut spero, iam -untur (PLIN. nat. 11, 228 *p.* praecisae non crescunt, evulsae -untur). VARRO rust. 2, 7, 3 *equus dicitur* quinto anno incipiente ... amittere binos *dentes,* cum cavos habeat tum -entes, ei sexto anno impleri, septumo omnes habere solet -tos (relatos *trad.*) et completos (**[** *inde* PLIN. nat. 11, 168 **]**. PLIN. nat. 11, 167 *d. genuinos* decidere in senecta et mox -i certum est. *et bis ibid.* IVV. 14, 11). CELS. 5, 28, 14D *v. p. 25, 31.* 6, 19, 3 sub quo medicamento vitiosi ungues cadunt, et in eorum locum meliores -untur (*cf.* PLIN. nat. 11, 255 ungulae veterino tantum generi *animalium* -untur). COLVM. 7, 4, 8 *ut* lana ... prolixior -atur *post tonsuram.* PLIN. nat. 9, 87 *bracchia polypi* -i, sicut colotis et lacertis caudas (10, 44 c. *pavonis* annuis vicibus amissa cum foliis arborum, donec -atur aliā cum flore *eqs.* 11, 264 *c.* amputatae lacertis ... -untur). *al.* APVL. met. 11, 14, 2 (*in metamorphosi*) quo sermone nunc -ta⟨m⟩ lingua⟨m⟩ felicius auspicarer. CAEL. AVR. chron. 3, 6, 85 resectis vitiosis carnibus ac -entibus novis *eqs.* (5, 6, 131). *al.* (II) *iecur, viscera* (*fere in fabulis*): VERG. Aen. 6, 600 nec fibris requies datur ulla -tis (*sc. iecoris Tityi ut*: OV. Pont. 1, 2, 39 inconsumptum Tityi semperque -ens ... iecur. SEN. epist. 24, 18. PHAEDR. app. 7, 14 Tityos ... tristi -tum suggerens poenae iecur. PORPH. Hor. carm. 3, 4, 77. *cf.* SIL. 13, 872 [*Scipio Sibyllae*] quae digna -tos ales in aeternum laniabit morsibus artus *Hannibalis velut Tityi?*). HYG. astr. 2, 15, 3 -entia iocinera *Prometheos.* AMBR. exc. Sat. 2, 69 docet ... Ezechiel ..., quemadmodum nimis arida -tis ossa visceribus vestiantur (*cf. Ezech. 37, 8*). (III) *capita hydrae* (*cf. p. 1093, 4*): ELEG. in Maecen. 1, 83 *Hercules metit* -entem ... velociter hydram (MIN. FEL. 20, 3 h. felicibus vulneribus -entem. FIRM. err. 21, 2). FLOR. epit. 1, 18, 19 (*loq. Pyrrhus*) *mihi* quasi ab angue Lernaeo tot caesa hostium capita quasi de sanguine suo -untur (*item in compar.*: HEGES. 1, 43, 3 p. 106, 27 HIER. in Mich. lib. 2 praef. l. 239. *cf.* PRVD. perist. 10, 882 artubus). (IV) *pili, capilli*: PLIN. nat. 28, 249 ubi evulsos pilos -i nolunt (29, 116. *al.* MARCELL. med. 8, 175. *al.; cf.* HIER. in Mich. 2, 11 l. 60 si quid ... -tum pilorum fuit, alia ... rasura ... truncatum est). PLIN. med. 1, 5, 4 folia cupressi ... efficiunt, ut capilli nigri -antur (VVLG. iud. 16, 22 c. eius *Samsonis* -i coeperant. DIOSC. 2, 165 p. 244, 28 lacrimus eius *hederae* non -turos c. evellet. *al.*).

**γ** *respicitur sal, lapis*: PLIN. nat. 31, 77 sunt et montes nativi salis, ut in Indis Oromenus, in quo lapicidinarum modo caeditur -ens. VLP. dig. 24, 3, 7, 13 nisi tale sit *marmor,* ut lapis ibi -atur.

**b** *laxius significantur quaelibet actiones rursus oriendi, crescendi, maturescendi; -untur*: **α** *res corporeae* (*addidimus* principium *rerum l. 40*): (I) *mundus eiusve partes, elementa* (*addidimus generalia quaedam; cf. p. 1095, 3sqq.*): LVCR. 1, 542 (*antea p. 515, 64*) ⌊de niloque -ta⌋ forent, quaecumque videmus (⌊ ⌋ *item* 1, 674. 757). CIC. rep. 6, 27 (= Tusc. 1, 54) principium exstinctum nec ipsum ab alio -etur nec ex se aliud creabit (*vertitur Plat. Phaedr. 245D* οὔτε αὐτή [*i.* ἀρχή] ποτε ἔκ του γενήσεται). OCTAVIA 395 adest mundo dies supremus ille, qui premat genus impium caeli ruina, rursus ut stirpem novam generet -ens melior ut quondam ... *regente* Saturno (*praecedit ecpyrosis q. d. ut*: FIRM. math. 3, 1, 9 exustae res poterant -i. AVG. civ. 12, 12 p. 529, 1 mundum ex materia sua -i). TERT. anim. 21, 7 quod natum factumque constiterit, eius natura capiet demutationem: et -i enim poterit et refici; innatum ... et infectum immobile stabit. PANEG. 9, 18, 2 (*in imag.*) quod *Delus olim ex undis emersit* ..., eius nunc simile tot orientibus undique civitatibus, tot insulis ad humanos cultus quasi -entibus evenire. MACR. Sat. 1, 8, 10 tempus ..., a quo vicibus cuncta gignantur absumanturque et ex eo denuo -antur. IVNIL. 2, 4 homines vel iumenta ceteraque, quae morte vel corruptione pereuntia -entium similitudine renovantur.

(II) *fructus, fruges, sata sim., quae rursus proveniunt*: Ⓐ *varia exempla* (*part. perf. pro subst. l. 56*): FRONTIN. strat. 3, 4, 1 Fabius Maximus vastatis Campanorum agris ... recessit ...; reversus deinde -ta protrivit. CE 249, 7 (*a. 136*) messes fructusque -tos digerit in pretium *frumentarius.* FIRM. err. 3, 3 ut gratias pro -tis frugibus agas. PS. APVL. herb. interpol. 109 l. 35 *herba haec* singulos per annos -itur. CARM. Ps. Mar. Victorin. gramm. VI 125, 28 ast ego iam ⌊Bromio⌋ thiasos celebrabo -to (nato *trad.*; ⌊ ⌋ *i. vino, cf. Dahlmann, Abh. Mainz. Ak. 1987, 6, 61sq.*). DRAC. laud. dei 1, 625 annua ... agris frumenta -i mortua (*in compar. c. resurrectione carnis ut*: 1, 634 *v. p. 590, 15*). Ⓑ *-untur semina sim.* (iactus seminis *l. 65*): SOL. 27, 6 ut iacta ibi semina cum incremento centesimae frugis -antur (*inde* ISID. orig. 17, 3, 12 iactus seminis eius in incrementum frugis centesimum -atur. *cf.* AMM. 22, 15, 13 iactae sementes *ibi* ... cum augmento fere septuagesimo -untur). ANON. in I Cor. 81 (*respic. 15, 37*) *frumentorum* 'semen' ... -itur (*in compar. c. resurrectione carnis ut*: CONSVLT. Zacch. 1, 23, 9).

**β** *res incorporeae*: *tempora sim.* (*disting. p. 1093, 30sq.*): SEN. Herc. O. 861 -tum ... diem (Tro. 10 APVL. met. 7, 26, 3). CALP. ecl. 5, 21 florent saltus viridisque -itur annus (PLIN. nat. 2, 13. 16, 95). PORPH. Hor. carm. 4, 7, 13 ne viderentur et homines -i ut tempora (*locus etiam ad p. 1093, 65 pertinet*). POTAM. tract. 1 l. 15 per quatuor dierum circulos succidua incrementi et decrementi vicissitudine -entes. AVIEN. Arat. 1345 sub men-

*[Fischer]*

se -to. *corporis vel animi status, affectus sim.*: SEN. dial. 5, 42, 1 purgemus ... mentem et exstirpemus radicitus quae, quamvis tenuia undecumque haeserint, -entur. STAT. Ach. 2, 29 occultus sub corde -itur ardor, *sc. amoris.* AMM. 29, 5, 22 ferociam in modum Lernaeae serpentis aliquotiens -entem (*cf. p. 1092, 20sqq.*). VITA Hil. Arel. 30 l. 2 desiderium.

**2** *quolibet modo rursus apparendo, resurgendo, oculis se praebendo; -itur:* *flumen*: Ov. met. 15, 274 (*loq. Pythagoras*) ubi terreno Lycus est epotus hiatu, exsistit procul hinc alioque -itur ore (*locum affert* SEN. nat. 3, 26, 4). LVCAN. 3, 262 Tigrim subito tellus absorbet hiatu occultosque tegit cursus rursusque -tum fonte novo flumen *eqs.* *stella, sidus sim. oriens*: MANIL. 1, 69 rudis ... vita *hominum* ... tum velut amissis maerens, tum laeta -tis sideribus *eqs.* ([*v. app. crit.*]. CARM. de resurr. 126 s. cuncta cadunt, iterum -ta lucescunt). SEN. Herc. f. 127 *solis* luce -ta. PETRON. frg. 31 vers. 5 (= ANTH. 469, 5) -entem Phoebum cernuntque cadentem. SIL. 5, 56 iam ... orbe -to diluerat nebulas Titan. CLAVD. 9, 15 totiens ... -to ... igne *solis.* *al.* *luna crescens*: FIRM. math. 1, 4, 9 *v. p. 1107, 35.* 6, 25, 4 -tis luminibus (*ibid. iterum*). GREG. M. moral. 30, 45 luna.

**B** *quaelibet non naturā crescentes vel creatae; -untur, quae rursus exsistunt, oriuntur sim., sc.*: **1** *varia*: **a** *quae mente, animo percipiuntur*: CIC. fam. 11, 14, 3 bellum istuc -tum mirantur homines (ad Brut. 22, 2 LIV. 9, 12, 1. 28, 1, 1. TAC. hist. 3, 59, 1 ex integro). BRVT. Cic. ad Brut. 12, 1 *ne* semper primi cuiusque mali excidendi causa sit, ut aliud *malum* -atur illo peius. HOR. carm. 3, 3, 61 Troiae -ens alite lugubri fortuna tristi clade iterabitur (STAT. silv. 1, 5, 65 tua iam melius discat f. -i!). ars 70 multa -entur, quae iam cecidere, cadentque quae nunc sunt in honore vocabula (*60sqq.* ut silvae foliis pronos mutantur in annos ..., ita verborum vetus interit aetas *eqs.*; *agitur de archaismis; de verbis novis agi putat Bösing, Rhein. Mus. 113, 1970, 247sqq.*). CALP. ecl. 1, 42 aurea secura cum pace -itur aetas (*cf.* PANEG. 9, 18, 5 aurea illa saecula ... aeternis auspiciis Iovis ... -untur). MART. 5, 23, 3 *iura theatralis loci* postquam placidi censoris cura -i iussit (OPT. PORF. carm. 14, 6 te duce ... iura -ta sunt. *cf.* MART. 6, 7, 1 Iulia lex populis ... -ta est [relata *var. l.*]). PS. QVINT. decl. 3, 8 utinam plures mortes cepisset, ut inpurum spiritum -ens poena torqueret! (*cf. l. 69*). VLP. dig. 8, 5, 6 pr. si ... rursus deposuerit aedificium suum vicinus, -etur tibi vindicatio (*item in iure*: 15, 3, 10, 9 quaerit, ... an -atur de in rem verso actio an vero ex postfacto non convalescat). PANEG. 8, 1, 3 in -entem rem publicam ... merita. FIRM. err. 2, 3 ut annuis luctibus in animis *sacerdotum* ... necis *Osiridis* exitium -atur (*sim.* 3, 4. 16, 3. *cf.* 6, 6 qui *tyrannus* qualia fecerit scelera, ... in scaenis cottidie a ... auctoribus traditur, ut ... crudelitas in animis audientium funestis semper relationibus -atur). 17, 4. CLAVD. 1, 15 quemcumque require hac de stirpe virum: certum est de consule nasci; per fasces numerantur avi semperque -ta nobilitate virent. VITA Hil. Arel. 30 l. 22 in singulis, *sc. discipulis,* eius *Hilarii* gratia concalescens cotidianis profectibus generata -itur (*cf. p. 1094, 39sq.*). **b** *quae sensibus percipiuntur:* *aedificia*: SIL. 13, 675 nos miserae muros et tecta -ta Sagunto *dedimus.* STAT. silv. 4, 3, 160 -tae Tarpeius pater intonabit aulae. MART. 6, 4, 3 (*ad Domitianum*) tot nascentia templa, tot -ta *Roma tibi debet.* *statua lignea*: MART. 8, 40, 3 rari nemoris, Priape, custos, ex quo natus es et potes -i.

**2** *urbes, civitates*: LIV. 6, 1, 3 clariora ... ab secunda origine, *sc. Gallis expulsis,* velut ab stirpibus laetius feraciusque -tae urbis gesta. INSCR. numm. imp. Galba I² p. 233 n. 24 sqq. Roma -ens (Nerva II p. 227 n. 67. *sim. al.*). CVRT. 4, 4, 21 *Tyrus* multis ... casibus defuncta et post excidium -ta. STAT. silv. 3, 5, 104 Stabias ... -tas. IVST. 31, 8, 3 optabilem Troiae ruinam fuisse ..., ut tam feliciter -retur (*sc. in Roma rursus apparendo*: CLAVD. DON. Aen. 7, 320 p. 51, 7 -ens T. [*ad v. 322* recidiva ... Pergama]. 10, 25 p. 295, 1 [*queritur Venus*] periit ... antiqua T. nec alteram -i permittitur. *cf. l. 24*). PRVD. c. Symm. 2, 656 (*loq. Roma*) sub quo *principe* senium omne -ens deposui vidique meam flavescere rursus canitiem. RVT. NAM. 1, 140 illud te, *Roma,* reparat, quod cetera regna resolvit: ordo -endi est crescere posse malis.

**II** *-untur animantes eorumve animae* (*partes corporis v. p. 1091, 71 sqq., hydram v. p. 1092, 21sqq.*): **A** *proprie respiciuntur*: **1** *homines, qui resurgunt, in vitam redeunt post mortem* (*negantur homines -i l. 71. 73, v. etiam p. 1091, 57. 1092, 73*): **a** *varia exempla*: VARRO frg. Aug. civ. 22, 28 p. 622, 12 esse in -endis hominibus quam appellant παλιγγενεσίαν Graeci. SEN. contr. 10, 4, 22 ut *mortibus facinus luas ...,* in poenas quotiens tibi -endum est! (*cf.* SEN. Oed. 946 iterum vivere atque iterum mori liceat, -i semper, ut totiens nova supplicia pendas). CE 1144, 7 (*non post saec. II; loq. defunctus*) me quem nulla dies poterit visura -i. LACT. inst. 7, 22, 18 *gentiles* -i eas *animas* putaverunt et denuo ad uterum revolvi (7, 23, 1 *a.* non ... -entur, quod fieri non potest, sed resurgent *eqs.*). *al.* **b** *per metempsychosin*: HOR. epod. 15, 21 nec te Pythagorae fallant arcana -ti (AVSON. 27, 21 [418 S.], 38). Ov. fast. 3, 153 qui *Pythagoras* posse -i nos putat. SEN. benef. 7, 21, 1. PS. QVINT. decl. 4, 16 si verum est post ... innumerabiles annos reddi rursus aliis corporibus animas, fortassis in me -tus sit aliquis ex illis *eqs.* MIN. FEL. 34, 6. LACT. inst. 7, 12, 30 *disserit Pythagoras animas* -i modo in homine, modo in pecude *eqs.* (epit. 63, 9).

**2** *qui (quae) -untur per editam, procreatam sui generis progeniem* (*-itur ipsa progenies l. 8. 17. 30*): **a** *animalia*: **α** *avis phoenix* (*v. etiam p. 1091, 64*): Ov. met. 15, 402 ferunt ... corpore de patrio parvum phoenica -i. MELA 3, 84 putrescentium membrorum tabe concrescens ipsa se concipit atque ex se rursus -itur. COMM. apol. 139 sicut avis Phoenix meditatur a morte -i, dat nobis exemplum, post funera surgere posse. *al.* *aquila* (*ut phoenix*): AMBR. paenit. 2, 2, 8 (*respic. psalm. 102, 5*) a., cum fuerit mortua, ex suis reliquiis *-itur* (*postea p. 1095, 36*).
**β** *cetera:* *gyrini in ranas se mutando*: PLIN. nat. 9, 159 resolvuntur in limum ... et rursus vernis aquis -untur, quae fuere natae. *animalia minuta eorumve ova*: PLIN. nat. 11, 102 *locustas* Vergiliarum exortu parere, deinde ad Canis ortum obire et alias -i; quidam Arcturi occasu -i. MARCELL. med. 4, 19 hoc pacto lendines necati ultra non -untur (4, 21 PLIN. phys. Sang. p. 187 l. 15). 4, 68 *aliquis* ita liberatur a peduculis, ut penitus extirpentur nec postea in eo -antur. CAEL. AVR. chron. 4, 8, 130 erit praeterea curandum, ne frequenter haec animalia, *i. lumbrici,* -antur, ut *eqs.*

**b** *homines vel gens humana* (*pro subole, progenie habentur etiam, qui non parentibus nati sunt*): PLIN. nat. 5, 73 *Essenorum* gens ... sine ulla femina ... convenarum, *i. eo fugientium,* turbā -itur. PROB. Verg. georg. 1, 60 *Deucalion et Pyrrha* lapides iecerunt post se, ex quibus hominum genus -tum est (*post diluvium, ut* PS. HIL. gen. 189 vir ... unus, *i. Noe,* residet generis populique refector ..., multi per quem data luce -ti). *de eis, qui tempore posteriore nati sunt* (*part. praes. pro subst.*): CE 1077, 1 (*saec. I*) sei qua -entes optant certamina laudis, ex nostra aspiciant facta priora fide.

**B** *translate*: **1** *rursus apparendo in posteris*: LIV. 26, 41, 25 (*loq. Scipio minor*) faciam, ut ... effigiem *patris patruique* vobis reddam, ut revixisse aut -tum sibi quisque Scipionem imperatorem dicat. INSCR. numm. imp. II p. 404 n. 532 Hadrianus Aug(ustus) p(ater) p(atriae) ren(atus) (*v. edd. ad loc. p. 335*; ren(ovator) *vix recte Latte, Gnomon 29, 1957, 260*). RVF. FEST. 22 Aurelius Alexander quasi fato quodam in exitium Persicae gentis -tus iuvenis. VITA Hil. Arel. 30 l. 11 in successoribus ... -i non cessat (*sc. Hilarius ut*: 31 l. 4 tot annorum spatiis evolutis in tuorum filiorum -i non cessas honoribus atque reparari. *cf. p. 1093, 46*).
**2** *evadendo e calamitate, periculo sim.*: VAL. MAX. 6, 5, 1 *populus Romanus Camerinis* praedia restituit; ... sic -ti erant. SIL. 7, 732 e media iam morte -ta iuventus *eqs.* STAT. silv. 3, 3, 154 pro patre -to (*de exsilio in patriam restituto*). QVINT. decl. 260, 26 *liberi abdicati, postea ab alio recepti* -ti sunt novumque fatum quodammodo sortiti. PLIN. paneg. 39, 3 sparsas ... gentilitates ... conectere et quasi -i iubere. FIRM. math. 5, 3, 27 quidam ... sic ante oculos suos mortis videbunt pericula posita, ut tunc se putent iterum -tos. CLAVD. 26, 43 tua nos urgenti dextera leto eripuit, tectisque suis redduntur ... damnati fato populi, virtute -ti. DRAC. Romul. 7, 5.
**3** *initiatione, sacris, mysteriis* (*cf. l. 57*): APVL. met. 11, 21, 7 cum transactis vitae temporibus ... *Isis eos* soleat ... sua providentia quodam modo -tos ad novae reponere rursus salutis curricula. CARM. Vermaseren, Excavations in the Mithraeum of Sancta Prisca, 1965, 207 (*a. 190/200?*) pi(e) r(e)b(us) -tum dulcibus atque creatum. CIL VI 510, 19 (*a. 376*) *quidam* taurobolio criobolioq(ue) in aeternum -tus aram sacravit. **4** *speciem transformando*: APVL. met. 11, 16, 4 (*3 Isis Lucium ex asino reformavit ad homines*) *Lucius* -tus quodam modo.

**CAPVT ALTERVM:** *in doctrina Christianorum*: **I** *corporaliter* (*-untur fere homines, sed mundus sub B2*): **A** *resurgendo post mortem* (*cf. l. 11. p. 1091, 69. 1092, 68*): *-untur Christi fideles* (*addidimus generalia l. 64. 67*): MIN. FEL. 11, 2 (*loq. Caecilius*) *Christiani* -i se ferunt post mortem et cineres et favillas; ... putes eos iam revixisse. IVVENC. 1, 209 (*loq. Simeon*) hic puer, *i. Iesus,* ... -i concedet populos (*spectat ad Luc. 2, 34* in ... resurrectionem multorum). AMBR. exc. Sat. 2, 64 cur miremur -i posse, quod fuerit, cum videamus natum esse, quod non fuit? PRVD. cath. 3, 194 suis iterum tumulis prisca -itur effigies. DRAC. laud. dei 1, 683 defuncta -i credamus virtute dei. CAES. AREL. serm. 204, 2 *dei populus* -turus est ad aeternitatem, *sc. in saeculi consummatione,* ⌊nunc -itur ad salutem⌋ (*ad p. 1096, 10sqq.*). *al.* *-itur Elias*: IVVENC. 3, 349 veniet certo sub tempore ... Helias ...; sed si quis credit, iam venerat ante -ens (*spectat ad Matth. 17, 12*). *-itur Christus*: MAX. TAVR. 38, 4 (= 78, 2) sicut tunc de utero ad praedicandum natus est, ita nunc ad euangelizandum -tus est de sepulchro.

**B** *vario modo; -itur*: **1** *Christus homo nascens* (*primum natus ante omnia saecula*): LACT. inst. 4, 11, 14 *deus* -i eum *Christum* denuo in

[Fischer]

carne praecepit et ipsi homini similem fieri. epit. 38, 9 -tus est ... ex virgine sine patre tamquam homo (*postea*: in secunda *nativitate*).

**2** mundus *renovatus (cf. p. 1092, 37sqq.) post Christum:* *natum*: PRVD. cath. 11, 63 tunc -tus sordidum m. veternum depulit. MAX. TAVR. $61^{b}$, 1 m. ... testimonium perhibet, dum nascente Christo et ipse -itur; -itur enim, cum *eqs.* *resurrectum*: VEN. FORT. carm. 3, 9, 31 -entis testatur gratia mundi omnia cum domino dona redisse suo ...; undique fronde nemus *eqs.*

**II** *spiritaliter vel incorporaliter -untur homines sim., sc. primum carnaliter nati (cf. e. g. l. 41. 60), post mortem spiritalem (cf. e. g. l. 30sqq. 36. 70)*: **A** *formae variae; regeneratio fit*: **1** *per baptismum*:

**a** *-untur quilibet*: **α** *in sacr. script.*: VET. LAT. Ioh. 3, 3sqq. (cod. 2, *sim. al.*) Iesus ... dixit ...: 'nisi quis -tus fuerit denuo, non poterit videre regnum dei'; (4) dicit ad illum Nicodemus: 'quomodo potest homo denuo -i, cum sit senex? numquid potest in utero matris suae denuo introire et -i?'; (5) respondit Iesus: '... ⌊nisi quis -tus fuerit ex aqua et spiritu⌋ (*eadem* VVLG.), non potest introire in regnum caelorum; ... (7) oportet vos -i denuo' (*gr.* γεννηθῆναι *sim., cod. 10. al. et Vulg.* [*praeter l. 17*] nasci *vel* natus).

**β** *alibi*: (i) *iunctura* -i ex aqua et spiritu *sim.* (*pendet e l. 16*): CYPR. mortal. 14 qui ex a. et s. non -tus gehennae ignibus mancipatur. PS. CYPR. pudic. 2, 1. AMBR. spir. 2, 7, 63 ex s. secundum gratiam nos -i. PS. ORIG. tract. 15, 8 -tus ... ex a. et superna virtute. LEO M. serm. 22, 5 ut, qui ex corruptibili carne natus es (*spectat ad l. 58*), ex dei s. -aris. *al.* (ii) *cetera exempla*: CYPR. sent. episc. 10 debent venientes ad ecclesiam matrem nostram vere -i et baptizari (*item iungitur*: testim. 3, 25 tit. ad regnum dei, nisi b. et -tus quis fuerit, pervenire non posse. AVG. serm. 224, 1 hodierno die, *i. paschae,* qui b. sunt et -ti sunt in Christo Iesu *eqs.*). HIL. trin. 1, 13 dum, *sc. baptismo,* ... morientes vitiis inmortalitati -remur (*sec. Rom. 6, 3sqq.; cf. e. g.* AMBR. spir. 1, 6, 79 in Christo morimur, ut -amur. RVFIN. Orig. in num. 9, 9 p. 66, 23 omnis, qui in Christo credit, primo moritur et post hoc -itur). 8, 9 in uno baptismo -ti (GAVDENT. serm. 8, 49 in diluvio antiquo homines perierunt et nunc in b. -untur. *al.*). AMBR. paenit. 2, 2, 8 per lavacrum ... renovamur, per quod -imur; ... per baptismatis sacramentum, cum fuerimus peccato mortui, -imur deo ac reformamur (GREG. TVR. Franc. 5, 11). PRVD. perist. 10, 429 Christi ... lymfis ut -antur patri, capiant et ... paraclitum. CE 2193, 2 (*saec. IV*) Herculia hic sita est sacratis abluta lymbis, quae nuper ⟨r⟩ena⟨ta⟩ deo vivit per s(a)ecula semper. AVG. c. Iulian. 6, 9, 26 potuisti ... dicere, quod -itur; potuisti, quod regeneratur; potuisti postremo, quod baptizatur. serm. 174, 9 in parvulis natis et nondum baptizatis agnoscatur Adam, in parvulis baptizatis et ob hoc -tis agnoscatur Christus. CHROMAT. in Matth. 18, 1, 2 *credentes* per aquam baptismi ... deo -ti *eqs.* (nati *var. l.*). SACR. Greg. 85, 4 ($374^{b}$ D.) ut sanctificatione concepta ab ... divini fontis utero in novam -ta (-tam *var. l.*) creaturam progenies caelestis emergat. *al.*

**b** *-itur Christus* (*sc. baptizatus ab Iohanne Baptista*): GAVDENT. serm. 20, 3 ex virgine in homine natus in Iordane -itur. HIER. adv. Iovin. 1, 16 *Christus virgo,* qui et natus ex virgine et -tus per virginem, *i. Iohannem Baptistam,* est. tract. p. 397 l. 6 hodie Christus natus est, post in Epiphaniis -tus est ([*v. vol. V 2, 672, 33*]. MAX. TAVR. 65, 3). MAX. TAVR. $13^{a}$, 1 (*in die Epiphaniae*) adhuc exultamus natum salvatorem, et iam eum laetamur -tum; ... vix natus est hominibus, et iam -tus est sacramentis (*sim.* 100, 1). PS. MAX. TAVR. 45, 2 *Iesus* -tus in baptismo. EVSEB. GALLIC. hom. 4, 1.

**2** *quolibet modo* (*fere fide, gratia dei sim. [saepe baptisma quoque comprehendi vid.], sed martyrio l. 65, paenitentia p. 1096, 1; per oxymoron ante nativitatem naturalem l. 75*): **a** *varia exempla*: VET. LAT. I Petr. 1, 23 (cod. 67, *sim. al. et* VVLG.) *diligite vos* quasi -ti non ex semine corruptibili, sed incorrupto per verbum dei (*gr.* ἀναγεγεννημένοι). TERT. anim. 37, 4 ut tanto temporis numero nascamur, *sc. in utero,* quanto disciplinae numero -imur. adv. Marc. 5, 9, 10 filii ... eius *Christi* sunt, qui in ipso *Christo* -untur (GAVDENT. serm. 3, 7 -ti sumus in C. HIER. epist. 60, 8, 2 ex quo *tempore* in C. -imur [nascimur *var. l.*]. AVG. serm. 184, 2. *al.; cf. l. 28*). Scorp. 15, 3 tunc Paulus civitatis Romanae consequitur nativitatem, cum illic martyrii -itur generositate. CYPR. Demetr. 20, 2 qui exposita nativitate terrena spiritu recreati et -ti sumus (AVG. pecc. mer. 2, 8, 10 quod filii dei et s. -ti sumus. FAVST. Aug. c. Faust. 24, 1 p. 718, 5 [*affert l. 16*] nativitas non ea sola est, qua in corpore gignimur, sed et illa alia, qua -imur s. *al.*). FIRM. err. 18, 8 caelesti cibo renovate hominem perditum, ut, quicquit in vobis mortuum est, divinis beneficiis -atur. TYCON. in apoc. 92 nomen ecclesiae, quae cotidie descendit de caelo a deo, id est de ecclesia, quae -itur a domino. PS. AVG. quaest. test. 127, 23 -i ... renovari est. CARM. adv. Marc. 3, 222 ablutor Christi, prior ipse -tus ab illo (*sc. Iohannes Baptista, ut* GREG. M. moral. 3, 11 ille prophetiae spiritu intra matris uterum impletus atque, ut ita dixerim, priusquam nasceretur -tus). GREG. M. in euang. 25, 10 l. 313 inquinati post aquas salutis -amur ex lacrimis *paenitentiae*. *al.*

**b** *indicatur, quem ad finem sim. (cui l. 9), sc.*: **α** *in deum, Christum*: IREN. 2, 22, 4 omnes ..., qui per eum *Christum* -untur in deum (PATRIC. conf. 38). HIL. trin. 7, 6 in hunc *filium* -endum est (*cf.* in Christum: HIER. adv. Iovin. 1, 16. AVG. civ. 15, 1 p. 59, 2 unusquisque, quoniam ex damnata propagine exoritur, primo sit necesse est ex Adam malus ...; quod si in C. -endo profecerit, post erit bonus). OPTAT. 2, 10, 1 qui natus fuerat saeculo, -atur spiritaliter ⌊deo⌋ (*cf. p. 1095, 36. 39. 43*). *al.* **β** *ad aeternam vitam, salutem sim.* (*adde p. 1094, 68; cf. e. g. p. 1095, 30*): HIL. trin. 8, 7 omnes ... -ti (nati *var. l.*) erant ad innocentiam, ad inmortalitatem (*postea*: regenerati). PRISCILL. tract. 7, 113 in salutem. PAVL. NOL. epist. 23, 9 *quidam* iam senectute deficiens -tus est gratiae. AVG. serm. 362, 28 sicut ... ad labores carnaliter nascimur, ita ad quietem spiritualiter -imur. EVSEB. GALLIC. hom. 21, 1 ad aeternam vitam. *al.* **γ** *in novum hominem sim.* (*cf. p. 1095, 44*): GAVDENT. serm. 8, 50 oportet *vos* ... in novum -tos hominem a peccatis pristinis iam cavere (LEO M. serm. 26, 2). PELAG. Aug. grat. Christ. 38, 42 in meliorem hominem. MAX. TAVR. 55, 1 *ut homo* quamvis fessus senio rursum in puerum innocentiae moribus -atur.

**B** *part. pro subst. de fidelibus* (*saepe c. respectu baptismi*):

**1** *praes.*: OPTAT. 2, 10, 1 ut sancto germine nova possit -entium indoles procreari (*cf.* SACR. Greg. 94, 5 in subole -entium). AVG. c. Iulian. op. imperf. 6, 41, 3 cum illa *concupiscentia* ... omnis homo nascitur nec huius concupiscentiae reatus nisi in -entibus solvitur. c. Pelag. 1, 13, 27 ista ipsa carnis concupiscentia in baptismo sic dimittitur, ut, quamvis tracta sit a nascentibus, nihil noceat -entibus. LEO M. epist. 16, 3 potentia baptismatis novam creaturam condit ex veteri, ut in -entibus et mors Christi operetur et vita. INSCR. christ. Diehl 1513c nulla -entum est distantia, quos facit unum ... una fides. *al.* **2** *perf.*: TYCON. reg. 1 p. 4, 28 -ti Christi membra efficiuntur. PS. AVG. serm. ed. Mai 35, 1 ecce lilia -torum ornant altare dominicum candidis turbis gaudiorum. LEO M. epist. 15, 10 Vollmann l. 199 in quo *sacramento* nulla est discretio -torum dicente apostolo: 'quicumque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis' (*Gal. 3, 27*). SACR. Gelas. 455 suscipe ... tuorum hostias -torum, ut ... baptismate renovati. *al.*

*appendicula*: *indicatur, unde quis (quid) -atur, per praepos.* ab *p. 1092, 40. 1093, 51,* de *p. 1092, 24. 38. 1094, 8. 73,* ex *e. g. p. 1091, 67. 68. 1092, 51. 1094, 26. 1095, 1. 16; cui (animanti vel deo), per dat. e. g. p. 1092, 6. 7. 9. 1093, 33. 1095, 36; quem ad finem sim., per praepos.* ad *e. g. l. 11. p. 1092, 50. 1094, 68,* in *c. acc. e. g. l. 12. 17. p. 1093, 68. 1095, 44, per dat. l. 14. p. 1095, 30; per quem (quid), per praepos.* ab *p. 1095, 72. 73,* in *c. abl. e. g. p. 1095, 32sq. 61sq.,* per *e. g. l. 4. p. 1095, 48.* *accedit praedic. p. 1092, 43.*

*deriv.*: renascentia, renascibilitas, renatio, renativitas.

*compos.*: irregnatus. *cf. Onom.* (Renatus). *Fischer.*

παλιγγενεσία: regeneratio, recreatio, **renātio** GLOSS. II 392, 48 (*glossa uncis inclusa iteratur 392, 54 omisso* -o). *a* renasci. [*saec. VII² est* PS. HIER. expos. in Ioh. p. $578^{D}$.]

**renātīvitās,** -ātis *f.* *a* renasci, *cf.* nativitas. *i. q. actio renascendi* (*per baptismum*): REGVLA mag. them. 25 in -e nostra sacri fontis tui ... iam te invenimus.

**renato,** -āvī, -ātum, -āre. *a* re- *et* natare. [*confunditur c.* renare *l. 57; falsa var. l. pro* enatare IORD. Get. 93.]

**1** *trans. i. q. redeundo tranatare* (*cf. vol. IX 1, 155, 33sqq.*): AVG. civ. 18, 17 p. 277, 5 (*e Varrone*) *qui tranatato stagno quodam in lupos conversi erant,* rursus ... eodem -to (renato *var. l.*) stagno reformabantur in homines (*cf. Plin. nat. 8, 81* [*ex Euanthe*] cum tranaverit). **2** *intrans. i. q. natando redire*: PALLAD. hist. mon. II 14 p. $368^{B}$ *latro* per flumen iterum -vit (*gr. p. 59, 12* διεκολύμβησεν αὖθις, *I 19, 3 p.* $277^{B}$ rursus natando remeavit).

**1. renātus** *v.* renascor.

**[2. renātus** *v. p. 1102, 40.***]**

**renāvigo,** -āvī, -ātum, -āre. *a* re- *et* navigare. [*e coni. vix recta loco corrupto* TAC. Agr. 28, 1 (remigante *trad.*).]

**1** *intrans. i. q. navigando redire*: CIC. Att. 14, 16, 1 in haec Puteolana ... regna ⌊-are⌋ (*trad. in contextu vix sano; v. Kasten, Hermes 99, 1971, 253*). PLIN. nat. 6, 106 *mercatores* ex India -ant mense *decembri* ... incipiente. 32, 4 *echenais pisciculus* tenuit ... Gai principis ab Astura Antium -antis *navem* (*item c. acc. directionis*: MARCELL. chron. II p. 79, 436 urbem augustam). FRONTIN. strat. 2, 9, 9 suis ... cum successu -antibus. **2** *trans. i. q. remetiendo navigare* (*cf. vol. IX 1, 232, 64sqq.; huc spectant explicationes Verg.* SERV. Aen. 3, 690 relegens, *sc. litora*: -ans [*inde* GLOSS. V 556, 51 GLOSS.ᴸ I Ansil. PE 167. RE 841]. GLOSS. remenso, *sc. pelago vel mari* [*Aen. 2, 181. 3, 143*]: -to [*item* GLOSS.ᴸ I Ansil.

*[Bk.]*

RE 973]): SEN. Herc. f. 716 Acheron invius -ari. *transfertur ad quemlibet motum per aquam* (*cf. vol. IX 1, 233, 45 sqq.*): VEN. FORT. Mart. 4, 281 *serpens* totas ... -at undas *iussu Martini* (*sc.* 277 pete cursum, bestia, retro).

**[rendis** GLOSS. IV 386, 13. V 609, 22 *corruptum pro* resides, *v. Landgraf, Arch. Lat. Lex. 9, 1896, 419.*]

**rendo** (*sc.* -unt) *pro* reddo *scrib. cod. P saec. VII* REGVLA mag. 11, 93; *cf. p. 478, 72.*

**[rendrophorus** *pro* den- *in titulo neglegenter scripto* CIL XIV 107 (*saec. II med.*).]

**renecat** NOT. Tir. 75, 22. *a* re- *et* necare (*ad continuandam seriem fictum?*).

**renecto,** -xum, -ere. *a* re- *et* nectere. NOT. Tir. 74, 65 -it. 74, 70ª -xus. [*perperam* -it *pro* retentat *in edd. vet.* AVIEN. Arat. 475.]

*i. q. rursus nectere*: *proprie*: PAVL. NOL. epist. 18, 7 p. 135, 9 *custodes non* ausi -ere, quod deus solverat (*antea*: sponte de manibus *martyris vincti* ... fluere viderunt *catenas*). *translate*: PASS. Iulian. Bas. long. 16 (*sim.* brev.) *si quis fratrem laeserat, ieiunabat* fletibus studens, quousque ⌊caritatem -ret⌋ (eum caritati adnecteret *var. l.; cf. gr.* ἀγάπην ἀπέδωκεν).

**renegat** NOT. Tir. 3, 11ª (*additamentum cod. E*). *a* re- *et* negare. *alia exempla desunt* (-vero *pro* negavero *restituit ed. princ. e falsa var. l.* renuero PS. ORIG. in Iob 2, 56 l. 2). [*it.* rinnegare, *raet. or.* rineyá, *francog.* renier, *prov., cat., hisp., port.* renegar; *ex usu sacrilego (cf. abrut.* arənnəhà *'blasphemare', sic.* arrinijari *'exsecrari', francog.* renier Dieu, *sim. al.) sard.* arreneɣare, -ai *'irasci', nisi ex hisp. vet.* renegar *'in verba irae plena prorumpere'. cf. M.-L. 7207 et Faré, Postille. Battisti-Alessio V 3257 sq. Cortelazzo-Zolli² 1383. Wagner I 121 sq. Wartburg X 252 sqq. Coromines V 894 sq. Corominas-Pascual IV 221. Houaiss² 2427. Schd.-Cr.*]

*?***reneo,** -ēre. *a* re- *et* nere, *si recte coni. i. q. rursus nere, nendo renovare* (*vix recte i. q. resolvere intellegunt alii vi praeverbii notionem verbi simplicis invertente*): OV. fast. 6, 757 (*Aesculapius vitam reddidit Hippolyto mortuo, cui subinde Virbio nomen erat*) *Pluto et parca* dolent, haec fila ⌊-eri⌋, hic fieri regni iura minora sui (⌊ ⌋ teneri *trad., corr. Salmasius coll. gr.* ἀνακλώθειν. *qui minus feliciter eadem coni. usus est* EPICED. Drusi 444 fila -enda [tenenda *codd.*], *cum respici possint viventium fila decurrentia, quae retineantur* [*cf. e. g. Stat. silv. 1, 4, 63. 3, 1, 171*]).

**renervat** NOT. Tir. 65, 88ᵇ (*additamentum cod. C et ed. Gruteri*). *a* re- *et* nervus (*cf.* enervo).

**rēnes** *v.* ren.

**[reneticus** VET. LAT. Dan. 2, 2 (cod. 177) *pace Ranke, ed. p. 157, corrupte traditum pro* phren- *putaverim coll. vol. X 1, 2055, 56 sq.*]

**rēniculus,** -ī *m.* *a* ren (renes). GLOSS. -us: lendibreda saxonice. [*val.* rinichi, *sard. mer.* arríɣu, *vasc.* arnelh. *cf. M.-L. 7209. Tiktin-Miron³ III 333. Wagner I 125. Wartburg X 255. Schd.-Cr.*] [*confunditur c.* renunculus *l. 50 (falsa var. l.* VVLG. lev. 3, 10. 7, 4. *al.); falsa var. l.* renisculi *pro* renes PLAC. med. 2, 8 rec. *β.*]

*plur.* -i *i. q. renes* (*vi demin. detersa*): MARCELL. med. 26, 36 ad -orum d o l o r e m remedium (26, 132. 133 [*bis*]). 26, 107 haec potio ... et vessicam et -os (renunc- *var. l.*) ... purgat. PS. HIPPOCR. ad Antioch. vers. *γ* p. 23, 10 defectio -orum (*om. vers. cett.*).

**renīdentia,** -ae *f.* *a* 1. renidere. *i. q. actio renidendi, sc. per risum*: TERT. anim. 49, 1 infantes qui non putant somniare, ... animadvertant ... -as eorum per quietem (*Arist. gen. anim. 779a12* καθεύδοντα [*sc.* τὰ παιδία] ... γελᾷ *confert Waszink ad l.*). *Bk.*

**1. ˣrenīdeo,** -uī, -ēre. [*a* re- *et* *nīdēre, *cui subest adi.* *ne̯ido- (< *ne̯i-ido- < *ne̯i-idʰo-) *derivatum a radice* *ne̯i- *'splendere'* (*v. sub* niteo); *ad formationem comparari possunt e. g.* lūcidus *a* lūx *et* frigidus *a* frigor. *v. Leumann, Gramm. 1977, 265 sq. 329 sq.; Nussbaum in: Eichner et al., Compositiones Indogerm., 1999, 391 sq. Mei.*] *de origine*: PORPH. Hor. sat. 2, 7, 38 'nidorem' pro 'risu', a quo verbum fit -o (*sim.* SCHOL. 'nidore' ... non 'odore tracto', sed 'risu', unde et -et). NOT. Tir. 96, 78 -et. *de formis: perf.* -uit *l. 65 (nisi ad* renidesco *pertineat), part. praes. abl. sing.* -enti VERG. georg. 2, 282 OV. met. 8, 197 VAL. FL. 4, 234. *al. de notione*: GLOSS. -et: splendet ⌊aut olet⌋ (*ad p. 1099, 44*). -uit: ἐμειδίασεν (*an ad p. 1099, 53?*). -enti vultu: interdum laeto et hilari, interdum splendenti; item florenti, si dicamus 'terra -enti'. GLOSS.ᴸ Corp. R 171 -enti (*scrib.* -nit-): fulgenti (*restit.* GLOSS.ᴸ V Aa RE 456 -enti: f. [retin- *trad.*]). *sim. al.* (*cf. p. 1100, 4*). *legitur in versibus inde a* CATVLLO (*v. p. 1098, 62 sq.*), LVCR., VERG., *in orat. soluta inde a* LIV., VAL. MAX. [*confunditur in codd. passim c.* renitere, *e. g.* LVCR. 2, 27 VERG. georg. 2, 282 OV. met. 8, 197 (*restit.* [*haud semper constat, an recte*] PANEG. 4, 34, 4 IVL. VAL. 3, 43 l. 996 SVLP. SEV. Mart. 24, 7 *et* GLOSS. *l. 68 sq., vix recte p. 1100, 38; in falsa var. l.* SOL. 52, 55 GREG. TVR. Franc. 7, 1 p. 325, 7 glor. conf. 41); *e coni. pro* residentis QVINT. inst. 6, 1, 38.]

*fere i. q. nitorem reddere, refulgere* (*vis praeverbii fort. pertinet ad lucem repercussam, cf. maxime l. 5 sqq. [potius de imagine remissa agitur l. 53]; accedit syn. e. g.* fulgere *l. 7. 40,* (e)nitere *l. 19. 27 sq. 36*): **I** *proprie spectat ad nitorem, splendorem lucis sim.*: **A** *quaelibet exempla; -ent*: **1** *res*: **a** *variae, quae luce aliena, metallis, gemmis sim. splendent, clarae vel pulchrae sunt*: **α** *aedificia sim.*: LVCR. 2, 27 domus argento fulget auroque -et. HOR. carm. 2, 18, 2 non ebur neque aureum mea -et in domo lacunar. ARNOB. nat. 6, 3 p. 310, 16 *licet templa* laquearibus ... -ant aureis. HEGES. 5, 53, 1 p. 413, 22 portae tuae auro micantes, aliae argento -entes. AVG. civ. 3, 31 p. 143, 28 fana -bant. MART. CAP. 2, 208 *domus Iovialis* tanto splendore -bat, ut argenti crederetur fabricata materia. *al.* **β** *arma sim.*: VERG. georg. 2, 282 fluctuat omnis a e r e -enti tellus ([*cf. Hom. T 362* γέλασσε *et Lucr. p. 1099, 55*]. ANTH. 8, 30 a. -enti ... certant *fratres*). STAT. Theb. 10, 660 sparsa orichalca -ent. CLAVD. 22, 90 galeas ... -entes hyacinthis ... dividis. carm. min. 48, 3 auro phalerae, gemmis ... frena -ent. MART. CAP. 5, 426 arma ... fulminea quadam coruscatione -bant. **γ** *gemmae, metalla* (*cf. l. 13 sq. 14. 38*): PLIN. nat. 37, 88 circulo praelucido ... neque in recessu gemmae aut in deiectu -ente, sed in ipsis umbonibus nitente. MAR. VICTOR. aleth. 2, 124 candenti lacte -ens ... argentum. **δ** *res naturales, loca*: CALP. ecl. 2, 81 -enti dabimus tibi cortice Chias. STAT. Theb. 7, 287 -entem deducunt Strymona cycni. silv. 4, 5, 7 pontus ac t e l l u s -ent ⌊ad⌋ (*Coleman, in alii,* iam *trad.*) Zephyros Aquilone fracto (AVIEN. orb. terr. 1204 t. ... splendente procul beryllo ferta -et [*cf. gr. 1011 sq.* φέρει ... βηρύλλον γλαυκὴν λίθον]). APVL. met. 11, 7, 5 arbores ... germine foliorum -entes (*sim. cum floribus*: PRVD. perist. 12, 54 prata vernis floribus -ent). CLAVD. 8, 179 (*178* vicina nitent) Pangaea -ent. PAVL. NOL. carm. 24, 106 caelum serenis enitebat nubibus, astris -bat mare. **ε** *cetera exempla* (*sc. -ent arte facta*): HOR. epod. 2, 66 positos ... vernas ... circum -entis lares ([*cum* vernas *iungere vid.* SCHOL. splendentes aut vultu aut garrulitate]. *item -et statua*: IVL. VAL. 3, 43 l. 996 rex ... effigiem videt fulgore aetherio -entem [*Kroll,* -nit- *trad.*]). MART. CAP. 1, 16 perlucentis vitri salo -bat (*sc. urna ut*: 1, 17 vernantis caeli temperie -bat; hanc dicebant risum Iovis). 6, 581 *peplum* diversitate colorum variegata -bat.

**b** *caelestia vel ad lucem pertinentia* (*in lapide l. 38*): HOR. carm. 2, 5, 19 Chloris albo sic umero nitens, ut pura nocturno -et luna mari. SOL. 2, 43 gemma ... facie adeo iucunda, ut languentes intrinsecus stellas et sub nubilo -entes perfundat color croceus. MART. CAP. 1, 27 aëria temperies sudis tractibus -bat. GREG. TVR. Iul. 6 fulgora.

**c** *color ipse, lux*: APVL. met. 4, 2, 1 fulgentium rosarum mineus color -bat. IVVENC. 1, 205 (*sec. Luc. 2, 29 sqq.; loq. Symeon*) nostros lux oculos tua, *sc. Christi pueri,* circumstat radiisque -et.

**2** *animantes eorumve partes* (*fort. huc p. 1099, 29*): APVL. met. 3, 19, 5 tuis ... -entibus crinibus et hiantibus osculis ... addictum. CARM. de fig. 150 *ebrius* madido ore -ens (*an ad p. 1099, 51?*). SVLP. SEV. chron. 1, 19, 9 (*respic. exod. 34, 29 sq.*) tanta claritudine facies eius *Mosis* -bat, ut intueri eum populus non valeret. Mart. 24, 7 Iesus dominus ... *non se* diademate -entem (*Halm,* -nit- *trad.*) venturum esse praedixit. MART. CAP. 7, 728 vultus ipsius *Arithmeticae* lumine -bat. SIDON. epist. 2, 13, 6 *tyrannus* clientem ... -entem gemmis margaritisque aureo lecto ... imponit.

**B** *accedit acc. indicans naturam speciei, imaginis -endi* (*quae imago repercutiatur l. 53*): **1** *subst.* (*fort. huc p. 1099, 48*): PETRON. 119 vers. 28 citrea mensa greges servorum ostrumque -ens. AVIEN. orb. terr. 1084 Emesus fastigia celsa -et. **2** *adi. neutr. pro adv.*: SYMM. epist. 1, 8 (vers.) Amathusium -ens ... Dione. CE 883, 3 (*saec. IV ex./V; opus musivum*) gratum ... -et aedibus in nostris summus apex operis.

**II** *translate vel in imag.; -ent*: **A** *qui (quae) rident* (*exprimitur laetitia, hilaritas sim. e. g. l. 64. p. 1099, 5, sed c. respectu ludibrii, irrisionis, doli sim. e. g. l. 74. p. 1099, 6. 19 sq.; cf. l. 13. 33*): **1** *quaelibet exempla*: **a** *animantes eorumve facies (fere homines, sed dei l. 65. p. 1099, 3. al., animal p. 1099, 2): ipsi*: CATVLL. 39, 2 Egnatius, quod candidos habet dentes, -et usque quaque (*de eodem ibid.* 4. 6 orba cum flet unicum mater, -et ille. 7. 15). OV. ars 2, 49 tractabat ceramque p u e r pinnasque -ens ([*de Icaro, ut p. 1099, 5*]. SEN. Phaedr. 277 [*respic. Cupido*] lascivus p. et -ens. STAT. Theb. 4, 796. MART. CAP. 1, 76 *sol* facie ... p. -entis. 2, 144). LIV. 35, 49, 7 homo ... ⌊-ens⌋ condimentis ⌊ait⌋ ... speciem ferinae carnis ex mansueto sue factam (⌊ ⌋ *item part. praes. describit habitum loquentis*: TAC. ann. 15, 66, 1 instanti minitantique -ens Scaevinus ... a. AMM. 22, 9, 10 quo audito princeps -ens ... a. *al.; sim.* -ens inquit: VAL. MAX. 3, 2 ext. 6 *quidam* -ens ... servo publico ... i. '...'. GELL. 12, 13, 19. 15, 9, 9 APVL. met. 2, 13, 1. MACR. Sat. 1, 2, 10 *quidam* vultu -ens ... i. *al.; cf.* MACR. Sat. 1, 4, 4 cum ... -ens taceret. *sim. al.*). SEN. Med. 389 *Medea* oculos uberi fletu rigat, -et. TAC. hist. 4, 43, 2 ambo infensi, ... Marcellus minacibus oculis, Crispus -ens. APVL. met. 3, 12, 1 hilaro vultu -ens quantumque poteram laetiorem me refingens. 10, 16, 2

[McNamara]

mollius mihi -entis Fortunae contemplatus faciem. CE 1512, 10 (*saec. II; ad canem mortuum*) nec blandis mihi morsibus -es. MART. CAP. 1, 67 (*antea*: vultus ... perlucens) ille *Iuppiter* immutabili laetitia -bat (*cf. p. 1098, 33*). *al.* *os, vultus* (*cf. l. 24*): OV. met. 8, 197 Icarus ... ore -enti ... captabat plumas (VAL. FL. 4, 234 illum *Pollucem* Amycus ... o. -enti lustrans obit). VAL. FL. 4, 359 *iuvencae* pectora mulcet Iuno -enti ... vultu. PRVD. perist. 10, 712 sereno frons -et gaudio (c. Symm. 2, 723 [*loq. Roma*] signa -enti fumans si f. recepi). **b** *res*: QVINT. inst. 12, 10, 28 (*respic. sonus litterarum graecarum*) velut hilarior ... -et oratio (*opp.* tristes et horridae *litterae*). IVLIAN. in Os. 1, 10 l. 575 quem *iudicem* ... magis indulgentia -ens quam severitas amara delectet.

**2** *accedit inf. indicans id, de quo quis gaudet*: HOR. carm. 3, 6, 12 manus ... adiecisse praedam torquibus exiguis -et (PORPH. torques ... ampliasse gaudent; hoc enim nunc significat -ent. SCHOL. splendet, eo quod reparati et maiores facti ipsa novitate fulgerent).

**3** *accedit acc. adverbialis indicans modum vel gradum -endi*: **a** *adi. neutr. pro adv.*: SIL. 13, 375 torvum ... et furiale -ens (AMM. 14, 9, 6). STAT. Theb. 12, 688 *Creon* fictum ... ac triste -ens. TAC. ann. 4, 60, 2 Tiberius ... falsum -ens vultu. APVL. met. 6, 16, 2 *Venus* -ens exitiabile. PANEG. 3, 14, 6 serenum. OPT. PORF. carm. 1, 5 gratificum. HIER. epist. 14, 6, 2 ore virgineo ... Scyllaceum -ens libido blanditur. GLOSS.$^{L}$ IV Plac. F 17 fastidiosum (*v. vol. VI 1, 312, 17sq.*). *de litteris ore formandis pronuntiandisque*: TER. MAVR. 120 'I' ... minimum ... -et supero tenus labello. **b** *pron.*: PANEG. 4, 34, 4 vultum ... venerandum quiddam et amabile -entem (*Rhenanus*, -nit- *trad.*).

**B** *quae praeclara, notabilia sim. sunt*: AMBR. fid. 2 prol. 14 bona ... fides, cum pulchro operum -et ornatu. CLAVD. 20, 501 sola -et in Stilichone salus. PAVL. NOL. epist. 44, 1 p. 370, 13 sermo ... gratia spiritali -ens. MART. CAP. 1, 5 *Mercurii* corpus ... virili quadam amplitudine -bat (*nisi respic. nitor olei, ut ad I trahas*). SIDON. epist. 4, 17, 1 litteras ... gratiae ... -entis cultu refertas. VEN. FORT. epist. (carm. 3, 4) 2 tanta se -entis eloquentiae lux vibravit, ut *eqs.*

*appendicula structurarum; accedit*: **1** *acc.: v. supra sub IB et IIA3.* **2** *inf.: v. sub IIA2.* **3** *abl. indicans: causam, instrumentum, colorem* (*selecta*): auro *p. 1098, 7. 15* (*corporeis luminosis, praeclaris ut* aere *p. 1098, 13sq.*, gemmis *p. 1098, 16. 50,* ornatu *l. 27. al.*), coruscatione *p. 1098, 17* (*sim.* fulgore *p. 1098, 31,* lumine *p. 1098, 49,* astris *p. 1098, 28. al.*), lacte *p. 1098, 20,* laetitia *l. 3* (*cf.* gaudio *l. 7, ceteris incorporeis e. g.* gratia *l. 28*). *al.* *qua parte quis -at*: ore *l. 21. p. 1098, 45,* vultu *l. 19. p. 1098, 72. al.* **4** *dat. eos indicans, quibus quid vel quis -at* (*huc sec. Nisbet-Hubbard* HOR. carm. 2, 5, 19 *p. 1098, 36* [*comm. ad l.; potius abl. loci*]): mihi *l. 2,* servo *p. 1098, 70, cuidam* instanti *p. 1098, 68.*

*deriv.*: 2. nidor, renidentia, renidesco.

**2. ※renīdeo,** -ēre. *a* re- *et* nidor. *de notione* (*cf. p. 1097, 62*): GLOSS. -et: redolet. olet. GLOSS.$^{L}$ I Ansil. RE 1057 (cod. Paris.) -et: putet. *sim. al.; adde p. 1097, 65.*

*i. q. nidorem reddere, olere; -et*: *hortus* (*c. obi. acc.*): AMBR. virg. 1, 8, 45 hortus ... vitem redolet, fraglat oleam, rosam -et (*nisi ad p. 1098, 51sqq.*). *odor ipse*: RVFIN. Orig. in. iud. 3, 2 p. 482, 1 (*in imag.*) de altari domini ... odor taeterrimus superbiae et elationis -et. *animans* (*c. abl.; fort. huc p. 1098, 45*): VRAN. epist. 11 sanctum Paulinum ... odore ambrosio -entem.

**renīdēsco,** -ere. *a* 1. renidere. *formam perf.* -uit *traximus ad* 1. renideo (*v. p. 1097, 63*). *fere i. q. renidere* (*qua re, indicatur per abl.*): LVCR. 2, 326 tota ... circum aere -it tellus (*cf. p. 1098, 13*). AVIEN. Arat. 1787 *lentiscus* arbos ... trino flore -ens. *McNamara.*

**[renimentum** *v.* revimentum.**]**

**rēnis** *v.* ren. **[rēnisculus** *v.* renic- *p. 1097, 47.*]

**renīsus,** -ūs *m.* *a* reniti. [*confunditur c.* sensus *l. 64. 70.*]

*i. q. actio renitendi*: *corporaliter*: CELS. 5, 28, 12$^{E}$ *specillo demisso* perventum ... esse ad eam *cartilaginem* ex -u patet. AVG. civ. 14, 23 p. 47, 29 manus et pedes movemus, cum volumus, ... sine ullo -u, tanta facilitate *eqs.* epist. 187, 25 p. 103, 4 quod vocibus ... et motibus reluctantur *infantes, cum baptizantur,* ... omnis -s (sensus *var. l.*) ipsorum nihili penditur. *incorporaliter, sc. renititur voluntas, animus*: AVG. civ. 14, 23 p. 49, 3 hunc -um, hanc repugnantiam (*in pudicitia custodienda ut*: c. Iulian. 5, 7, 29 illi *concupiscentiae tamquam naturaliter bonae* semper consentiendum esse ..., ne -u improbo repugnetur naturali bono). 21, 16 p. 519, 16 quae *infantia* sine ullo -u subiacet carni. serm. 296, 6 (8) coll. Morin p. 406, 20 *Christus* continuo convertit -um (sensum *var. l.*) ad oboedientiam (*Matth. 26, 39*). CLAVD. MAM. anim. 1, 22 p. 80, 21 cuius *corporis vel loci* ... nullo -u occupabitur *anima.*

**renītēns, renītenter** *v.* renitor.

**renītentia,** (-ae) *f.* *a* reniti (renitens). *i. q. actio vel habitus renitentis*: AVG. serm. 277, 7 quanta ibi, *in corpore spiritali,* facilitas ...? in nullo pondus, ... in nullo ex alia parte -a et reluctatio. [*medii aevi est* PS. QVINT. decl. exc. Monac. 15 p. 384, 31.] *Bk.*

**reniteo,** -ēre. *a* re- *et* nitere. GLOSS. II 172, 12 -et: ⌞μειδιᾷ⌟, *ἀντιλάμπει* (⌞ ⌟ *spectat ad* renidet, *quam lect. exhibet ed. Stephani et restit. Lindsay*). IV 279, 2 -et: resplendet (res splendit *cod. princeps*). 422, 2 -enti: fulgenti. GLOSS.$^{L}$ I Ansil. RE 1062sq. -ens: resplendens. refulgens. [*confunditur in codd. maxime c.* 1. renidere, *v. p. 1097, 71sqq. et cf. l. 3; c.* retinere SOL. 52, 55 ZENO 1, 1, 4 PRISC. periheg. 258 ISID. orig. 16, 14, 10.]

**1** *fere i. q. refulgere, resplendere (notio nitoris in contrarium redditi inest praeverbio saepe sub a, ceterum evanida est praeter l. 41sq.; indicatur modus -endi per adi. praedic. l. 16. 18. 35, acc. l. 41, abl. l. 23. 34. 41, locut. c. praepos. l. 22, instrumentum vel materies per abl. l. 20. 26. 28. 30); agitur de splendore, qui percipi potest*: **a** *oculis* (*simul oculis et mente v. l. 40*): **α** *indicatur, ad quam lucem -ant*: APVL. met. 2, 9, 1 cum capillis color gratus et nitor splendidus inlucet et contra solis aciem vegetus fulgurat vel placidus -et (*item c. praepos.*: HEGES. 5, 46, 1 p. 398, 25 aquarum ... -entium ad solis exortum). PRISC. periheg. 258 *lapis heliotropius* purior ... soli -et nudatus ab undis. **β** *cetera exempla*: PANEG. 4, 12, 4 *vultus Constantini* universorum pectoribus infixus est nec commendatione cerae ac pigmentorum fucis -et (*pertinet simul ad b*). ANTH. 950, 1, 1 specular -ens (*item -et gemma sim.*: SOL. 52, 55 *adamas* pallidior ac magis ad argenti colorem -ens. AMBR. vid. 5, 30 -entis metalli. EPIPHAN. Avell. 244, 26 lapis, qui per omnia purpurae specie -et [*cf. Migne gr. 43, 297$^{A}$ ὁ διόλου πορφυρίζων*]. ISID. orig. 16, 14, 10. *cf. l. 18 et* SOL. 33, 22 [*de paederote*] orarum extimis corona crocea velut e liquido -ente). AMBR. epist. 10, 73, 30 pastorales casas auro degeneri -entes (*item -et aedificium sim.*: CASSIOD. in psalm. 48, 12 l. 179 videmus ... quaedam mausolea pulcherrimis -ere marmoribus. GREG. TVR. Franc. 7, 1 p. 325, 7 omne pavimentum erat quasi aurum argentumque -ens [-nid- *var. l.*]. glor. conf. 41 quod *sepulchrum* marmore Phario sculptum -et [-nid- *var. l.*]). hex. 3, 12, 52 uvas vel aureo colore vel purpureo -entes. 4, 2, 5. EVCHER. laud. her. 42 *insula* herbis virens, floribus -ens.

**b** *mente*: **α** *-ent res*: ANTH. 812, 13 puer, cuius modo forma decorque ingeniumque ferax omni probitate sacroque Pieridum cultu -ens. ZENO 1, 1, 4 prae me fero ..., quod ista, et non ambigua, in vobis -et assertio. AMBR. hex. 6, 7, 42 quae *anima* habet in se virtutum gratiam -entem (obit. Valent. 62 quod in verbis eius iustitia refulgeret, in factis et operibus -ret g. [renid- *Faller, Corp. Vind. 78 p. 331*]). VITA Caes. Arel. 1, 11 ita ut vultus eius qualitas nescio quid semper videretur -ere caeleste (*cf. fort. p. 1099, 25*). **β** *-ent animantes*: ZENO 1, 7, 4 alter in altero exsultat cum spiritus sancti plenitudine una originali coaeternitate -ens (*de deo patre et filio ut*: 1, 56, 1 alter -et in altero). GREG. TVR. Mart. 1, 3 lucidus et toto orbe -ens gloriosus domnus Martinus. PS. DAMAS. epigr. 71, 21 *sancta femina* -ens quasi sponsa polo.

**2** *i. q. iterum nitere*: GREG. TVR. Franc. 5, 20 -ente aurora surgentes a cena *eqs.*

*deriv.*: renitesco.

**renitēsco,** -uī, -ere. *a* renitere. NOT. Tir. 113, 63sq. -uit. -it.

*i. q. renitere incipere*: LEO M. epist. 120, 1 Conc.$^{S}$ II 4 p. 79, 2 minus bonum videri solet pax continuata per otium quam reddita per laborem; ipsa quoque veritas et clarius -it et fortius retinetur, dum quae fides prius docuerit, haec postea examinatio confirmarit.

**[rēnitiōsus** *v. p. 1103, 46.*] *Koike.*

**※renītor,** -nīsus sum, -nītī. *a* re- *et* niti. NOT. Tir. 74, 73$^{a}$ -xus. 74, 76$^{a}$ -sus. 74, 80 -itur. *de formis: act. praes. l. 60. p. 1102, 31, imperf. p. 1101, 48. 1102, 24 (perf. in var. lect. l. 65); part. perf.* -sus *inde ab* APVL. *p. 1101, 33* (-xus *l. 55*). *de notione*: SYNON. Cic. p. 413, 9 adversatur. repugnat. ... reluctatur. resistit. -itur. p. 422, 15 resistens. -ens. repugnans. p. 441, 29 reclamat. ... -itur. GLOSS. -or: *ἀντεξεργάζομαι. ἀντεπερείδομαι. ἀντιβιάζομαι.* -itur: e contra conatur. ⌞-ere⌟: recusare (⌞ ⌟ *scrib.* renn-; 'rennuere?' *Goetz*). *v. etiam p. 1102, 31sq.* *legitur in prosa orat. inde a* LIV., CELSO, *in versibus non nisi* PRVD. perist. 14, 13 MEROB. poet. 169. **[***confunditur in codd. maxime cum* retinere, *e. g. p. 1101, 3. 61. 74. 1102, 4. 8. 17, ceterum e. g. cum* resistere *p. 1101, 37; in falsa var. l. pro* renuere APVL. met. 3, 9, 6. PASCHAS. verba patr. praef. (-uissem *def. Freire, ed. p. 150sq.*); *coni. Vollmer* PLIN. nat. 32, 13 (paenitendo *trad., cf. vol. X 1, 58, 62sq.*).**]**

*i. q. rursus, retro niti*: **I** *in adversum, sc. reluctando, resistendo, repugnando* (*pro syn. est vel iuxta ponitur e. g.* reclamare *p. 1101, 41. 1102, 17,* recusare *p. 1101, 61,* repugnare *p. 1101, 35. 52. 63,* resistere *p. 1101, 42; opp.* cedere *p. 1101, 70. 1102, 2. 27,* velle *p. 1101, 24sq.; indicatur, cui [rei] quis resistat, per dat. e. g. p. 1101, 9sqq. 27. 42sqq. 68sq., praepos. p. 1101, 31sqq., acc. c. inf. p. 1101, 50, inf. p. 1101, 17sq. 28. 48; quid prohibeatur, per enunt. secund. c.* ne *p. 1101, 18. 33. 58,* quominus *p. 1101, 12*): **A** *vi incorporali*: **1** *-untur homines*: **a** *re-*

[Palazzolo]

*cusando aliquid facere*: α *iussa*: *quaelibet exempla*: LIV. 5, 49, 2 *Camillus* Gallos submoveri iubet; cum illi -entes pactos dicerent sese, negat eam pactionem ratam esse (retin- *var. l.*). HIL. c. Const. 26 mandas tibi subscriptiones Afrorum, quibus blasphemiam Vrsaci et Valentis condemnaverant, reddi; -entibus comminaris. AMM. 15, 7, 9 hunc *Athanasium* ... abicere sede sacerdotali ... iubente principe Liberius monitus perseveranter -batur (*postea*: recalcitrans). AMBR. epist. extra coll. 10, 6 petierunt legati, ut templis redderes: non fecisti; iterum alteri postulaverunt: -sus es. *al.* *indicat dat., cui rei quis -atur*: LVCIF. Athan. 1, 14 l. 14 tuo ... praecepto. HIST. AVG. Hadr. 5, 5 cum ... esset admonitus, ut ... praefectus urbis, si -retur eius imperio, necaretur *eqs.* PRVD. perist. 14, 13 aiunt ... puellulam Christo calentem fortiter inpiis iussis -sam, quominus idolis addicta sacram desereret fidem. POMER. 1 prol. 1 (*ad pontificem*) diu multumque -sus sum voluntati tuae (*sc. hoc opus scribendum imperanti*). *al.* *indicat struct. verbalis, quid quis agere sim. recuset* (*cf. l. 12*): GREG. M. moral. 3, 55 l. 56 *populus Iudaeorum* mandata legis retinens implere -itur ([nit- *var. l.*]. *item c. inf.*: 6, 31 l. 73 auctoris voci oboedire -itur). 35, 31 *Moyses* precibus (*abl.*) -itur, ne Israeliticae plebi *a deo* praeferatur (*cf. exod. 4, 10sqq.*). β *proposita sim.*: COD. Iust. 6, 30, 11 (*a. 294*) -ente te pater tuus ... hereditarios manumittendo servos his praestare libertatem *non* potuit. AMM. 20, 4, 18 si -i perseverasset *Iulianus, sc. ne coronaretur* (*cf.* HIST. AVG. Aur. 6, 3 *Antoninus Pius* aulico fastigio -entem ornavit *M. Aurelium*). HEGES. 1, 16, 2 intra urbem seditio orta volentibus Hyrcani sociis urbe recipere Pompeium, -entibus Aristoboli propugnatoribus (*gr. aliter*). AVG. c. Cresc. 1, 6, 8 praedicamus volentibus oportune, -entibus inoportune. SVLP. SEV. chron. 1, 20, 8 gens indomita, sanis consiliis male -ens. GREG. M. moral. 28, 46 l. 40 facere male suggesta -itur. *al.*

**b** *impugnando, repellendo sim.* (*maxime contradicendo, obloquendo, sed aliter imprimis l. 42. 45sq.; accedit enunt. secund. indicans, quid -entes dicant, l. 54*): α *indicatur, quid (quis) repellatur*: *per praepos.*: APVL. apol. 99, 3 cum testamentum Pudentilla ... scriberet, diu sum adversus illam -sus, ne *filium* ... exheredaret (SVLP. SEV. dial. 1, 6, 3 adversum haec *argumenta* episcopi obstinatius -entes. VITAE patr. 5, 10, 88 non repugnes contra omnes *cogitationes te sollicitantes,* sed contra unam ...; necessarium ... est ... a. illam -i [*gr. 10, 125 πολέμησον*]). CYPR. epist. 27, 4 nos ... contra invidiae impetum totis fidei viribus -entes multum sermo vester adiuvit ([resist- *var. l.*]. PS. PROSP. vocat. gent. 1, 25, 57 c. omnem elationem ... illam invictissime -i sententiam ... apostoli: ' ... quid gloriaris?'). VINCENT. LER. comm. 6, 5 cum ... ad novitatem rei (*sc. rebaptizandi*) cuncti reclamarent atque omnes ... sacerdotes ... -rentur *eqs.* *per dat.*: CYPR. unit. eccl. 4 (rec. TR) ecclesiae -itur et resistit. HIL. coll. antiar. p. 174, 12 nos ... haeresi -entes ... iustum putavimus *eqs.* AMM. 20, 7, 15 ancipiti diu exitio -entes obsessi postremo ... effuse disiecti sunt. AVG. in Gal. 61, 8 quibus *desideriis* non consentiendo -imur. PROSP. chron. I p. 468, 1265 Constantius servus Christi ... Pelagianis ... devotissime -ens. *al.* *per inf.*: VITA Roman. rec. (BHL 7306) 13 *sanctus moribundus* nec mori metuebat nec vivere -bat. *per acc. c. inf.*: GREG. M. moral. 14, 6 (*spectat ad Iob 18, 4*) *haeretici* rupes, *i. doctores suos,* de loco proprio transferri -untur. β *cetera exempla*: ITIN. Alex. 11, 26 -i ausam invitamque obsequi Sagalassum expugnat urbem. QVEROL. p. 52, 18 Lar Familiaris praedixit meus etiam -enti ac repugnanti ventura *esse* mihi bona omnia. HEGES. 2, 8, 1 vindicantibus sibi Iudaeis urbis totius quasi ab Herode Iudaeo conditae possessionem, -entibus gentilibus, quod conditor ... Caesaris eam nomine declaraverit (*cf. gr. 2, 266 μέντοι ... ἔφασαν*). *al.* *part. praes. pro subst.*: CONSVLT. Zacch. 2, 4, 16 -entum intentioni respondere. FVLG. RVSP. ad Tras. 2, 6, 2.

**2** *-untur res*: MIN. FEL. 26, 4 Gaius Caesar, ne ante brumam in Africam navigia transmitteret, auguriis et auspiciis -entibus sprevit. AVG. conf. 8, 7, 18 quibus sententiarum verberibus non flagellavi animam meam, ut sequeretur me conantem post te ire? et -batur, recusabat ([retin- *sim. var. l.*]. *cf.* c. Iulian. 5, 26 *vitium* exsurgit, opprimo; -itur, refreno; repugnat, expugno. FVLG. RVSP. epist. 4, 10 ex nobis nascitur, quod divinae -itur iussioni). CAEL. AVR. chron. 1, 4, 127 arteriotomia ... utilibus -itur rebus, siquidem nulla recorporativa adiutoria ... adhibere permittat.

**B** *vi locali vel corporali*: **1** *-untur res*: **a** *in arte medica* (*cf. p. 1102, 22*): CELS. 4, 16, 1 intumescit ... pars sinistra eaque dura est et prementi -itur (7, 7, 14^D *loco inani* p. nihil -itur. 7, 18, 10 *tumor* p. magis -itur). 7, 6, 2 quaedam ex his *tuberculis* dura ac -entia, quaedam mollia cedentiaque sunt (*cf.* 8, 17, 1 super durum locum et -entem). 7, 26, 3^A *calculus harenosus* inter subiectos digitos ... *non* aeque -itur, *sc. ac asper calculus.* 8, 3, 5 *specillum* -ens aliquid invenit. *al. apud eundem.*

**b** *vario contextu*: PLIN. nat. 2, 197 *in motu terrae* tutissimi sunt aedificiorum fornices, ... alterno pulsu -ente ([retin- *var. l.*]. *cf.* 2, 198 innoxium ... cum concurrentia tecta contrario ictu arietant, quoniam alter motus alteri -itur). 16, 222 pondus sustinere validae abies, larix ...; robur, olea incurvantur ceduntque ponderi, illae -untur (*cf.* GELL. 3, 6 tit. quod lignum ex ea *palma* ponderibus positis -atur). SOL. 10, 12 ne *gruibus* pergentibus ad destinata vis flatuum -atur *eqs.* 38, 11 quibus *aquis* -entibus subinde fractus *Mons Taurus* ... flectitur (retin- *var. l.*). *al.*

**2** *-untur animantes* (*actio eorum l. 22*): **a** *animalia*: PLIN. nat. 8, 118 *cervae* vestigant cavernas nariumque spiritu extrahunt *serpentes* -entes (retin- *var. l.*). 32, 2 *echenais piscis* cogit stare navigia ...; infrenat impetus ... non -endo, ... *sed* adhaerendo. APVL. met. 6, 29, 7 *puella* me ... dirigere dextrorsum magnopere gestiebat ..., sed ego ... -bar firmiter (*-itur asinus ut*: GREG. M. moral. 1, 23 [*in compar.*] quasi brutum animal et nulla ratione -ens). CLAVD. DON. Aen. 11, 755 p. 527, 4 tenebat draconem aquila summo in aere suspensum ..., -batur ille sinuosis flexibus.

**b** *homines*: α *varia exempla*: APVL. met. 1, 26, 2 *hospes* iniecta dextera clementer me trahere adoritur; ac dum cunctor, dum modeste -or *eqs.* (*item -itur, qui manu trahitur*: 3, 2, 1. 3, 10, 3. 6, 9, 1 [retin- *var. l.*]. SVLP. SEV. Mart. 23, 10 -i ac reclamare). CLAVD. DON. Aen. 5, 20 p. 427, 29 (*loq. Palinurus*) vim *ventorum* -endo superare non possumus. AVG. c. Cresc. 2, 26, 32 (*in imag.*) nec te sentis nodum, quo ligatus es, -endo constringere. CAEL. AVR. chron. 5, 4, 66 si ex aliis locis sanguis feratur, digitorum impressione magis abstinetur; cum supradictis locis ... -itur impressio, tunc *eqs.* VEN. FORT. vita Germ. 1 *mulier gravida* incubabat in ventre, ut pondere praefocaret *partum* ...; certabatur (certabat *var. l.*) mater cum parvulo, -bat infans ab utero (-batur, retinebat(ur) *var. ll.; postea*: obluctabatur). *al.* β *in pugna, contentione sim.*: AMM. 15, 8, 1 nullo -ente ad internecionem barbaris vastantibus universa (25, 7, 10. 31, 16, 1). 31, 13, 10 -entibus *non* cedebatur. CLAVD. DON. Aen. 11, 745 p. 526, 9 *Tarchon* -enti sustulit ferrum. HEGES. 1, 11, 2 p. 16, 26 certatum ..., quoad Antiochus restitit; -batur enim, quamvis *eqs.* (*cf. gr. 1, 101 ἀντεῖχεν*). *al.*

**II** *retroversum, in tergum*: GLOSS. V 327, 47 -ite: reclinate (*item* GLOSS.^L Corp. R 53).

*part. praes.* **renītēns,** -entis *pro adi. e. g. p. 1101, 69sq. 72, pro subst. masc. e. g. l. 27sq. p. 1101, 57.*

*adv.* **renītenter.** *i. q. modo renitenti*: AVG. lib. arb. 3, 235 quae *anima* nec libenter nec indifferenter, sed potius -r et reluctanter intenditur in eam passionem corporis.

*deriv.*: renisus (-ūs), renitentia.

**rennu-** *v.* renu-. *Palazzolo.*

**1. reno,** -āvī, -āre. *a* re- *et* nare. [*p. p. p.* -to *falsa var. l. ab edd. vet. recepta* AVG. civ. 18, 17 p. 277, 5, *v. supra p. 1096, 57.*] *i. q. retro nare*: HOR. epod. 16, 25 iuremus in haec: simul imis saxa -rint vadis levata *eqs.* (*explicatur*: PORPH. revertendum non esse dicit; nec enim saxa umquam -bunt. SCHOL. [*codd. cp*] '-rint': supra mare nataverint vel sursum emerserint). EPICED. Drusi 432 nulla ... per Stygias umbra -vit aquas. *Bk.*

**2. rēno,** -ōnis *m.* [*vox orig. ut vid. germ.* < *u̯renōn- / u̯rēnōn-, *derivanda ex* *u̯rēn, *u̯rn-és *'ovis, aries, agnus'* (*cf. gr.* (ϝ)άρην, *armen.* gaṙn, *sanscr.* uraṇa-) *et suffixo poss.* *-hon-, *significat vestem e vellere agni confectam; consonans prima* *u̯- *pronuntiatione lat. omissa est. v. Walde-Hofmann II 429. Mei.*] *de origine v.* ISID. *l. 69; vocem gall. esse testatur* VARRO *l. 71.* *scribitur* rhe- *in var. l.* CAES., SIDON. (*cf. l. 69*). *sing. non nisi l. 71.*

*genus vestimenti e pelle confecti* (*cf. e. g. Potthoff, Lat. Kleidungsbezeichnungen, 1992, 161sqq.*): **1** *vestiuntur homines* (*fere Germani, sed ad Scythas transfertur l. 60*): CAES. Gall. 6, 21, 5 *Germani* pellibus aut parvis -um tegimentis utuntur, magna corporis parte nuda. SALL. hist. frg. 3, 104 Germani intectum -bus corpus tegunt (*cf. l. 68*). 3, 105 *v. l. 61.* SERV. georg. 3, 383 (*Scytharum gens* 'pecudum fulvis velatur corpora saetis') -bus, nam ut ⌊Sallustius⌋ dicit in historiis, vestes de pellibus -es vocantur (⌊ ⌋ *sc.* hist. 3, 105 *potius relatum quam allatum; sim.* SCHOL. Verg. Bern. *ad l.; cf.* GLOSS. -es: vestes de pellibus [*item fere* GLOSS.^L Corp. R 83]). SIDON. epist. 4, 20, 2 (*describitur habitus Germanorum comitantium regium quendam iuvenem*) clausa bullatis latera -bus. ISID. orig. 19, 23, 1 quibusdam ... nationibus sua cuique propria vestis est, ut ... Gallis linnae, Germanis -es. 19, 23, 4 -es sunt velamina humerorum et pectoris usque umbilicum atque intortis villis ... hispida ...; quos vulgo reptos vocant, eo quod longitudo villorum quasi reptat; de quibus Sallustius '...' (*v. l. 58*); dicti autem -es a Reno Germaniae flumine, ubi his frequenter utuntur. **2** *tegitur lectus*: VARRO ling. 5, 167 in his *operimentis sim. variorum* multa peregrina *sunt verba,* ut sagum, -o ⌊gallica⌋ (*Turnebus,* galli quid *cod. F*). *Spoth.*

**renob-** *v.* renov-.

**renoceo,** -ēre. *a* re- *et* nocere. *i. q. rependendo afficere iniuria, damno sim.*: VET. LAT. sap. 14, 29 male iurantes *apud idola*

[*Bk.*]

*lignea* -eri se non sperant (*gr.* ἀδικηθῆναι, noceri se, ledi se *var. ll.*). DIDASC. apost. 2, 24 eos, qui vos nocent, nolite -ere, sed sustinete (*cf. Const. apost. 1, 2, 2* ἀνταδικήσητε). *Bk.*

**renōdis,** -e. *a* renodare *retrograde.* *i. q.* *nodo solutus*: HIST. AVG. Alb. 13, 1 fuit statura procerus, capillo -i et crispo.

**renōdo,** -ātum, -āre. *a* re- *et* nodare. GLOSS. -o: διαλύω. ἐκλύω. [*vix recte trad.* VAL. FL. 5, 380 *Dianam* -tam pharetris (*coni.* renud- *v. p. 1111, 58*).]

*i. q. solvere rem antea (in)nodatam* (*sc. praeverbio notionem verbi simplicis invertente*): **1** *pro obi. est res antea circumligata sim. aliqua re*: HOR. epod. 11, 28 teretis pueri longam -antis comam (*sunt qui comam nodo circumligari intellegant*). **2** *pro obi. est res antea illigata sim. alicui rei*: CYPR. GALL. iud. 681 (*spectat ad 16, 14; antea: Dalila Samsonis crines* nectit ... palisque ... inligat) *Samson* exiliens reicit ⌊palos⌋ crinemque -at, *sc. a palo* (⌊ ⌋ *v. vol. X 1, 176, 13sqq.*).

*deriv.*: renodis. *Bruno.*

**renōmen** *ad continuandam seriem a* re- *et* nomen *fictum in codd. A, Ge* NOT. Tir. 21, 79[a]; *cf.* pernomen.

**renōmino,** -āvī, -āre. *a* re- *et* nominare. *i. q.* *iterum nominare*: RVSTIC. adnot. Conc.[S] II 3, 1 p. 154, 27 illum *Eutychen* archimandritam -verunt post damnationem *tamquam absolutum.*

**renormo,** -ātum, -āre. *a* re- *et* normare. *i. q.* *iterum normare*: NIPS. grom. p. 288, 25 ad hunc unum acutum (auctum *var. l.*) *angulum* -bis p(edes) XXI (*ibid.* 27. *contextu parum certo agitur de varatione reponenda, v. Bouma, 1993, ed. p. 49 et comm. p. 120sqq.*). LIB. col. I p. 232, 16 ager *Calenus* ... limitibus Graccanis antea fuerat adsignatus, postea iussu Caesaris Augusti limitibus nominis sui est -tus. *Bk.*

**renōsco,** -ere. *a* re- *et* noscere. [*falsa var. l. pro* recognoscere *e. g.* PASS. Perp. 17, 2. MART. CAP. 8, 803 (*forma* regnos-).]

*i. q.* *recognoscere* (*absolute l. 31*): **1** *recensendo, examinando*: PS. CYPR. tract. 37 praemia quaere et prosequere spem in caelo; ⌊-e⌋, cum habes diem operari; nox enim finit operationem (⌊ ⌋ *sc. vitam, proposita tua sim.*; spem ... -e *iunxit De Bruyne, Zeitschr. neutest. Wiss. 15, 1914, 283 vix recte*). CLAVD. MAM. anim. 3, 16 p. 185, 7 quae sparsim edissertata ... sunt, collectim ... redegi et revisenda simul -endaque congessi (recogn- *var. l.*). **2** *cognoscendo vel agnoscendo* (*vi praeverbii parum perspicua, cf. p. 385, 14. 386, 39*): PS. CYPR. tract. 17 ergo intellegendum *est* atque -endum (-itis *cod. ante corr.*) ... spiritum cotidie adversus carnem conluctari. MART. CAP. 1, 7 quo *speculo Psyche* se -ens etiam originem vellet exquirere, *sc. caelestem.* **3** *iterum cognoscendo* (*sc. iam nota*): PAVL. NOL. carm. 15, 342 *anus* nota -it adloquia *domini sui.* **4** *reminiscendo*: PAVL. NOL. carm. 19, 383 quod *opus, sc. eventum quendam,* ... -ere (noscere *var. l.*) vobis promptum erit, in medio quoniam res lumine gesta est. *Goldstein.*

**rēnōsus:** νεφριτικός GLOSS. (rien- *scrib.* GLOSS.[L] II Philox. RI 5; *addas formam corruptam ibid.* RE 163 renitiosus: *v.*). *a* ren (rien, *cf.* lienosus). *significatur is, qui renibus laborat.*

**renoto,** -ātum, -āre. *a* re- *et* notare. *i. q.* *respondendo adnotare, prosequi verbis*: CONC. Tolet. a. 589 Canon. Hisp. V p. 63 l. 156 (*Reccaredus rex ad episcopos*) fidem hanc nostram canonicis ... monumentis *applicate* ...; quam -tam (rem notatam, renovatam *var. ll.*) apicibus *clericorum et primorum* vel eorum subscriptionibus roboratam futuris olim temporibus ... reservate.

**renovāmen,** -inis *n.* *a* renovare. *i. q.* *status renovatus, renovatio*: OV. met. 8, 729 sunt ..., quorum forma semel mota est et in hoc -e mansit; sunt, quibus in plures ius est transire figuras. *Bk.*

※**renovātio,** -ōnis *f.* *a* renovare. *scribitur* -nob- *p. 1104, 12.* NOT. Tir. 34, 76[a] -is. *de differentia*: MAR. MERC. Conc.[S] I 5 p. 7, 38 inter innovationem et -em *eqs.* (*v. vol. VII 1, 1719, 15sqq.; postea p. 1105, 12sq.*). *legitur in prosa orat. inde a* CIC., LIV., PLIN. nat., *maxime apud Christ.; plur. non invenitur.* [*confunditur in codd. c.* novatio *l. 69,* revocatio PS. PROSP. vocat. gent. 1, 8, 14.]

*i. q. actio vel effectus renovandi* (*pendet gen. obi. saepe, gen. subi. p. 1104, 21*): **1** *usu communi*: **a** *respicitur quaelibet reformatio*: **α** *corporalis vel cuiuslibet generis; spectat ad*: Ⓘ *mundum sim.*: CIC. nat. deor. 2, 118 a quo *igne* rursum ... -o mundi fieret (AVG. civ. 20, 30 p. 486, 10 m. conflagrationem eiusdemque -em). GAVDENT. serm. 3, 1 (*respic. Is. 65, 17*) elementorum futuram -em. NICET. psalm. 6 l. 14 terrae -o (*sec. psalm. 103, 30*; novatio *unus cod., ed. Turner*). Ⓘⓘ *animantes, herbas*: CIC. nat. deor. 2, 127 terrae eiusdem generis stirpium -e conplentur. PLIN. nat. 9, 95 *locustae et cancri* senectutem anguium more exuunt -e tergorum. VET. LAT. Ezech. 47, 12 (Hier. in Ezech. 47, 6 l. 1243) fructus eius *ligni* in -e sui primitiva dabit (*cf. gr.* τῆς καινότητος, *aliter Vulg.*). AVG. c. Maximin. 2, 14, 4 l. 145 *deus filius* non prius aliquid fuit et -e est generatus a patre, sed cum patre semper fuit. IVNIL. 2, 4 ea, quae -e salvantur (*antea*: ut homines vel iumenta ... pereuntia ... renovantur). Ⓘⓘⓘ *templum Iudaeorum*: VET. LAT. II Macc. 2, 19 (rec. B, *sim.* M) templi ... mundatione et arae -e (*gr.* ἐγκαινισμόν, *recc. V. al.* dedicatione). AVG. civ. 18, 48 p. 332, 4 -o illius aedifici. in psalm. 111, 1 eversi ... templi -o (*al. ibid.* CASSIOD. Ios. antiq. 11, 7 p. 304 [*gr.* οἰκοδομίαν]. 11, 9 p. 304 [*gr.* κατασκευήν]. 11, 59 p. 308 [*gr.* οἰκοδομήν]). Ⓘⓥ *naves*: COD. Theod. 7, 17, 1 pr. *lusoriarum* veterum -e (*antea syn.* reparatione).

**β** *incorporalis*: CIC. Brut. 250 qui *orator* ... consoletur se ... usurpatione et -e doctrinae. fam. 11, 18, 3 -o timoris. LIV. 5, 52, 9 instauratio sacrorum auspiciorumque -o (*cf.* SERV. Aen. 4, 302 in sacrorum -e). INSCR. numm. imp. Magnent. VIII p. 266 n. 207 renobatio urbis Rome (*sc. oppresso Nepotiano, v. e. g. Aur. Vict. Caes. 42, 6sqq.*). AVG. civ. 8, 27 p. 366, 23 memoriae. PS. AVG. serm. 170, 2 gaudiorum.

**b** *apud Christ. respicitur reformatio spiritalis* (*e. g. per baptismum, v. l. 20sq. 30. 32; metonymice l. 26; fere pro syn. accedunt e. g.* regeneratio *l. 20. 33,* reparatio *l. 31 et* AVG. serm. 12, 12, *opp.* vetustas *l. 28; gr. resp.* ἀνακαίνωσις, *nisi aliud adnotavimus*): VET. LAT. Rom. 12, 2 (Cypr. Fort. 8. *al.*) transformemini in -e sensus (*cod. 75. al. et Vulg.* novitate). Tit. 3, 5 (cod. 75. *al.*) per ⌊lavacrum regenerationis⌋ et -is per spiritum sanctum (cod. 78. *al. et* VVLG. -is spiritus sancti. ⌊ ⌋ *cf. e. g.* MVTIAN. Chrysost. hom. 9, 3 p. 301[in.] -o per l. r. [*gr. p. 79*[in.] ἀνακαινισμός]). TERT. adv. Marc. 5, 11, 16 (*respic. II Cor. 4, 16*) animi -em ex contemplatione promissionum. HERM. vulg. vis. 3, 8 p. 25, 1 -o spirituum vestrorum ([*sim.* Pal. vis. 3, 8, 9]. 3, 13 p. 29, 17 [*sim.* Pal. vis. 3, 13, 2; *gr.* ἀνανέωσιν]). MAR. VICTORIN. in Eph. 1, 9 l. 32 ipse *Christus* ... salus, ipse -o, ipse aeternitas. RVFIN. Greg. Naz. orat. 4, 14, 2 reformatione ac -e caelesti. AVG. in psalm. 148, 15 l. 13 omnia ... laudant illum *deum* ... sive in vetustate sive in -e (*cf.* LEO M. epist. 124 Conc.[S] II 4 p. 160, 24 ut per *Christum* ... fieret -o vetustatis). serm. 363, 2 p. 1636[med.] plena totius hominis -o, quae in baptismo inchoatur (NICET. spir. 7 p. 25, 24 [*iuxta* reparatio]. *al.*). CHROMAT. in Matth. 12, 2, 1 baptismum ... -o est vitae salutaris (EVCHER. form. 2 l. 197). FAVST. REI. spir. 1, 12 p. 125, 9 *deus* sancto spiritui potentiam regenerationis et -is adscribit. THEOD. MOPS. in Eph. 1, 10 p. 130, 5 creaturae (*v. p. 554, 68*). *et saepe.*

**2** *usu technico*: **a** *in re pecuniaria est faenus renovatum, anatocismus*: CIC. Att. 6, 1, 5 confeceram, ut solverent *Salaminii* centesimis ⌊†sexenni⌋ ductis cum -e singulorum annorum (⌊ ⌋ *v. Shackleton Bailey, comm. 1968, 241; cf. infra p. 1108, 32sq.*). **b** *in arte rhet. est recapitulatio*: SVLP. VICT. rhet. 23 p. 324, 22 eius *perorationis* partes tres: -o, commiseratio, exaggeratio; -o, quam Graeci ἀνακεφαλαίωσιν vocant, cum breviter capita rerum atque argumentorum percurrimus ad renovandam memoriam iudicum. *Ammann.*

**renovātīvus,** -a, -um. *a* renovare. *i. q.* *ad renovationem pertinens*: *t. t. disciplinae fulguralis Etruscorum*: FEST. p. 289 -um fulgur vocatur, ... si factum est simile fulgur, quod idem significet (*cf. vol. II 1130, 27sqq.*). *t. t. gramm.*: GLOSS. II 394, 28 παραγωγόν: -um, ⌊derivativum⌋ (*Goetz,* rediva- *trad.; cf. vol. X 1, 304, 52sqq.*).

※**renovātor,** -ōris *m.* *a* renovare. *abbreviatur l. 52sqq.*

*i. qui renovat, restitutor*: **1** *in inscriptionibus* (*non huc spectat p. 1094, 36*): *in nummis Carausii usurpatoris* Romanorum -r (-r R.) *variis notis abbreviatum*: INSCR. numm. imp. V 2 p. 496 n. 382 renovat Rom. p. 512 n. 572 Romano renov (*vel* renova). p. 540 n. 974 Romanorum reno. *et saepius.* *in titulo honorifico municipali*: CIL X 3857 (*saec. IV?*) *cuidam* curatori Capuensium ..., institutori novor(um) ac -i operum publicorum (*inde fort. fictus est tit. dubiae fidei* 3844 *cuidam* renobatori civium *Capuensium*). **2** *apud auctores christ.*: *de Christo redemptore*: AVG. fid. et symb. 9, 20 p. 27, 4 haec fides est de deo conditore et -e nostro (*cf.* CARM. adv. Marc. 1, 39 ipse figurator, -r corporis ipse, ... dei filius). MAR. MERC. Conc.[S] I 5 p. 17, 36 *qui putant se peccato originali liberos esse,* non accedent ad -em, ... ut renoventur spiritu (*cf. p. 17, 27* regenerator). *de variis hominibus*: IVNIL. 2, 15 p. 508, 4 *cum* Noe pereuntis mundi -r effectus sit. EPIST. pontif. 937 Conc.[S] IV 2 p. 165, 33 (*item fere* p. 168, 24) *qui epistulam a concilio damnatam contendunt orthodoxam esse,* incentores ac -es se sopiti scandali profitentur. PRAEF. bibl. par. p. 32, 15 B. (*nisi est medii aevi*) Hesdras, legum -r.

**renovātus** *v.* renovo.

**renovello,** -ātum, -āre. *a* re- *et* novellare. **1** *vi praeverbii vigente i. q. renovare*: *reformando in statum priorem vigentem*: COLVM. arb. 6, 1 ita -atur *vinea* (*antea*: novellam vineam, quae ex resectione enata fuerit). PS. THOM. apoc. rec. long. cod. Cassel. (Apocrypha 26, 2015, 48) 10 vae illis, qui -ant, qui (quia?) sine causa laborant (*cf. Vet. Lat. IV Esdr. 16, 44* qui seminat, quasi non messem facturus). *iterum constituendo* (*abundanter accedit adv.*): OPTAT. 1, 26, 3 *uterque episcopus ad suam plebem rediit*; hoc modo iterum -tae sunt partes. **2** *vi praeverbii*

[*Bk.*]

*detersa et c. obi. quod efficitur i. q. aliquid novum constituere*: Optat. 7, 7, 3 inter ipsa principia saeculorum, dum hominum esset -ta nativitas (*per Evam parturientem; cf. Casaubonus ad l., Migne 11, 1097 n. 35*). *Bk.*

※**renovo,** -āvī, -ātum, -āre. *a* re- *et* novare. *scribitur* ri- Inscr. Année Épigr. 2015 n. 577 (*a. 197/211*), -nob- *p. 1111, 1 et e. g.* Inscr. Année Épigr. 1957 n. 43 CIL XIV 2080, 8, -nu- *pro* -nov- *p. 1111, 15.* *abbreviatur* reno *p. 1107, 9 et* CIL III 11126 (*a. 222/35; littera* o *in margine legi potest*). 8275$^2$ (*saec. IV; in tegulo*). Not. Tir. 34, 76 -at. *redditur graece* ξενοβατεύειν Schol. Basilic. 11, 1, 27, 6. *de notione* (*cf. p. 1109, 51*): Mar. Merc. Conc.$^S$ I 5 p. 7, 39 sq. (*antea vol. VII 1, 1719, 15 sqq.*) -tum *intellegitur* ... id, quod anticum iam erat in vetustatemque pervenerat, quod si -etur, dicitur -tum. Synon. Cic. p. 429, 30 instaurat. innovat. -at *eqs.* (*v. p. 555, 53*). Gloss.$^L$ II Abav. re 79 -at: redintegrat, restaurat. *sim. al.* *legitur in versibus inde ab* Acc., Catvllo, Lvcr., *in orat. soluta inde a* Rhet. Her., Cic. [*sard. vet.* renobare, *it.* rinnovare *et varia dial., raet. occ.* renover, arnuer, ranovar, *francog.* renover, *prov., cat., hisp., port.* renovar. *cf. M.-L. 7212 et Faré, Postille. Battisti-Alessio V 3258. Cortelazzo-Zolli$^2$ 1383. Wartburg X 256 sq. Corominas V 974. Corominas-Pascual IV 246. Houaiss$^2$ 2428. Schd.-Cr.*] [*confunditur in codd. maxime c.* revocare, *e. g. p. 1106, 53. 1109, 62. 1110, 33* (*in falsa var. l.* Colvm. 4, 24, 14 Sil. 10, 633; *lectio codicis incerta est* Frg. Vat. 280), *ceterum c.* novare *p. 1108, 7,* removere *e. g. p. 1108, 2,* reparare *p. 1110, 29; e coni. pro* innovare *p. 1111, 26; vix recte trad.* Petron. 93, 2 vers. 4.]

*i. q. rursus novare* (*in condicionem propriam vel pristinam [nonnumquam etiam aliam vel meliorem, cf. imprimis l. 70. 75. p. 1106, 42 sqq. 1109, 71. 1110, 46 sqq.] perducendo vel quandam qualitatem [aut quantitatem, v. p. 1109, 72 sqq.] restituendo aut denuo faciendo* [*v. p. 1108, 22 sqq.*]). *iungitur saepe c.* rursus, ru(r)sum, *e. g. p. 1109, 7. 9. 1110, 11, hic illic c.* iterum, *e. g. p. 1110, 65. 1111, 3. 11, c.* denuo *e. g. p. 1107, 57.* *pro obi. est enunt. secund. c.* ut *p. 1106, 38, acc. c. inf. p. 1108, 3. 1111, 6, obi. subaudiendum est e. g. p. 1106, 70. 1107, 22 sqq. 1108, 7. 68 sqq.; refl. e. g. l. 64. p. 1106, 62. 73. 1109, 46, intrans. sensu refl. p. 1109, 69, mediopass. p. 1110, 44.* *cui aliquis vel aliquid -etur, indicatur per dat. e. g. l. 68. 73. p. 1106, 38. 1107, 12. 1110, 19; unde, per praepos.* ex *e. g. p. 1108, 20 (ceterum v. p. 1110, 7); in quem statum vel finem, per praepos.* in *c. acc. e. g. p. 1106, 21. 1108, 10. 1110, 23. 31. 62 sqq. (cf.* ad *p. 1110, 70); accedit adi. praedic. p. 1109, 61. 1110, 34. 39. 57.* *in contextu occurrunt verba notionis affinis e. g.* instaurare *l. 59. p. 1108, 43. 1109, 20,* iterare *p. 1108, 7,* reficere *l. 58. p. 1110, 14. 38,* repetere *l. 54. p. 1108, 34. 36,* restituere *p. 1107, 13; adi. notionis oppositae e. g.* pristinus *p. 1108, 27. 1109, 16. al.,* vetus *l. 56. 73. p. 1106, 14. 23. 1108, 30. al.,* vetustus *p. 1106, 24. 31. al.* *gr. respondet e. g.* ἀνακαινίζειν *p. 1109, 66. 1110, 65. al.,* ἀνακαινοῦν *p. 1110, 49. 64. al.,* ἀνανεοῦν *l. 70. p. 1108, 21. 1110, 50. 1111, 14. al.,* ἐγκαινίζειν *p. 1107, 29 sq.*

**I** *usu communi*: **A** *-antur res*: **1** *restituendo in condicionem pristinam quasi novam, sc. -antur ea, quae antea debilitata vel amissa sim. sunt*: **a** *incorporalia*: **α** *varia*: Acc. trag. 44 inimicitias Pelopidum extinctas iam atque oblitteratas memoria -are. Rhet. Her. 4, 28, 38 interpretatio ... id commutat, quod positum est, alio verbo, quod idem valeat ...; necessum est eius, qui audit, animum commoveri, cum gravitas prioris dicti -atur interpretatione verborum. Cic. div. in Caec. 68 (*67* maiorum consuetudo longo intervallo repetita ac relata) hoc institui atque adeo institutum referri ac -ari moleste ferunt. leg. agr. 2, 34 colonias deducere novas, -are veteres (*sc. possessionem coloniarum*), totam Italiam suis coloniis ut complere liceat, permittitur. Sest. 147 potestis ... vos me reficere et -are rem publicam (Avg. civ. 3, 21 p. 133, 27 quasi morbida vetustate conlapsam veluti instaurasse ac -asse rem p. *cf. p. 1106, 71*). Tim. 1 iudico, post illos nobiles Pythagoreos, quorum disciplina extincta est quodam modo ..., hunc extitisse, qui illam -ret (*gr. deest*). fam. 12, 28, 2 quod societatem rei p(ublicae) conservandae tibi mecum a patre acceptam -as, gratum est. Hirt. Gall. 8, 1, 1 complures ... civitates -are belli consilia nuntiabantur. Pvblil. sent. Q 60 quam miserum est, cum se -at consumptum malum. Ov. trist. 2, 209 -em ut tua vulnera, Caesar (Inscr. christ. urb. Rom. 5333, 12 [*saec. IV/V*]. *cf. vulnera corporalia p. 1107, 58 sqq.*). Sen. epist. 78, 23 *aeger* non rigorem potionis suae ... -at fracta insuper glacie. Lvcan. 4, 204 est miseris -ta fides (Hil. c. Const. 23 post primam vere fidem synodi Nicaenae, congregato rursum Antiochiae concilio, f. tibi -as [*sc. mutando, cf. p. 1106, 42 sqq.*]. Rvfin. hist. 5, 6, 3 [*gr.* ἀνανεοῦσα]). Sil. 14, 112 (*in imag.*) tertia ... Latios -arat purpura fasces (*sc. potestatem consularem*). Mart. 8, 80, 3 *non* pateris, Caesar, saecula cana mori, cum veteres Latiae ritus -antur harenae. *al.* *usu liberiore pro obi. ponitur ipsa clades* (*cf. p. 1109, 71*): Carm. adv. Marc. 1, 181 qui *deus pater* dominum, *i. Christum,* misit -are ruinam.

**β** *gloria, honos sim.* (*pudor l. 13*): Cic. Mur. 16 eiusdem animi atque ingenii est ... memoriam prope intermortuam generis sua virtute -are. p. red. ad Quir. 4 (*antea*: honos, dignitas, locus *eqs.*) ea nunc -ta inlustriora videntur, quam si obscurata non essent. Vatin. 28 quorum *Paulorum sim.* gloriam huius virtute -tam ... iam videmus (Liv. 40, 40, 13 victor exercitus -ta priore g. Tarraconem est perductus). ad Q. fr. 2, 11, 3 quod vult ... -ari (-are *codd.*) honores eosdem, quo minus togam praetextam quotannis interpolet, decernendum nihil censeo (Avell. 83, 238 honorem episcopatus et ecclesiam ... -andum [*vers. alteram et gr. v. p. 1111, 13*]). Sall. Iug. 10, 2 in Hispania nomen familiae -tum est (Stat. Theb. 5, 465 enitor geminos duroque sub hospite mater n. avi -o. *al.*). Qvint. inst. 11, 1, 83 quin eo minus id faciendum filio fuisse, ne -ret domūs pudorem. Plin. epist. 4, 9, 22 fecerat eum *Bassum* favorabilem -ta discriminum vetus fama (Cod. Theod. 9, 38, 9 priorem f. meritumque ... -ari censemus).

**γ** *pacta, decreta, leges sim., quae confirmantur*: Ⓘ *in iure publico respicitur*: Ⓐ *foedus, societas inter duas vel plures partes facta* (*fere inter gentes, oppida sim. praeter l. 26; huc trahas obi. deficiente* Liv. 42, 40, 4): Cic. Balb. 34 est cum Gaditanis foedus ... -tum (Lent. Cic. fam. 12, 15, 2 Liv. 4, 9, 1. 8, 11, 15 cum Laurentibus -ari f. iussum -aturque ex eo quotannis. 42, 62, 5 mitteret ad consulem, qui f. in easdem leges -rent, quibus Philippus pater eius pacem ab T. Quinctio victore accepisset. *et saepe apud eundem*). Deiot. 8 tu vetus hospitium -are voluisti (Liv. 29, 29, 13 cum Syphace h. vetustum ... -at. Tab. hosp. [CIL II 2633; *a. 27*] 7 *gentilitates quaedam* h. vetustum antiquom -verunt. *inter civitatem et homines singulares*: Inscr. Année Épigr. 2009 n. 607$^b$ [*a. 27*] ⟨h. ... reno⟩vavit cum s⟨enatu popul⟩oq(ue) Bletisam⟨ensi⟩. CIL II 2958, 5 [*a. 57*]). Liv. 21, 60, 3 oram usque ad Hiberum flumen partim -andis societatibus, partim novis instituendis Romanae dicionis fecit (31, 14, 11 rex Piraeum -andae ⌊confirmandaeque⌋ [firm- *var. l.*] cum Atheniensibus s. causa traiecit. *al.*). 33, 20, 7 ut *legati* -rent vetusta iura cum ea civitate. *al.* Ⓑ *lex, senatus consultum sim.* (*vel quod magistratus, senatus sim. agendum esse censuit*): Cic. Phil. 14, 29 promissa nostra ... hodierno senatus consulto -anda censeo. Liv. 10, 9, 4 causam -andae *legis* saepius haud aliam fuisse reor, quam *eqs.* 42, 10, 10 patres ... -ari ... senatus consultum volebant. Cod. Theod. 6, 24, 6 praeceptum ... ut semper -ari possit. 8, 12, 9 ius pristinum -amus. *al.* *pro obi. est enunt. secund. c.* ut: Liv. 3, 55, 6 *consules* ipsis ... tribunis, ut sacrosancti viderentur, cuius rei prope iam memoria aboleverat, ... -arunt. Cod. Theod. 16, 6, 6 pr. volumus -ari, ut, si quis *rebaptizavit,* ... statuti prioris supplicio percellatur.

Ⓘⓘ *in iure privato*: Ⓐ *aliquid mutatione -atur*: Petron. 117, 10 *Eumolpus ut* tabulas ... testamenti omnibus ⟨mensibus⟩ (*add. Bücheler, alii alia*) -et (*nisi ad l. 67 sqq.; sim. de testamentis*: Gaivs inst. 2, 143 ne scilicet diligenter facta testamenta rescinderentur eo tempore, quo -ari non possent. Vlp. dig. 29, 1, 15, 1 si mutatae voluntatis eum paenituisse probabitur, -tum testamentum intellegetur). Cod. Iust. 7, 40, 1, 1 ea, quae aliquam dubitationem acceperunt, clarioribus et compendiosis sanctionibus -are. Ⓑ *usu vario*: Frontin. aq. 109, 5 iure cautum, ut ... tunc demum -retur beneficium, cum desisset quisque ex iis, quibus datum erat, possidere (Cod. Theod. 12, 1, 145). Ivlian. dig. 23, 2, 18 nuptiae inter easdem personas ... -tae iustae non habentur (Papin. dig. 23, 4, 26, 5 post verum ... divortium -tis n. [revoc- *var. l.*]). Pompon. dig. 18, 5, 1 si ab una parte -tus sit contractus, dicitur non valere eiusmodi pactionem (Vlp. dig. 2, 14, 7, 6 *v. p. 663, 35.* Pavl. dig. 2, 14, 27, 2 posterius pactum potest -are primum c.). Edict. imp. Sev. Vlp. dig. 23, 3, 40 si mulier ... post divortium rursus in matrimonium redit non revocatis instrumentis, non dubitabit is, apud quem res agitur, ... partibus suis fungi quasi -ta dote. *al.*

**δ** *anni, menses vel quaecumque tempora* (*cf. p. 1107, 31 sqq. 1108, 52 sqq.*): Paneg. in Mess. 113 centum fecundos Titan, *i. Sol,* -verit annos (Prvd. perist. 11, 195 se -at decursis mensibus annus). Mart. 8, 8, 2 Iane, licet ... -es vultu saecula longa tuo (Clavd. 3, 357 [*Megaera ad Iustitiam*] en tibi prisca quies -taque s. rursus ... vigent [revoc- *var. l.*]). Avson. 20, 2 (332 S.), 13 dum pater antiqui -atur Martius anni. Anth. 723, 8 tu, *Luna,* sistro -as brumam (*i. quotannis celebras*). *al.*

**b** *corporalia*: **α** *varia* (*fortasse huc l. 44*): Lvcr. 2, 591 tellus habet in se corpora prima, unde mare immensum volventes frigora fontes adsidue -ent (*sim. -atur pelagus*: Colvm. 8, 17, 1). 6, 1076 non si Neptuni fluctu -are (*sc. colorem lanae*) operam des. Cic. rep. 5, 2 nostra ... aetas cum rem publicam sicut picturam accepisset egregiam, sed iam evanescentem vetustate, non modo eam coloribus isdem, quibus fuerat, -are neglexit, sed *eqs.* Sen. dial. 6, 26, 6 cum tempus advenerit, quo se mundus -turus extinguat. Colvm. 9, 15, 11 sic ... veteres potius favi quam novi eximentur ceraeque -buntur, quae tanto deteriores sunt quanto vetustio-

*[Meusel]*

res. arb. 16, 4 convenit subsequi putationem, ita ut tori -entur *eqs.* MELA 3, 28 rigentem *carnem* ... manibus pedibusque subigendo -arunt. SIL. 7, 343 socii -ant tela arentemque cruorem ferro detergent. MART. 5, 7, 1 qualiter Assyrios -ant incendia nidos *Phoenicis,* ... taliter exuta est veterem nova Roma senectam. CIL V 6357, 9 (*saec. I/II*) scriptur(am) ... vetustat(e) corrup(tam) -vit. *al.*

**β** *aedificia, statuae sim.*: (I) *quae denuo aedificantur, reparantur*: (A) *accedit obi.*: CIC. nat. deor. 2, 61 vides Virtutis templum, vides Honoris a Marcello -tum (INSCR. Année Épigr. 1910 n. 119 [*Aximae; saec. II ex.*] t. de suo reno(vavit). IVVENC. 2, 172 [*subest Ioh. 2, 20*] hoc ... t. tu poteris tribus in spatiis -are dierum? PRISC. Anast. 268 templa novans -ansque deo fulgentia semper. *al.*). CIL XI 3572 (*saec. I ex. a. Chr. vel I in.*) hanc aram vetustate labefactatam ... et -vit et restituit (STAT. silv. 4, 1, 38 tibi longaevi -bitur ara Tarenti [parentis *trad.*]). SEN. Thy. 567 ille labentes -are muros, hic situ quassas stabilire turres ... certabat (COD. Iust. 8, 11, 12 [*a. 396*] m. vel novos ... facere vel veteres firmius -are. *cf.* HIER. in Is. 6, 16, 11 l. 38 G. interiora prophetae quasi murum -ta a deo [*iuxta LXX* ἐνεκαίνισας]). HOMER. 649 -ant fossas (vires *var. l., ut ad p. 1110, 21 sqq.*) et vallum robore cingunt. STAT. silv. 4, 4, 60 qui *dux Latii* ... spatia obliquae mandat -are Latinae. CIL XIII 6649 (*a. 166*) Nymfae Apollinares, *sc. fontes,* -tae meritoque aris dedicandae (*sim. -atur fons*: CE 320, 2). CE 253, 8 *v. p. 1111, 40* (*huc, si legas* -ans). *al.* (B) *obi. omisso respicitur aedificium, locus sim., cui litterae inscriptae sunt*: INSCR. Année Épigr. 1905 n. 237 (*a. 188*) T(itus) Voccius Victorinus custos armorum -vit. CIL III 8084 (*saec. II/III*) Surianus ex voto -vit. INSCR. Moes. Sup. I 95 (*saec. $II^{2}$/III*) Aur(elius) Valerius ... renova⟨v⟩it. *al.*

(II) *quae rursum piantur, dedicantur*: VET. LAT. I Macc. 4, 36 (recc. L, V) ascendamus nunc mundare sancta et -are (*rec. B* dedicemus, *gr.* ἐγκαινίσαι). 4, 54 (*ibid.*) *altare* -tum est in canticis et citharis (*rec. B* dedicata est, *gr.* ἐνεκαινίσθη).

**γ** *stellae, sidera sim. (cf. p. 1106, 60 sqq. 1108, 52 sqq.)*: *quae rursus nascuntur*: CIC. nat. deor. 2, 118 quibus *vaporibus* altae -taeque stellae atque omnis aether effundunt eadem et rursum trahunt indidem. *quae rursus apparent, crescunt*: SIL. 7, 639 Oceani -tus Lucifer unda. FIRM. math. 1, 4, 9 *luna* ut ... renata fulgidi splendoris ac -ta luminis ornamenta circumferat. AVSON. 20, 2 (332 S.), 1 novus anne, veni; -te, veni, Sol (*idem versus ibid.* 28. 36. 44; *fort. ad p. 1111, 32 sqq.*). MACR. Sat. 1, 17, 34 sol cotidie -at sese.

**δ** *res rusticae*: (I) *ager sim.* (*sc. terra arando rursum fertilis fit*): OV. am. 1, 3, 9 nec meus innumeris -atur campus aratris. met. 1, 110 mox etiam fruges tellus inarata ferebat, nec -tus ager gravidis canebat aristis (fast. 1, 159 patitur cultūs a. et -atur aratro. trist. 5, 12, 23). 15, 125 quibus *collis* totiens durum -verat arvum *taurus.* trist. 4, 6, 13 terras -antis aratri ([scindentis *codd. plerique, alii aliter*]. FILASTR. 96, 3. SERM. Mediol. frg. 8 [*gr. Ps. Macar. serm. 54, 3, 2 ed. Berthold p. 154, 5* ἀνανεοῖ]). LYGD. 3, 5 ut multa mei -rent iugera tauri. NVX 64 duratam -at non mihi fossor humum (MART. 2, 75, 6). COLVM. 2, 17, 3 sin *prata* ... nova fuerint instituenda vel antiqua -anda; nam multa sunt ..., quae negligentia exolescant et fiant sterilia. *al.* (II) *herbae, fructus sim.*: COLVM. 4, 21, 3 *ut* novellis palmis semper vitis -etur (4, 24, 3 qui *custos* vitem mox in annum -et. 4, 24, 11. 4, 27, 6). 4, 22, 7 *vineae* degeneres etiam -tae pristinum servabunt ingenium (*in imag.*: LAVRENT. eleem. p. $107^{A}$ qui purgant agrum cordis tui et -ant vineam). LVCAN. 9, 183 depastis summittere gramina campis et -are parans hibernas Apulus herbas. PLIN. nat. 21, 33 *genus sativi, sc. crocum,* in Lycia anno septimo ... transferri in locum subactum atque ita degenerans -ari. PS. ORIG. tract. 11, 20 ficus primitivos fructos suos aridos et inutiles deicit in terram et sic denuo alteros -at.

**ε** *vulnera sim.* (*sc. vulnus iterum infertur, ut in statum principalem reducatur; sanandi causa l. 63 sq.; cf. p. 1105, 65. 1111, 27*): VAL. MAX. 2, 7, 8 ut in acie exceptorum vulnerum nodosis ictibus cruore -to victoriarum ... titulos respergeret *Rullianus.* CELS. 5, 28, 5 (*mediopass.*) interdum tenuis cicatrix inducitur, deinde iterum rumpitur ulcusque -atur (6, 18, $8^{C}$ medicamento *quodam* quidam *medici* etiam ulcera ... -ant. 7, 30, $1^{A}$. SCRIB. LARG. 217 *emplastrum* u. vetera callosa -at). SEN. epist. 78, 19 vulneribus ipsis intumescentibus quod, *sc. instrumentum tormentorum,* illa -ret.

**ζ** *lumen, ignis sim.*: PETRON. 111, 4 quotienscumque defecerat positum in monumento lumen, -bat (SIL. 6, 76 -ta focis et paupere Vesta lumina). STAT. Theb. 10, 926 hinc, *sc. de ignibus fulminis,* -are faces lassamque accendere quercum. CARM. Ps. Lact. Plac. fab. Ov. 2, 6 sed lucet in astris Callisto -atque suos sine fluctibus ignes (FIRM. err. 27, 2 hunc i. commentis tuis semper -as). MART. CAP. 9, 900 cum -ta lux fuerit.

**2** *commemorando, sc. -antur ea, quorum memoria fere evanuit et quae breviter in memoriam revocanda sunt* (*sed non ex integro redintegranda p. 1108, 2; cf. p. 1109, 33 sqq.*): **a** *aliis*: RHET. Her. 2, 30, 47 enumeratio est, per quam colligimus et commonemus, quibus de rebus verba fecerimus, breviter, ut -etur, non redintegretur oratio (remov- *cod. unus*). CIC. Quinct. 70 nolo eam rem commemorando -are. leg. agr. 2, 24 -bo illud, quod initio dixi, ... libertatem vestram hac lege funditus tolli (*cf.* Balb. 17 -bo ea, quae dicta sunt). part. 133 cum ... aliud sensisse scriptor videtur et aliud scripsisse, qui scripto nitetur, eum *oportebit* ... instare adversario, iterare, -are *eqs.* (novare *var. l.*). *al.* PS. CIC. exil. 10 *v. p. 554, 35.* VAL. MAX. 5, 4 ext. 1 casus ... antiqui condicionem praesentis spectaculi admiratione -ant. SEN. benef. 3, 2, 3 (*antea*: revocantur) quidquid frequens cogitatio exercet ⟨et⟩ -at, memoriae numquam subducitur. *al.* in memoriam: AVG. serm. 229M, 1 coll. Morin p. 488, 15 lectio -anda est in m. *ibid.* p. 489, 24. **b** *sibi ipsi*: RHET. Her. 3, 22, 37 illud facere oportebit, ut identidem primos quosque locos imaginum -andarum causa celeriter animo pervagemus. CIC. fin. 1, 57 stulti ... malorum memoria torquentur, sapientes bona praeterita grata recordatione -ta delectant. ac. 1, 11 animo haec inclusa habebam et, ne obsolescerent, -bam, cum licebat, legendo. SEN. dial. 5, 27, 5 adice nunc quod, cum bene te ipse succenderis et subinde causas ... -veris, sua sponte ira discedet. COLVM. 11, 3, 65 evenit, ut eorum, quae didicerimus, memoria nos deficiat eaque saepius ex commentariis -anda sint. PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 1, 283 p. 618 Caesarem ... -antem Antipatri expeditiones (*gr.* ἀνανεούμενον). *al.*

**3** *iterando, sc. actiones antea perfectae iterum peraguntur vel res antea adhibitae denuo adhibentur* (*accedunt adv. frequentiam indicantia e. g. l. 32. 38. 69. 70. 74; cf. l. 33*): **a** *pro obi. est subst.*: **α** *spectans ad actionem*: (I) *quamlibet*: CIC. inv. 1, 100 ut ... unumquidque quam brevissime transeatur, ut memoria (*ad p. 1109, 34*), non oratio -ta videatur. Verr. I 11 tum cum in Cn. Dolabellam suum scelus illud pristinum -vit. dom. 10 -turum te tua illis funesta latrocinia. Pis. 87 cum ... omnem quaestum illum domesticum paternumque -asti. Phil. 1, 1 Atheniensium ... -vi vetus exemplum (*cf. p. 1110, 74*). Att. 6, 2, 7 Salaminos ... adduxi, ut totum nomen Scaptio vellent solvere, sed centesimis ductis a proxuma quidem syngrapha, nec perpetuis, sed -tis quotannis (*sim.* 6, 3, 5 -to in singulos annos faenore). fam. 7, 18, 1 ego ... -bo commendationem, sed tempore. VERG. Aen. 2, 750 (*749* ipse urbem repeto) stat casus -are omnīs omnemque reverti per Troiam. MANIL. 1, 706 assiduo -ans iter orbita tractu. QVINT. decl. 309, 17 si beneficium vitae repetere vis, dedisti; ... quam autem causam habes -andae optionis, si optatura nuptias es? IVV. 10, 243 haec data poena diu viventibus, ut -ta semper clade domus ... senescant. FIRM. err. 3, 4 ut fletus suos annuis ululatibus -ent. CASSIOD. var. 3, 21 -ta regressio (*fort. abundanter*). *al.* (II) *ludos, sacra sim., quae abolita vel oblitterata denuo peraguntur* (*sed continuantur p. 1109, 11*): CIC. har. resp. 21 quorum *pontificum* de sententia illa (*sc. ludi sim.*) eadem -ta atque instaurata celebrantur. LIV. 5, 18, 12 si sacra -ta rite ... essent (FIRM. err. 27, 1 s. sua perditus carnifex ... per lignum semper -ari disposuit). 5, 31, 7 placuit per interregnum -ari auspicia (6, 5, 6 ut -rentur a. ed interregnum rediit). STAT. Ach. 1, 595 *nemoris* in umbra alternam -are piae trieterida matres consuerant. TAC. ann. 1, 8, 4 addebat Messala Valerius -andum per annos sacramentum in nomen Tiberii (BACHIAR. fid. l. 5 cum gesta olim euangelici s. mysterii iterum aetatis nostrae temporibus -ta celebrantur). AVG. civ. 3, 18 p. 126, 27 -arunt ... pontifices ludos sacros inferis et ipsos abolitos annis retrorsum melioribus. *al.* (III) *cursum siderum sim.* (*cf. p. 1106, 60 sqq. 1107, 31 sqq.*): SIL. 16, 295 septima cum solis -bitur orbita caelo. RVT. NAM. 1, 123 astrorum flammae -ant occasibus ortus. ANTH. 723, 6 te, *Luna,* pater Oceanus -to respicit axe.

**β** *indicans instrumentum sim., quod rursum adhibetur* (*cf. p. 1110, 42*): PROP. 3, 12, 35 veteres arcus leto -asse procorum. PS. QVINT. decl. 1, 12 *noverca* miserum dextera sanguinem tulit et manum subinde -vit (*i. manu tetigit parietem*). 18, 13 pater ... -vit ignes (*cf. p. 1107, 67 sqq.*). VEN. FORT. carm. 2, 9, 4 cogitis antiquam me -are lyram. *in re medica* (*cf. l. 74 sq.*): PELAGON. 229 si nihil senserit, -a medicamentum et iterum post tertium diem solve (*antea l. 74*). MARCELL. med. 1, 103 post diem quintum solvat ac -et *medicamen* (31, 24 ter aut quater in die. 33, 29 mane ac vespera). 34, 28 pulmo cervinus inpositus et saepe -tus ... pedes ... persanat. PLAC. med. 1, 10 rec. *α* cornum cervinum conbustum, in sole faciem lini (line *var. l.*) et detersa subinde -a (*nisi ad b*).

**b** *obi. (subi. l. 69) subaudiendum est ex actione priore*: **α** *obi. non est explicatum*: SEN. epist. 86, 13 parum est sumere unguentum, nisi bis die terque -atur, ne evanescat in corpore. CHIRON 49 una permixto et imponito, tertio die solvito et -ato. 891 cottidie -a, usque dum sanus fiat. PLIN. phys. Sang. p. 196 l. 30 anno uno tantum valet, alio anno -bis et alio facis (*nisi* vermem *pro obi.*). MISC. Tir. p. 55, 6 ieiunae potum dabis et cotidie -es. **β** *pro obi. est*: *pron.* hoc: PALLAD. 3, 29, 3 h. transactis octonis diebus semper -ant. PELAGON. 224 h. frequenter -bis, utilissimum est et dolori et tumori. *enunt. relat.*: GREG. TVR. glor. conf.

[Meusel]

99 p. 812, 2 ut, quod vivens fecisti in saeculo, possis -are sublimatus in caelo.

**4** *continuando, sc. -antur ea, quae interrupta vel relicta, omissa sunt* (*fere actiones; quaedam etiam ad 3a trahere possis*): **a** *varia*: Cic. Cael. 71 Camurti et Caeserni est causa -ta? Brut. 315 studium ... philosophiae numquam intermissum a primaque adulescentia cultum et semper auctum hoc rursus summo auctore et doctore -vi (div. 2, 7 pristinis orbati muneribus haec s. -are coepimus). Caes. civ. 3, 93, 1 nostri milites ... parvo ... intermisso temporis spatio ac rursus -to cursu pila miserunt (Bell. Afr. 14, 3 dum equites rursus c. -to peditibus suis succurrerent). Stat. silv. 3, 1, 1 intermissa tibi -at, Tirynthie, sacra Pollius (*cf. p. 1108, 40 sqq.*). Tac. hist. 2, 30, 1 prope -ta seditio (*cf. l. 14 sqq.*). Macr. Sat. 1, 2, 2 convivio per conplusculos dies ... -to. Cassiod. Ios. c. Ap. 2, 99 adversus solos Graecos -ta coniuratione. *al.* **b** *bellum, pugna sim.* (*cf. l. 12*): Cic. Manil. 26 quod *bellum* ... -ent agitatae nationes (prov. 34 ad -andum b. rep. 6, 11 quae *urbs* ... -at pristina b. nec potest quiescere. fam. 12, 8, 1 nos confecto bello ... -tum b. gerimus. *al.* Caes. Gall. 3, 2, 2 ut subito Galli b. -andi ... consilium caperent. *et saepissime*). prov. 19 (*antea*: bellum adfectum ..., paene confectum) *ut* periculum sit, ne instauratas maximi belli reliquias ac -tas audiamus. Caes. Gall. 3, 20, 4 hi nostros disiectos adorti proelium -arunt (Sall. Iug. 51, 5 Ov. met. 5, 156. Liv. 2, 47, 6 sua sponte ipsi p. -ant. *al.*). Liv. 2, 64, 7 consul metuens, ne nimis instando -ret certamen (Rvfin. hist. mon. 1, 4, 10 Sidon. carm. 2, 294). 33, 8, 6 qui ... pugnam -ant impetuque facto rursus avertunt hostem (Clavd. 15, 124). Philo quaest. in gen. 4, 206 pacis tempore arma -ando. **c** *clamor, fletus sim.* (*cf. l. 45 sqq.*): Liv. 2, 65, 5 audent ultro gradum inferre et clamore -to commovent aciem (7, 8, 3. 24, 16, 1. 39, 31, 10 -atur ab omnibus c.). Cvrt. 10, 6, 3 eiulatus ingens ploratusque -tus est. Ambr. exc. Sat. 1, 76 licet fletum plerumque sermone suspendat, in oratione -at (CE 751, 2 [*saec. IV*]).

**B** *-antur animantes (maxime homines, sed animalia p. 1110, 1 sq. 41. 42) eorumve animus, affectus vel corpus* (*actiones v. sub A*): **1** *exempla varia; pro obi. est*: **a** memoria (*cui saepe accedit gen. obi. [sed subi. l. 41]; cf. p. 1107, 73 sqq.*): Cic. inv. 1, 100 *v. p. 1108, 26.* Sull. 83 cum, quotiens quisque est in hoc scelere convictus, totiens -etur m. per me inventae salutis. *al.* Nep. Timoth. 2, 3 *statua* sic iuxta posita recens filii veterem patris -vit m. Liv. 3, 51, 7 Sicci caedis m. -ta. 23, 41, 14 ut *Marcellus* antiquarum cladium Samnio m. -ret. *al.* Sen. epist. 40, 1 imagines ... amicorum absentium ..., quae m. -ant. *al.* Cvrt. 7, 1, 7 veteris periculi m. praesentis cura -bat. Qvint. decl. 338, 2 praecedere interim solet epilogum ⟨enumeratio⟩, quo m. iudicis -etur. *al.* **b** *affectus* (*contextu manco* Cic. Vatin. 4): Cic. p. red. in sen. 37 cotidianis precibus desiderium mei nominis -ari et rerum gestarum memoriam usurpari coegit (p. red. ad Quir. 8 Plin. epist. 6, 10, 1). Vatin. 6 quod horum ... luctum et gemitum -are voluisti (*simul ad l. 26 sqq. ut*: Tib. 2, 6, 41 desino, ne dominae l. -entur acerbi. Ov. met. 14, 465. *al.; cf. refl.*: Sen. dial. 6, 1, 7 -at se et corroborat cotidie luctus). de orat. 2, 201 in Caepionis invidia -anda (Liv. 4, 40, 4). 3, 1 *v. p. 409, 60.* Catvll. 96, 3 quo desiderio veteres -amus amores (Ov. rem. 733 Porph. Hor. carm. 1, 19, 1. *cf.* Stat. Theb. 5, 110 quā *via* -anda Venus). Verg. Aen. 2, 3 (*Aeneas ad Didonem*) infandum ... iubes -are dolorem ([Serv. auct. retexere, iterare]. Sen. epist. 49, 1. *al.*). Ov. met. 11, 472 (*in imag.*) -at lectus ... Alcyones lacrimas. Pont. 3, 7, 34 torqueor en gravius, repetitaque forma locorum exilium (*sc. dolorem exilii*) -at triste recensque facit. Liv. 21, 32, 7 animalia inanimaque omnia rigentia gelu ... terrorem -arunt. 33, 33, 4 laetitia ... per multos dies gratis et cogitationibus et sermonibus -ta (45, 2, 6). Sen. Thy. 808 numquid Tityos pectore fesso -at veteres saucius iras? (Cvrt. 3, 12, 7 Tac. hist. 4, 36, 2). *al.* **c** *aetas sim. alicuius; -atur: quodvis aevum, quod extenditur, vel iuventus sim. (v. l. 65 sqq.), quae restituitur* (*cf. p. 1110, 20*): Ov. met. 7, 177 (*Medea ad Iasonem*) arte mea soceri longum temptabimus aevum, non annis -are tuis (revoc- *quidam codd. rec.*). 9, 425 Venerem ... cura futuri tangit et Anchisae -are paciscitur annos. Liv. 28, 35, 7 aetas erat in medio virium robore, quod plenius ... ex morbo velut -tus flos iuventae faciebat. Vet. Lat. psalm. 102, 5 (cod. 300, *sim. al. et* Vvlg.) -bitur sicut aquilae iuventus tua (*gr.* ἀνακαινισθήσεται. *pendent l. 69. p. 653, 58 et e. g.* Evcher. instr. 1 l. 842). Paneg. 7, 2, 1 cum ... tibi ... per generum iuventa -ta sit (Drac. laud. dei 1, 653 Phoenicis exactam -at deus igne i. 1, 724 [*intrans. pro refl.*] *deus facit* praepetis aut aquilae senio -are i. [*spectat ad l. 65*]). *al.* *senectus, quae in iuventutem reducitur* (*cf. p. 1105, 75*): Ov. met. 7, 215 nunc opus est sucis, per quos -ta senectus in florem redeat.

**2** *grex deminutus sim. repletur numero vel quantitate*: Cic. Mur. 33 *Mithridates* tantum ... valuit, ut se ... novis opibus copiisque -arit. Sest. 42 coniuratorum copias veteres et effusam illam ac superatam Catilinae inoportunam manum ... esse -tam. Cvrt. 5, 1, 39 incremento -batur *exercitus.* Plin. nat. 11, 74 -atur *crabronum et vesparum* multitudo subole. Sil. 8, 322 non ... -at ... pari se pube iuventus (*i. exercitus Hannibalis*). Marcian. dig. 20, 1, 13 pr. si prioribus capitibus decedentibus totus grex fuerit -tus, pignori tenebitur. Hil. myst. 1, 11, 2 sanctorum generatio ... per successiones -ta. *al.*

**3** *restituitur vel augetur salus, vigor, potestas sim.* (*unde aliquis -etur, indicatur per praepos.* ab *vel* ex, *e. g. l. 14. 15. 67*): **a** *generatim -atur*: **α** *animus sim.*: Cic. p. red. ad Quir. 19 eum ... vidi, cum esset summa senectute, non modo non infracto animo propter magnitudinem calamitatis, sed confirmato atque -to (Bell. Afr. 18, 2 suis ex terrore firmatis rursusque -tis a. Liv. 21, 21, 8 quies inter labores aut iam exhaustos aut mox exhauriendos -vit corpora animosque ad omnia de integro patienda. Qvint. inst. 6, 3, 1 virtus, quae ... animum ... aliquando etiam reficit et a satietate vel a fatigatione -at. *al.*). Avg. doctr. christ. 2, 10 ad ... intellectum a fastidio -andum. **β** *corpus eiusve partes vel facultates*: Cic. Tusc. 2, 24 (vers.) cum ... adesum inflatu -tum est iecur *Promethei,* tum *eqs.* Liv. 21, 21, 8 corpora (*cf. l. 12*). Sil. 3, 539 navita ... fessus -at sua lumina caelo. Qvint. inst. 11, 3, 44 ars ... variandi cum gratiam praebet ac -at aures. Potam. tract. 1 l. 125 C. auribus -atur auditus. Clavd. 26, 438 creditur Herculeis lucem (*i. vitam ipsius*) -asse lacertis femina dilecti fatis inpensa mariti. *al.* *vires sim.* (*fort. huc p. 1107, 18*): Lvcan. 4, 600 cum tetigere parentem (*i. terram*), iam defecta vigent -to robore membra. Homer. 102 Troum -are velis in proelia vires? **γ** *ipse animans* (*in vitam reducitur l. 33. 41* [*cf. l. 20*]): Ps. Sall. rep. 2, 7, 2 ubi eos in civitatem adduxeris, quoniam quidem -ta plebs erit, in ea re maxume animum exerceto, ut *eqs.* (2, 10, 1 nunc quoniam ... de p. -anda corrigendaque satis disserui, de senatu ... dicam). Ov. ars 3, 583 suco -emur amaro (-amur *var. l.*). Liv. 36, 14, 10 (*antea*: iumenta ... fatigata erant) -to modica quiete exercitu (reparato *var. l.*). Cvrt. 5, 9, 5 tot equitum peditumque milia ad -andas vires parata habent (paratas *et* habes *var. ll.; aliter quidam edd.*). Sil. 6, 641 dum se perculsi -ant in bella Latini (*nisi ad p. 1109, 72 sqq.*). Stat. Theb. 3, 141 cui *Thessalidi* ... nefas hominem -are canendo (*sc. in vitam reducere*; revoc- *var. l.*). silv. 3, 1, 174 te ... nihil laesum viridi -bo senecta concedamque diu iuvenes spectare nepotes (*cf. p. 1109, 58 sqq. et* 3, 4, 101 his mihi pro donis ... longa dominum -are iuventa ... velis!). Qvint. inst. 1, 3, 9 *pueri* virium plus adferunt ad discendum -ti. 12, 6, 6 *oratorem iuvenem post orationem primam* velim ... refici atque -ari. Ps. Qvint. decl. 14, 4 *meretrix* hominem ... exasperavit ira, dolore concussit magnaque miserum commutatione -vit. Avr. Fronto p. 81, 12 quae *litterae tuae* me rusum quasi -ant. Tert. resurr. 13, 2 qui *Phoenix* semetipsum libenter funerans -at natali fine decedens atque succedens. Avson. 27, 15 (394 S.), 3 (*in imag.*) tertia fissipedes -vit Luna iuvencas (*i. tres menses peracti sunt; cf. p. 1108, 56 sqq.*). Maxim. eleg. 5, 68 proice tristitias et -are ioco. *al.* *sine obi.*: CE 266, 6 (*saec. II/III*) -ante liquore.

**b** *usu christ. salvantur perditi, corrupti* (*baptismate e. g. l. 53, morte Christi e. g. l. 57. 60, resurrectione l. 59*): **α** *exempla varia*: Vet. Lat. II Cor. 4, 16 (cod. 75, *sim. al. et* Vvlg.) et si qui foris est, homo noster corrumpitur, sed qui intus est, -atur de die in diem (*gr.* ἀνακαινοῦται). Eph. 4, 23 (*ibid.*) -amini ... spiritu sensus vestri (*gr.* ἀνανεοῦσθε). Iren. 3, 11, 8 l. 234 quartum *testamentum* ..., quod -at hominem. 5, 12, 4 l. 91 sq. qui ⟨in⟩ ignorantia *dei* erat ante homo, ... per eam ... agnitionem -atur (*v. l. 63*); agnitio enim dei -at hominem. Ps. Cypr. tract. 2 -ti per lavacrum vitale et delicto primae nativitatis purgati. Firm. err. 18, 8 caelesti cibo -ate hominem perditum, ut quicquit in vobis mortuum est, divinis beneficiis renascatur. Hil. trin. 10, 63 ut per inmortalis dei mortem mortalium vita -etur. Hier. psalt. sec. Hebr. 50, 12 spiritum stabilem -a in visceribus meis. Avg. civ. 19, 10 p. 370, 15 non solum in animo, qui sanatur per sapientiam, verum etiam in corpore, quod resurrectione -bitur. Comm. apol. 746 qui *Christus* -at hominem, peccata pristina donat. *al.* **β** *accedit praepos. c. acc. indicans statum adipiscendum vel exemplum, secundum quod aliquis -atur*: in: Vet. Lat. Col. 3, 10 (cod. 75, *sim. al. et* Vvlg.) qui -atur in agnitionem secundum imaginem eius, qui creavit illum (*gr.* ἀνακαινούμενον). Hebr. 6, 6 (*ibid.*) difficile est ... lapsos eos iterum -are in paenitentiam (*gr.* ἀνακαινίζειν. *inde* Rvfin. Orig. in Rom. 5, 7 l. 93 -emur ad p.). Iren. 3, 17, 1 l. 22 *spiritus sanctus* -ans eos a vetustate in novitatem Christi. Hil. trin. 2, 25 nos vicissim in deum ex carne -ti. Avg. gen. ad litt. 6, 24 p. 196, 19 -bimur ... a vetustate peccati non in pristinum corpus animale ..., sed in melius, id est in corpus spiritale. *al.* ad (*addas l. 66*): Rvfin. Orig. in Rom. 9, 1 l. 109 qui ... respiciunt ea ..., quae ... aeterna sunt, transformantur et -antur ad futuri saeculi formam. Avg. c. Adim. 5 p. 125, 17 filii ... dei sunt homines -ti ad eius imaginem (*spectat ad Col. 3, 10 l. 63; sim.* in euang. Ioh. 18, 10).

**4** *-atur exemplum alicuius per progeniem vel imitando* (*cf. p. 1108, 30*): CE 1214, 8 (*saec. IV ex./V*) *puer mortuus, si diutius vixisset,*

[*Meusel*]

renobassit abos ([*i. avos*]. VEN. FORT. carm. 9, 1, 132 surgat ... nepos, ut -eris avus). PS. ORIG. hom. in Matth. 1, 4 p. 243, 14 *Christus* ex virgine generatus est, ut illam virginem priorem Evam ... iterum -ret atque erigeret. VEN. FORT. carm. 8, 1, 45 Melaniam studio reparans ... obsequio Martham -at lacrimisque Mariam. *pro obi. est acc. c. inf.*: IOH. BICL. chron. II p. 219, 590, 1 Reccaredus rex ... intererat concilio *Toletano* -ans temporibus nostris antiquum principem Constantinum ... synodum Nicaenam sua illustrasse praesentia.

**5** *restituitur status exterior alicuius* (*sc. aliquis in ordinem priorem vel officium revocatur*): COD. Iust. 11, 48, 20 pr. fideiussor per triennium accipiatur eoque impleto iterum -etur (*cf. p. 1106, 42 sqq.*). CONC.[S] II 3, 3 vers. ant. p. 48, 28 decernimus *Ibam* et honore episcopatus et ecclesia (-siae *Rustic.*) ... -andum (*gr. II 1, 3 p. 39, 28* τὴν τιμὴν ... καὶ τὴν ἐκκλησίαν ... ἀνανεωθῆναι. *cf. supra p. 1106, 9 et Facund. defens. 5, 1, 2* instaurari). PAENIT. Hibern. p. 56, 14 *fur paenitens* in ecclesiam renuetur (*i.* -nov-).

**II** *usu deflexo fere i. q. (iterum) vertere, sc. accedente praepos.* ad (*aliter p. 1110, 70 sqq.*); *pro obi. est:* *animus sim.*: CIC. inv. 2, 49 tum conceditur commune quiddam dicere, cum ... auditoris animus ... -atur ad ea, quae restant (de orat. 2, 199 animos equitum Romanorum ... ad Q. Caepionis odium ... -bam atque revocabam [*cf. p. 1109, 41 sqq.*]). RVFIN. Orig. in Rom. 9, 1 l. 140 (*spectat ad Rom. 12, 2*) potest ... -ari sensus ad iustitiam, potest -ari ad continentiam *eqs.* (*ibid.* l. 144 nisi ad omnem scientiam -tus sit s.). AVG. anim. 3, 15, 23 ut ad ea, quae sequuntur, eius *lectoris* intentio ab alio -etur exordio. *ipse homo*: CIC. Pis. 89 quo te modo ad tuam intemperantiam, scelerate, -asti! (*coni. Clark,* innovasti *codd.; cf. p. 1109, 41 sqq.*). SIL. 4, 170 in proelia mentes accendis -asque viros ad vulnera cantu. RVFIN. hist. 5, 1, 38 rursum Maturus cum Sancto ... ad omnia tormentorum et verberum genera -antur (*gr.* αὖθις διῄεσαν). GREG. TVR. Franc. 10, 19 conputriscentibus vulneribus, cum primum ... coepissent ipsa vulnera claudi, iterum -batur ad poenam (*v. app. crit.*).

*p. p. p.* **renovātus,** -a, -um *pro adi.* (*non nisi compar., sed fort. huc pertinet p. 1107, 36*): VIRG. gramm. epist. praef. 4, 3 ut -ior ⌞secuta esset⌟ natura legentis ..., intercapitant opuscula (⌞ ⌟ *Huemer,* sicut est *cod.*; sit *tantum suspic. Winterbottom, Gnomon 77, 2005, 364*).

*deriv.*: renovamen, renovatio, renovativus, renovator; *cf. ?*renovus.

*cf. Onom.* (Renovatus). *Meusel.*

*?***renovus** *adi. retrograde pro* renovatus *formatum dubie trad. in versu mutilo* CE 253, 8 (*a. 246*) ⟨...⟩ *Pantheam* facie ⌞-am⌟ dominamque biformem (⌞ ⌟ renovans *Bücheler*).

**renūbo,** -psī, -ptum, -ere. *a* re- *et* nubere. *i. q. iterum nubere*: TERT. uxor. 1, 7, 3 (*2* iterata matrimonii servitute) etsi non delinquas -endo, carnis tamen pressuram subsequi dicit *scriptura* (*I Cor. 7, 28*). ALC. AVIT. epist. 7 p. 37, 16 ecclesia ..., quae haereticorum fuit, etsi licet meliori -ere (nubere *var. l.*), non erat virgo (*in imag. sec. II Cor. 11, 2*). CONC. Epaon. a. 517 p. 32 l. 212 relicta presbyteri ... si cuicumque -erit.

*p. p. p. pro subst.* **renūpta,** -ae *f.*, *i. q. internupta*: CONC. Epaon. a. 517 p. 24 l. 81 ne ... -ae maritus presbyter *ordinetur* (Aurel. a. 538 p. 116 l. 68). *Bk.*

**renūdo,** -āvī, -ātum, -āre. *a* re- *et* nudare. *de notione v. l. 70 et* GLOSS. -tus: discoopertus.

*i. q. tegmine sublato, extenuato nudare, retegere, revelare* (*medio-pass. l. 61*): **1** *usu vario*: **a** *corporaliter*: **α** *-antur animantes eorumve partes* (*accedit acc. relat. l. 69*): Ⓘ *qui (quae) quolibet tegmine privantur (indicatur qua re per abl. separ. l. 60. 62, unde per praepos.* ab *l. 60, quousque per praepos.* [usque] ad *l. 64,* tenus *l. 60. 62. 69): vestibus, stramentis, armis*: VAL. FL. 5, 380 *Dianam* -tam pharetris ac pace fruentem (*restit. Poortvliet, Mnemosyne 60, 2007, 511 pro* renod-). APVL. met. 1, 6, 4 *quidam* centu⟨n⟩culo faciem suam ... obtexit ita, ut ab umbilico pube tenus cetera corporis -ret. 2, 17, 1 laciniis cunctis suis -ta *Photis* (-nund- *cod. F*). 8, 27, 3 bracchiis ... suis, *i. sacerdotum deae Syriae,* umero tenus -tis. 8, 30, 2 cunctis stramentis me *asinum* -tum ... flagro ... verberantes paene *occiderunt* (-nund- *cod. F*). NON. p. 103, 3 (*respic. Plaut. Mil. 1180*) 'expapillato brachio', quasi usque ad papillam -to (*sc. palliolo remoto*). CYPR. GALL. exod. 788 quae *altaria* scandere gressu non sineris prompto, ne forte obscena -es (*cf. exod. 20, 26* ne reveletur turpitudo tua). *aliis partibus corporis*: APVL. met. 7, 16, 4 *equus* dentium ... candentium -tis ⌞asceis⌟ (*v. app. crit.*) totum me *asinum* commorsicat. 9, 13, 2 costas perpetua castigatione ossium tenus -ti (*sc. muli vel cantherii*). GLOSS. rebulus (*immo* reburrus): recalvus, -tus. Ⓘⓘ *quae sub tegmine extenuato apparent*: ANTH. 636, 11 (*describitur invidiosus*) infelix macies -at ossa.

**β** *-antur res*: ARNOB. nat. 2, 77 (*in compar.*) *ut si aliquis hominem in carcerem datum punire volens* in ipsum saeviat carcerem, materiam eius comminuat atque urat tectum, parietem, ianuas partesque alias operis -et, deiciat, adfligat. CYPR. GALL. num. 731 (*respic. num. 25, 5*) *Moses* ferrum ... -at innocuos sontesque vago mucrone secutus. MART. CAP. 1, 40 (*antea*: quod *peplum* rutilum circum caput gestabat *Pallas*) septem radiorum coronam solivaga virginitas, *i. virgo,* -vit. 6, 582 *Geometria* ingressa senatum deum ... ad ... abaci -ti mensulam ... properavit.

**b** *incorporaliter*: AVG. c. acad. 2, 3, 7 si *adversarius* veram pulchritudinem ... sanatis -tisque paululum oculis posset intueri. serm. 133, 8 -tum est, quod obscurum erat (*postea*: solvi quaestionem). PS. AVG. serm. (Corp. Christ. 9, 355 sqq.) 1, 5 (*in imag. de paenitentibus*) *papa, oves* ostendentes tibi vulnera sua et ferinis morsibus cruentas conscientias -antes intende et suscipe. CYPR. GALL. iud. 580 (*respic. iud. 14, 17*) tacitae mentis secreta -at *Samson.*

**2** *p. p. p.* -tus *pro adi.*: MART. CAP. 1, 80 propter molem elationemque corporis -tus *Neptunus* (*cf. 81* nudus).

*deriv.*: renudus.

**renūdus,** -a, -um. *a* renudare *retrograde.* *i. q. nudus*: TERT. virg. vel. 17, 2 mitris ... et lanis quaedam *mulieres* non velant caput, sed conligant, a fronte quidem protectae, qua proprie autem caput est, -ae (enudae *var. l.,* nudae *edd. quidam*). *Bruno.*

**renuēns** *v.* 1. renuo.

**renuīta,** -ae *m.* *a* renuere, *sec.* eremita *sim. more gr. formatum, ut versio nominis peregrini quam simillima fiat.* *i. qui renuit* (*de genere monachorum deterrimo*): ISID. eccl. off. 2, 16, 9 ab eo, quod semetipsos a coenobiali disciplina sequestrant ..., Aegyptiorum lingua sarabaitae sive ⌞-ae⌟ nuncupati sunt (⌞ ⌟ *scribitur etiam* renn-. *cf.* GLOSS. V 414, 50 s. lingua (a)egyptiaca; in lat(ino) dicitur -(a)e, qui refutant abb(atem) habere [*ad Bened. reg. 1, 6. 11*]. *antea deletum est ibid.* 414, 44 sarabaita: -a).

**rēnulus,** -ī *m.* *a* ren (renes). *i. q. reniculus* (*vi demin. detersa*): VINDIC. med. 9 p. 214, 7 vesica habet super se duos -os nervosos, non ad suscipiendam urinam, sed ad ... evaporationem (*sec. doctrinam Asclepiadis*).

**rēnum** *v.* regnum. *Bk.*

**renumerātio,** -ōnis *f.* *a* renumerare. [*falso affertur in lexicis vet. pro* enumeratio PS. CASSIOD. rhet. 20 p. 503, 15.] *i. q. actio renumerandi*: DON. Ter. Phorm. 922, 2 quoniam adnumerationem pecuniae antecedit scriptura, 'rescribere' dicebant pro -e (renumerare *var. l.*).

**renumero,** -āvī, -āre. *a* re- *et* numerare. *de notione*: EVGRAPH. Ter. Phorm. 922 ('iube rescribi') ideo rescribi, quod est -ari (*cf. l. 36*). *v. etiam l. 45. 56.* [*confunditur in codd. c.* remunerare *p. 1079, 32 sqq.; in var. lect. l. 36; contexto manco* CHART. lat. ant. XLII 1238, 14 (*saec. I[2] a. Chr.*).]

**1** *i. q. reddere pecuniam sim.*: **a** *strictius fit compensatio, restitutio sim.*: PLAVT. Bacch. 46 si haec habeat aurum, quod illi *militi* -et, faciat lubens (516 -are ... ⌞omne a. patri⌟ [*item* 608, *ubi seq.* reddatur]). TER. Hec. 502 sin aliost animo, -et dotem huc, eat ([DON. *ad l.* '-et' proprie, quia dos pecunia est]. *sim.* APVL. apol. 92, 7 quodcumque ... in dotem acceperis, potes ... ut acceperas retribuere, pecuniam -are, mancipia restituere *eqs.*). SYMM. epist. 4, 63, 1 (*antea*: quattuor ... quadrigas ... ad me opto deduci) pretium ... in rem missis -bo. MAX. TAVR. 27, 2 usura ..., in qua -atur creditori debitum. **b** *laxius transfertur summa ad alios* (*an praeverbium spectat ad notionem praestandi quod secundum pactum sim. debetur vel exspectatur?*): DECRET. decur. Gab. (CIL XIV 2795; *a. 140*) 14 si ordo rescidisset decretum suum ..., omnis summa ... eadem condicione municipibus Tusculanis confestim -retur.

**2** *i. q. numerum renuntiare, referre sim.* (*praeverbium spectare vid. ad notionem palam promendi; cf.* GLOSS.[L] II Philox. RE 165 -at: ἀναριθμεῖ): CAES. civ. 3, 53, 4 milia sagittarum circiter XXX in castellum coniecta Caesari -verunt.

*deriv.*: renumeratio.

**renunci-** *v.* renunti-. *Schwennicke.*

**rēnunc(u)lārius** *pro* len- *scribitur per dissimilationem q. d.* INSCR. Année Épigr. 2009 n. 822 (*Arelate, saec. III*) honori corporis -orum (*sed* len- *recte* n. 823. *quibus tit. Arelatensibus augeas Ostienses vol. VII 2, 1166, 27 sqq. allatos*).

**1.** ※**rēnunculus,** -ī *m.* *a* ren (renes). GLOSS. -us: lundlaga (*anglosax.; item* GLOSS.[L] Corp. R 33). [*val.* rărúnchi, *raet. occ.* narunkel, ranuoł, ñirunkel. *cf. M.-L. 7213 et Faré, Postille 7209. Tiktin-Miron[3] III 287. Schd.-Cr.*] [*confunditur in codd. c.* reniculus *l. 73. p. 1097, 46.*]

*i. q. reniculus (vi demin. detersa), sc. de parte hostiae deo Iudaeorum offerendae* (*gr. resp.* νεφροί, *Vet. Lat.* [*cod. 100. al.*] renes): *proprie*: VVLG. lev. 3, 4 *offerent* duos renes ... et reticulum iecoris cum -is. 3, 10 utrumque -um cum adipe. *et decies in* lev. *in explic. allegorica*: RVFIN. Orig. in lev. 3, 5 p. 309, 16 -i (renic- *var. l.*) ... ignibus traditi quis dubitet quod nullos in Christo fuisse indicent genitalium partium motus?

*[Bk.]*

**[2. rēnunculus** *falso trad. pro* len- Gell. 10, 25, 2.**]**

**renuncupat** Not. Tir. 44, 25. *a* re- *et* nuncupare (*fictumne ita ut* enuncupat *44, 24?*).

**[renundo** *v.* renudo *p. 1111. 61. 63.*] *Bk.*

⊠**renuntiātio,** -ōnis *f.* *a* renuntiare. *scribitur* -nunc- *hic illic in codd. rec., litteris gr. l. 11. de notione v. l. 10 sq. 40 sq. legitur in prosa orat. apud* Cic. *et inde a* Plin. paneg., *saepe apud iuris consultos et scriptores eccles.* [*confunditur in codd. c.* abrenuntiatio Cassian. inst. 4, 37.]

*i. q. actio vel effectus renuntiandi, quae fit*: **1** *nuntiando, pronuntiando, declarando* **(***cf.* Gloss. II 232, 24 *ἀπαγγελία*: nuntiatio, -o. Gloss. iurispr. *μαγκίπιουν P* 16 *ῥενουντιάτιο· προσφώνησις.* 21 *-o· ἀναγόρευσις. indicatur, quid renuntietur, per gen. obi. e. g. l. 21 sq. 26, acc. c. inf. l. 30, quis renuntiet, per gen. subi. vel pron. poss. e. g. l. 15. 25. 30. 36 sqq.***)**; *renuntiantur*: **a** *res gestae*: Cic. Verr. II 1, 88 (*antea p. 1115, 15*) -em ... eius *viri,* quae erat in publicas litteras relata illorum legibus, *Dolabella* tolli iusserat. 3, 73 (*antea p. 1115, 16*) quorum *Agyrinensium* -o legibus illorum litteris publicis mandata est. 3, 89 (*antea p. 1115, 30*) cognoscite -em ex litteris publicis *Amestratinorum.* **b** *nomina eorum, qui creati sunt, sc. post lata suffragia*: Cic. Mur. 18 neque ... *vos* fugit, ... non eundem esse ordinem dignitatis et -is, propterea quod -o gradus habeat, dignitas autem sit persaepe eadem omnium. Planc. 14 -o suffragiorum. Plin. paneg. 77, 1 *Traianus* tantum ex -e eorum *consulum* voluptatis, quantum prius ex destinatione capiebat. **c** *mensurationes agrimensorum* (*cf. p. 1116, 22*): Epist. prox. tabul. (cil vi 10233) 13 secundum -em mensor(is) (*vel* -r(um)). Vlp. dig. 11, 6, 1 pr. interest nostra, ne fallamur in modi -e. 11, 6, 3, 1. 11, 6, 3, 2 si emptor plus dederit venditori propter -em. 11, 6, 3, 4. 11, 6, 5 pr. si mensor non falsum modum renuntiaverit, sed *morando* traxerit -em *eqs.* **d** *quaelibet*: Tert. carn. 1, 2 veritas et qualitas eius *carnis Christi* retractatur ...; -o eius dabit legem nostrae resurrectioni. Hil. coll. antiar. p. 143, 4 post -em orientalium Athanasium reum non esse. Avg. c. acad. 3, 11, 26 l. 53 si demersus unda remus rectus appareret, magis oculos meos falsae -is arguerem (*cf. p. 1117, 27 sqq.*). serm. 253, 3 (*antea*: quod verum est, aegroto renuntio) ista medici -o non est desperatio, adiunxit et ait ... 'eris sanus'. Greg. M. epist. 9, 19 l. 5 exspectabamus, ut nos experientia tua de argento ecclesiarum ... redderet certiores ...; sed non nos ita -o tua ... instruxit (*sim.* 9, 130 l. 16 ut -e vestra redditi certiores. 9, 135 l. 17 -e fraternitatis vestrae. 14, 11 l. 32 -e tua). *al.*

**2** *per nuntiationem repudiando, reiciendo sim.* **(***cf.* Ps. Ascon. Verr. p. 209, 30 [*ad I 16, v. p. 1117, 48*] -o dicitur recusatio eius rei, quae in placito et in promissione ⟨con⟩venerat. Gloss. II 232, 27 *ἀπαγόρευσις*: -o, interdictum. *indicatur, quid [quis] renuntietur, per dat. l. 71 sq. p. 1114, 7 [fort. et l. 61. p. 1114, 5], gen. obi. e. g. l. 69 sqq. 75, praepos.* adversus *l. 66, quis renuntiet, per gen. subi. vel pron. poss. e. g. l. 65 sq. p. 1114, 1***)**:
**a** *contextu vario*: **α** *renuntiatur pactio, ius*: Gaivs dig. 24, 2, 2, 1 in repudiis, ... id est -e *matrimonii,* comprobata sunt haec verba *eqs.* (*cf.* 24, 2, 2, 2 in sponsalibus ... discutiendis placuit -em intervenire oportere). Vlp. dig. 17, 2, 14 (*antea p. 1119, 27*) si ... ante tempus renuntietur, potest rationem habere -o **(***renuntiatur societas ut*: Pavl. dig. 17, 2, 17, 2 in societate ... coeunda nihil attinet de -e cavere, quia ipso iure societatis intempestiva -o in aestimationem venit. 17, 2, 65, 3 si dolo malo -o facta sit. Mod. dig. 17, 2, 4, 1 dissociamur -e, morte *eqs. al.***)**. Cod. Iust. 4, 29, 21 (*antea*: iubemus licere mulieribus ... iuri hypothecarum sibi competenti per consensum proprium renuntiare) si generaliter tali -e pro uno ... contractu ... usae sunt vel fuerint, eadem -o ad illos contractus ... coartetur. **β** *renuntiantur variae res*: Don. Ter. Andr. 352, 2 (*ad*: me libera ... metu. :: ... uxorem tibi non dat iam Chremes) 'iam' ... -o est perpetuitatis. 696, 6 'valeant' -is et imprecationis est verbum. Hec. 502, 3 ('eat') in hoc verbo quasi -o caritatis est. 746, 1 magna moralitas in -e (*sc. amoris meretricis*). Cod. Iust. 12, 21, 6 (*a. 443/4*) principes agentum in rebus, quos saepe saeva pericula vitaeque interdum -o ad memoratum gradum adduxit.

**b** *contextu christ., sc. renuntiatur saeculum, mundus, diabolus sim.* (*gr. resp. ἀναχώρησις p. 1114, 3, ἀποταγή p. 1114, 12*): **α** *renuntiant quilibet*: Tert. spect. 4, 3 etiam ad spectacula pertinere -is nostrae testimonium in lavacro, quae *eqs.* (6, 4 una -o n. adversus idololatrian). Mar. Victorin. in Phil. 4, 6 ut omnis actio ... Christiani fidelis ... omissis omnibus sollicitudinibus – ipsa est enim -o – precibus vacet. Hier. tract. in psalm. I p. 130 l. 114 -em saeculi (Hesych. in lev. 1, 3 p. 794[D] -o s. et voluptatum plenissima abnegatio. Cassiod. in psalm. 119 l. 10 incohata s. -e. *cf. dat.* saeculo: Avg. in psalm. 23, 7 *portae* -is s. et conversionis ad deum. Caes. Arel. serm. 173, 3). Avg. serm. 216, 6 vestra vos potius aversione ac pia -e gloriosissimum ei, *sc. diabolo,* certamen indicite. Qvodv. symb. 3, 1, 12 non in vobis post -em inveniat opera sua *diabolus* (*cf.* Primas. in apoc. 12, 7 *diabolus* ab eis dicitur expelli, qui post -em eius ... errores eius ultra non repetunt). Cassian. inst. 7 capp. 17 de -e apostolorum et ecclesiae primitivae. Canon. Turner II 2 p. 213 rec. III -em saecularium negotiorum (*gr. Ioh. Schol. tit. 32, 8 ἀναχώρησιν τῶν κοσμικῶν πραγμάτων*). Fvlg. Rvsp. epist. 1, 12 licitarum rerum usus licite cum temperantia geritur, donec rei licitae -o non vovetur. Isid. diff. 1, 84 (23 C.) castitas est corporis incorruptio, continentia vero post corruptionem sexui -o. *al.* **β** *renuntiant monachi (-o est prorsus vita monastica l. 9. 14 sqq.): quaelibet exempla*: Cassian. inst. 7, 30 omnes fructus nostrae -is. conl. 3, 7, 6 omnis ... quicumque post -em mundi huius ... ad pristina desideria revocatur *eqs.* 3, 7, 7 (*antea*: abrenuntiatio corporalis) -em cordis ... obtinere. *al. apud eundem.* Paschas. verba patr. 14, 1 de -e (*gr. Nau 1907 p. 178 n. 51 περὶ ἀποταγῆς*). *ibid.* ego ad mensuram -is istius *fratris* necdum perveni. *agitur de principiis -is*: Cassian. inst. 4, 2 cum -is eorum primordia viderimus *eqs.* (7, 14, 1). 4, 4 in principio -is suae (4, 37. 12, 25). 7, 15, 2 (*antea*: professionis huius) ut ne initium quidem -is arripiant. conl. 4, 21, 1 post illum primae (*sc. incipientis*) -is ardorem, quo ... militiam saeculi relinquentes semetipsos ad monasteria contulerunt. *al. apud eundem.* *agitur de gradibus -is*: Cassian. conl. 3 capp. 3 de tribus vocationum generibus et de tribus -bus (6 expositio trium -um [*cf. vol. I 131, 2 sqq.*]. 3, 3, 1). 7 quemadmodum singularum -um sit adprehendenda perfectio. 10 primo ... -is gradu (3, 7, 9 hoc secundo -is g. 3, 10, 3 -is tertium g.). 3, 7, 3. *Palazzolo.*

**renuntiātīvē** *adv.* *a* renuntiare (*adi.* -tivus *non legitur*). *i. eo modo, quo renuntiatur* (*sc. desistendo a proposito, spe sim.*): Mvtian. Chrysost. hom. 9, 2 p. 300[extr.] (*antea*: non est dicere: ... iterum poterimus baptizari, peccata abluere; ... erratis, inquit *Paulus*) vide, quam reverenter et -e incipit: ⌊impossibile est⌋, inquit (⌊ ⌋ *Hebr. 6, 4*), non iam speres, quod impossibile est *eqs.* (*v. Wilhelmsson, Studien, 1944, 97*).

**renuntiātor,** -ōris *m.* *a* renuntiare. *i. qui renuntiat (accedit gen. obi.): aliquem certiorem faciendo* (*cf.* Gloss. II 216, 3 *ἄγγελος*: nuntius, nuntiator, -r): Tert. anim. 57, 11 (*respic. Luc. 16, 27 sqq.*) non posse inde, *sc. ex inferis,* relegari -em dispositionis infernae. Pavl. sent. 5, 21, 2 (= dig. 48, 19, 38, 1) transfugae ad hostes vel consiliorum nostrorum -es ... furcae suspenduntur. *reiciendo, negando*: Tert. pall. 4, 10 reverere habitum ... erroris tui -em (*antea: pallium* sapientiam vestit, quae vanissimis superstitionibus renuit). Qvodv. c. Iud. pag. Ar. 4, 8 quid in theatro faciebat -r turpium voluptatum? (*sc. baptizatus; cf. e. g. Sacr. Gelas. 421* abrenuncias satanae? *eqs.*).

*cf. Onom.* (*sc.* CIL VI 25396 -i, *nisi* Renuntiato ⟨...⟩ri). *Bk.*

⊠**renuntio,** -āvī, -ātum, -āre. *a* re- *et* nuntiare. *scribitur* -nunc- Chart. lat. ant. X 434, 14 (*saec. II/III*) *et saepius in codd. rec., ubi et* renn- *al.* Not. Tir. 25, 92 -at. *inter* verba activa coniugationis primae *affert* Char. gramm. p. 474, 15. *inf. praes. pass.* -arei Lex Iul. munic. (cil i[2] 593) 100. *de notione* (*de differentia v. vol. I 131, 27 sqq. V 1, 552, 63 sqq.*): Synon. Cic. p. 448, 27 ventilata. audita. scita. -ta. relata. comperta. explorata. Gloss. -at: *ἀποτάσσεται, ἀποφαίνεται, ἀποστέλλει.* -at: refluit (= Gloss.[L] II Abav. re 81; redundat: r. *Hildebrand,* -at: refert *Mountford dubitanter; an* -at: renuit*?*). II 232, 28 *ἀπαγορεύω*: abdico, interdico, -o. Gloss.[L] I Ansil. re 1090 (cod. Paris.) ⌊-vit⌋ creditori: decoxit, ⌊conturbavit⌋, solvendum non fuit (⌊ ⌋ *fut. trad.*). 1092 sqq. (*ibid.*) -at: recusat. non recipit. contradicit. abnegat. III Abstr. re 39 referes: -bis. *sim. al.* *legitur in versibus apud* Plavt., Ter., Comm., Sidon., Hymn. Hisp., *in orat. prosa inde a* Calp. hist., Graccho, Edicto cens. de rhet., Lege Tarent., Cic. [*fortasse hisp. vet.* regunçar *'nuntiare, referre'. cf. M.-L. 7213a. Corominas-Pascual IV 252. 906. Schd.-Cr.*] **[***confunditur in codd. e. g. cum* nuntiare *p. 1115, 29. 73. 1116, 6. al.* (*restit. p. 1116, 27*), abrenuntiare *p. 1118, 69. 1120, 10. al.; falso trad.* Plavt. Pseud. 433 (tibi -ant *add. cod. A sec. p. 1115, 64*). Cic. Planc. 49 diribitae ⌊-tae⌋ (*glossema, quod detrusit* tabellae). Phil. 2, 82 (*antea p. 1116, 60*) prima classis vocatur [-atur] (*del. Garatoni; def. alii, sed -ari solent electi, non eligentes*).**]**

*i. q. retro nuntiare* (*sc. remittendo sim. sub I, revocando sim. sub II*): **I** *notione originaria feruntur nuntii. pro obi. est acc. passim inde a* Plavto (*refl. p. 1116, 59. 73. 1117, 27, c. praedic. p. 1116, 17. 35 sqq. 1117, 3 sqq. al., iuxta* de *p. 1115, 74*), *acc. c. inf. p. 1115, 5. et saepe, inf. p. 1115, 13. 23. 68, orat. direct. p. 1116, 18 et e. g.* Avg. serm. 330, 3, *enunt. secund., sc. interrog. p. 1115, 12. 46. 48. al., fin. p. 1117, 11. 16, inductum per* quod *p. 1115, 38 (relat. p. 1115, 31. 1117, 39. al.), ceterum notes adv.* ut *p. 1116, 2 et e. g.* Sen. contr. 7, 2, 14, ita *p. 1115, 63,* male *p. 1116, 32; sine obi. vel obi. supplendo p. 1115, 6. 7 sqq. 1116, 10 sqq. al. (pass. impers. saepe sub B1a, ceterum e. g. p. 1116, 61), sed accedit praepos.* de *p. 1115, 6. 24. al.; indicatur cui vel quo per dat. p. 1115, 2. 6. et saepe (refl. p. 1116, 26 sqq.), praepos.* ad *p. 1115, 5. 8. 63. 66. al.,* in *p. 1115, 40, acc. direct. p. 1115, 7. 17. 34. 39. al., adv. p. 1115, 10; unde per praepos.* ab *p. 1115, 14. 42.*

**A** *strictius -at, qui ad aliquem responsum refert vel aliquo ad nuntiandum revertitur*: **1** *-ant quilibet* (*exempla selecta inde a*

*[Reineke]*

Ter.): Plavt. Aul. 783 eam *filiam* tu, *Euclio,* despondisti ... Megadoro ...; is me nunc -are repudium iussit tibi (Ter. Phorm. 677 illis *sponsae parentibus* r. -et *Phormio,* hanc ducat. Adnot. Fronto p. 181, 20 [*in imag.*] redit ... post r. -tum oratio domum meam). Bacch. 157 (*paedagogus adulescenti*) *metuo, ne* te ... ad patrem esse mortuom -em. 592 *Bacchis tecum* non it; ... abi et -a. Men. 421 metuebam, ne *servus* meae uxori -re⟨t⟩ de palla *surrepta.* Merc. 804 *patrem erae* rus abiisse aibant; nunc domum -o. Trin. 995 ibo, ad (id *trad.*) illum -bo, qui mihi tris nummos dedit, ut sciat se perdidisse (*sunt qui interpungant* ibo ad illum, -bo). Ter. Andr. 431 erus, quantum audio, uxore excidit ...; -bo. 594 domum modo ibo ... atque huc -o (*praes. pro fut.*). Hec. 508 *adulescens* deliberet -etque hodie mihi, velitne an non. Haut. 661 (*629 sq.* ei *anui* dedi *puellam* exponendam) quid -vit olim ⌞fecisse⌟? :: id, quod iusseram (⌞ ⌟ *fort. trahendum ad responsum*). 859 quid nunc -em abs te responsum? Cic. Verr. II 1, 88 Cn. Dolabella in eum, qui ... Milesiis ... rem gestam -arat, animadvertere ... conatus est (*seq. p. 1113, 15*). 3, 73 Agyrinenses magistratus et quinque primi, quos tu tui quaestus causa evocaras, acta et imperia tua domum ad senatum suum -verunt (*seq. p. 1113, 16*). Cluent. 175 *servus quidam* multa dicitur domino -are solitus esse. fam. 13, 10, 3 perspexi ... in *negotio* conficiendo ac -ando fidem *Varronis.* Liv. 4, 24, 2 cum -tum a mercatoribus esset negata Veientibus auxilia. Labeo dig. 19, 2, 60, 4 mandavi tibi, ut excuteres, quanti villam aedificare velles; -asti mihi ducentorum impensam (te *ins. Mommsen*) excutere. Svet. Tib. 22 -anti tribuno (*sc. ad Tiberium*) factum esse, quod imperasset (*sim.* Claud. 29, 2 de nece ... -ante centurione factum esse, quod imperasset). Vet. Lat. Luc. 9, 61 (cod. 10. *sim. al. et* Vvlg.) sequar te, domine, sed primum permitte mihi -are his, qui in domo mea sunt (*gr.* ἀποτάξασθαι, *cod. 2. al.* nuntiare, *5* abrenuntiare; *huc spectat e. g.* Hier. epist. 38, 5, 1 volens discipulus reverti domum et suis ante -are [nunt- *var. l.*]). *al.* **2** *-ant legati*: Cic. Verr. II 3, 88 *Heraclius legatus* Caesio -at se dedisse, *sc. pecuniam* (*seq. p. 1113, 18*). Phil. 6, 16 (*Quiritibus*) cum ... legati -arint, quod certe -bunt, non in vestra potestate, non in senatus esse Antonium. 9, 1 *non* dubito, quin, si ille vir (*sc. Ser. Sulpicius*) legationem -are potuisset, reditus eius ... vobis gratus fuerit (*al., v. vol. VII 2, 1104, 46 sq.; addas* Liv. 9, 4, 6. 36, 9, 8 haec -ta Pheras l. cum esset. *al.*). *al.* Caes. civ. 1, 35, 3 *Caesaris* orationem legati *Massilienses* domum referunt atque ... haec Caesari -ant: intellegere se divisum esse populum ⟨Romanum⟩ in partes duas *eqs.* Bell. Hisp. 36, 1 legati Carteienses -verunt, quod Pompeium in potestatem haberent. Liv. 1, 22, 5 haec -ant *legati Romani* Tullo. 27, 9, 13 domum. 29, 3, 4 haec dicta legatis -taque in concilium. 38, 18, 2 *legatis* precantibus ..., ut domum -rent, potestas facta. 40, 23, 6 legati iam ante praemeditatis (-ti *var. l.*) in Macedonia, quae ab Roma -rent, venerunt. 42, 2, 1. *et saepius.* Val. Max. 1, 6, 3 quod priusquam legati -rent *eqs. al.* **3** *-ant speculatores, exploratores sim., sc. fere in re militari*: Caes. Gall. 1, 21, 2 qualis ... ascensus *esset,* qui cognoscere⟨n⟩t, misit *Caesar*; -tum est facilem esse (*sc. ascensum*). 4, 21, 9 Volusenus ... ad Caesarem revertitur, quaeque ... perspexisset, -at. civ. 3, 67, 1 eo ⌞signa legionis illata⌟ speculatores Caesari -arunt (⌞ ⌟ signo ... illato *trad.*). Hirt. Gall. 8, 35, 4 *cum* exploratores ... missi, quae gererentur, -assent. Bell. Hisp. 28, 1 *Caesari* -tum est a speculatoribus Pompeium de tertia vigilia in acie stetisse. Liv. 22, 42, 5 *praefectus* cum duobus equitibus vallum intravit speculatusque omnia cum cura -a[n]t insidias profecto esse *eqs.* Vitr. 10, 16, 9 *cum* id ... a speculatoribus esset Apolloniatibus -tum. Plin. nat. 6, 181 solitudines nuper -vere ... Neroni missi ab eo milites ... ad explorandum. 6, 184 a Syene ... *milia tot* Neronis exploratores -vere. 6, 198 Alexandro regi -tam *esse insulam* adeo divitem, ut equos incolae talentis auri permutarent. Vet. Lat. deut. 1, 22 (cod. 100) dimittamus viros ante nos, et perambulent nobis terram et -bunt nobis responsum viae (*gr.* ἀναγγειλάτωσαν ἡμῖν ἀπόκρισιν τὴν ὁδόν, Vvlg. -ent, per quod iter *eqs.*). *al.*

**B** *laxius* (*saepe -atur obsequendo superioribus, sciscitantibus, consulentibus sim.*): **1** *-ant homines* (*angeli p. 1116, 23 sqq.*): **a** *vario respectu* (*saepe pass. impers.; exempla selecta*): Plavt. Men. 1127 (*Menaechmo*) ad nos -tum est te ⟨...⟩ et patrem esse mortuom. Poen. 764 ita mihi -tumst. Pseud. 430 istaec, quae tibi -antur, filium te velle ... circumducere. Stich. 599 ad cenam ... alio promisi foras. ... :: iuben domi cenam coqui atque ad illum, *qui te invitavit,* -ari? (*sc. te non venturum esse, ut vergat ad IIA*). Ter. Andr. 499 credon tibi hoc nunc, peperisse hanc e Pamphilo? ... :: quid credas? quasi non tibi -ta sint haec sic fore. 501 -tumst; nam qui istaec tibi incidit suspicio? Gracch. or. frg. Gell. 10, 3, 3 uxor *consulis* -at viro parum cito sibi balneas traditas esse. Edict. cens. de rhet. Suet. rhet. 25, 1 -tum ⟨est⟩ nobis esse homines, qui novum genus disciplinae instituerunt. Cic. Verr. I 19 (*vir consularis ad Verrem*) ⌞-o⌟ ... tibi te hodiernis comitiis esse absolutum (*sc. Hortensio consule creato*; ⌞ ⌟ *codd. Cic.,* nuntio *Prisc. gramm. III 299, 7*). II 4, 79 quod (*sc. indignatio de statua Scipionis ablata*) cum isti -retur de basi ac litteris. Cluent. 143 hoc persaepe dixisti tibi sic -ari, me habere in animo causam hanc praesidio legis defendere. 163 ut nobis -atur. rep. 2, 70 tum Scipio: adsentior vero -oque vobis nihil esse, quod *eqs.* (*huc respicit Aug. civ. 2, 21 p. 80, 16* respondit). Cael. Cic. fam. 8, 12, 1 ut multi mihi -rent ... male eum *Ap. Claudium Pulchrum* de me cogitare. Svlp. Rvf. Cic. fam. 4, 5, 1 mihi -tum est de obitu Tulliae. Liv. 6, 7, 2 quod ubi ... Camillo centuriones -verunt (nunt- *var. l.*), turbatas militum mentes esse *eqs.* 32, 2, 2 id *argentum* ... probum non esse quaestores -verant. Sen. dial. 4, 29, 2 ex iis, quae nos offendunt, alia -antur nobis, alia ipsi audimus (*syn.* narrata). Traian. Plin. epist. 10, 16 recte -asti, mi Secunde (*cf. Plin. epist. 10, 15* nuntio tibi *eqs.*). Tab. Vindol. II 127, 6 (*cf. III p. 155*) ⟨ren⟩untiarunt optiones ⟨et⟩ curatores (*sim.* 148, 1 -vit Candidus optio. III 574, 6. *et al. in huiuscemodi tabulis; de re v.* renuntium *p. 1120, 64 sqq.*). Svet. Calig. 45, 2 *quosdam* -antīs coactum agmen ... loricatos ad discumbendum adhortatus est. Gaivs dig. 29, 5, 25 pr. (*respic. lex Cornelia*) qui *accusator* requisivit et -vit eos servos (*i. fere locos, ubi invenit servos*), qui ... ante quaestionem fugerint. Tert. nat. 1, 8, 3 prima vox 'beccos' -ta est (*i.* βέκος, *cf. Herod. 2, 2*). 2, 2, 11 Thales ... Croeso sciscitanti, quid de deis arbitraretur, ... 'nihil' -vit (*sim. de eadem re*: apol. 46, 8). Vet. Lat. deut. 13, 9 (cod. 100) -ans -bis de eo, *qui aliis deis servit* (*gr.* ἀναγγέλλων ἀναγγελεῖς, *Tert. scorp. 2, 10. al.* adnuntians adnuntiabis, *Vulg. aliter*). Pavl. dig. 18, 1, 40 pr. (*ex Alfeno*) ut emptor *fundi* ... fundum metiretur et de modo -ret, *sc. venditori* (*cf. p. 1113, 23 sqq.*). Regvla mag. 34, 9 ab angelis nostris diurnis in -tis iustorum benefactis delectabitur dominus (*cf.* Bened. reg. 7, 13 aestimet se homo ... a deo ... respici omni hora et facta sua ... ab angelis omni hora -ari). *al. reflexive*: Sen. dial. 2, 10, 3 sapiens ... a nullo contemnitur: magnitudinem suam novit nullique tantum de se licere ⟨re⟩nuntiat sibi. 11, 6, 1 potest et illa res a luctu te prohibere nimio, si tibi ipse -veris nihil horum, quae facis, posse subduci. Qvint. inst. 12, 11, 10 *qui de huius studii magnitudine desperant,* -ent sibi, quanta sit humani ingenii vis. Avg. in psalm. 25, enarr. 2 (= serm. 166A), 5 l. 32 quisquis malus est, interrogans conscientiam suam et male (mala *cod. unus*) sibi -ans, non arbitretur neminem bonum esse.

**b** *respicitur electio, nominatio sim.*: **α** *magistratuum* (*sacerdotis l. 37*): Ⓘ *indicatur munus*: Ⓐ *praedicative*: Calp. hist. 27 eum *Cn. Flavium* ... pro tribu aedilem curulem -verunt. Cic. Verr. II 2, 130 eo modo sacerdos Climachias -tus est. 4, 45 HS CCC divisoribus, ut praetor -rere, dedisti (5, 38 tu cum esses p. -tus quoquo modo [*seq. l. 57*]. Manil. 2 centuriis cunctis. dom. 112). Mur. 1 quo *die* auspicato comitiis centuriatis L. Murenam consulem -vi (Sull. 91 o miserum ... diem, quo c. omnibus centuriis P. Sulla -tus est! de orat. 2, 260 cum *Scipio* ex centuria sua -ret Acidinum c. *al.* Liv. 3, 21, 6. 7, 26, 12 dictator ... absentem M. Valerium Corvum ... c. -vit. *al.; cf. l. 50*). Lex Iul. munic. (CIL I$^2$ 593) 100 queicumque in municipio ... comitia IIvir(eis) ... habebit, is ne quem *minorem XXX annis* ... IIvir(um) ... -ato neve -arei iubeto. 105 neve eum, quei praeconium ... faciet, ... IIvir(um) IIIIvir(um), queive ibei mag(istratus) sit, -ato. Sen. contr. 7, 7, 1 tristiorem istum *patrem* vidimus, cum filius imperator -tus est quam cum captus ([enunt- *var. l.*]. *ibid. iterum*). Val. Max. 4, 2, 1 simul censores -ti sunt *quidam. al.* Ⓑ *cetera exempla*: Cic. fam. 7, 30, 1 *Caesar comitia* centuriata habuit, consulem ... -vit. Lex Vrson. (CIL II$^2$ 5, 1022) 105, 29 sq. decurio ..., qui iudicio condemnatus erit, postea ... neve IIvir(um) neve aedilem -ato neve -ari sinito.

Ⓘⓘ *non indicatur munus vel e contextu intellegendum est* (*exempla selecta inde a* Cic.): Lex Tarent. (CIL I$^2$ 590) 1, 16 antequam maior pars curiarum quemque eorum, quei magistratum eis comitieis petent, -bit. Cic. Verr. II 2, 127 in qua *lege Syracusana* scriptum erat, ut, quot essent -ti, tot in hydriam sortes conicerentur. 5, 38 (*antea l. 38*) cum esses -tus ..., non ipsa praeconis voce excitatus es (*ibid.* pronuntiavit). leg. agr. 2, 22 quos (*sc. Xviros*) volet, atque in eis se ipsum -bit. Mur. 35 in praeturae petitione prior -tus est Servius. Phil. 2, 82 sortitio praerogativae: *Antonius* quiescit; -atur: tacet (*seq. p. 1114, 59*). Pollio Cic. fam. 10, 32, 2 *Balbus quaestor* comitia ... habuit, hoc est, -vit, quos ei visum est (*sc. IIIIviros*). Q. Cic. pet. 56 nulla esse comitia tam inquinata largitione, quibus non gratis aliquae centuriae -ent suos ... necessarios. Caes. Gall. 7, 33, 3 *apud Haeduos esse* fratrem a fratre -tum, cum leges duo ex una familia ... magistratus creari vetarent. Lex Iul. munic. (CIL I 593) 139 neive quis, ⌞quei adversus ea creatum -tum⌟ erit, ibei IIvir IIIIvir esto (⌞ ⌟ *legas* sei ... -tum *aut* quei ... creatus -tus). Vrson. (CIL II$^2$ 5, 1022) 101, 19 quicumque comitia magistrat⟨ib⟩us creandis ... habebit, is ne quem (qua *aes*) ... -ato neve -ari iubeto, qui *eqs.* Liv. 5, 18, 2 qui *Titinius et al.* priusquam -rentur (*sc. tribuni militum*). 9, 34, 25 ut comitiis censoriis ... non -to altero comitia differantur. perioch. 80, 8 citra ulla comitia consules in sequentem annum se ipsos -verunt. Vell. 2, 92, 4 *C. Sentius Saturninus consul* iuravit, etiam si *M. Egnatius Rufus* factus esset consul suffragiis populi, tamen se eum non -turum. Plin. paneg. 92, 3 tuo iudicio consules facti, tua voce -ti

*[Reineke]*

sumus. GELL. 12, 8, 6 (*antea*: populus eos *Lepidum et Flaccum* simul censores facit) voce praeconis -ti sunt. *al.*

**β** *quorumlibet hominum* (*c. praedic.*): VITR. 7 praef. 6 *unus iudex,* cum ab eo sententia rogaretur, eum primum *poetam* -ari iussit, qui minime populo placuisset. HIST. AVG. Did. 5, 3 ad senatum venit impetravitque, ut hostis *Septimius* Severus -retur. MACR. Sat. 1, 24, 9 id ... restat ..., ut et oratorem Vergilium -etis!

**c** *respicitur divinatio, religio*: CIC. div. 2, 74 *magistratus* imperant pullario; ille -at fulmen sinistrum, auspicium optumum. VARRO frg. Cens. 17, 8 cum multa portenta fierent ... et ideo libros Sibyllinos Xviri adissent, -arunt, uti ... hostiae furvae immolarentur. LIV. 10, 40, 9 *altercatione inter pullarios orta equites Romani* Sp. Papirio ... ambigi de auspicio -verunt. 34, 44, 2 id *ver sacrum* cum P. Licinius pontifex non esse recte factum ... patribus -asset. 36, 37, 4 prodigiorum causa libros Sibyllinos ex senatus consulto decemviri cum adissent, -verunt ieiunium instituendum Cereri esse ...; et ut novendiale sacrum fieret *eqs.* 42, 20, 3 decemviri lustrandum oppidum, supplicationem ... habendam ... -arunt. *al.* VAL. MAX. 7, 2, 5 cum ... pullarius ... non prosperantibus avibus optimum ei *consuli* auspicium -asset. *al.*

**2** *-ant res*: **a** *exempla varia*: CIC. Cluent. 143 nimirum tibi istud lex ipsa -vit. VEL. gramm. VII 47, 1 (*ad Ter. Phorm. 743* st!) hoc s et t pariter -at silentium. VET. LAT. psalm. 29, 10 (cod. 136) pulvis *meus* ... -et veritatem tuam, *domine*? (*gr.* ἀναγγελεῖ, *cod. 300. al. et Vulg.* adnuntiet). AVG. conf. 8, 3, 7 aeger est carus et vena eius malum -at. doctr. christ. 3, 17 (*quaeritur, utrum* fratres [*I Thess. 3, 7*] *acc. sit an vocat.*) illa *lingua graeca* inspecta -atur vocativus. serm. 23B, 4 coll. Dolbeau 1996 p. 461 l. 70 ille *deus, i. idolon,* se -at lignum. *al.* **b** *-ant sensus sentienti (eius affectui l. 31) vel sensibilia sensibus sim.*: VITR. 3, 5, 9 *oculi species sursum ad epistylia versa* dilapsa ... altitudinis spatio ... incertam modulorum -at sensibus quantitatem. PS. QVINT. decl. 1, 4 officium ... oculorum est -are manibus, quid *per eas* actum sit. 1, 6 amor, cui -ant oculi. 2, 21 quibus *caecis* de sollicitudine sua non -ant oculi. TERT. apol. 9, 20 haec *incesta sim.* in vobis esse si consideraretis, proinde in Christianis non esse perspiceretis: iidem oculi -assent utrumque. anim. 6, 4 corporalium aiunt rerum qualitates ... corporalibus sensibus -ari ..., incorporalium vero intellectualibus conveniri. AVG. in euang. Ioh. 18, 10 -ant oculi cordi alba et nigra; -ant aures eidem cordi canora et dissona; -ant nares *eqs.* serm. 159B, 4 coll. Dolbeau 1996 p. 284 l. 182 sqq. quis est hic intus, cui -ant omnes isti sensus, quod sentiunt homines? ista enim tamquam instrumenta sunt ...; sensus est nescio quis interior imperator, cui nuntii isti -ant, quidquid foris inveniunt. *al.*

**II** *notione deflexa -atur*: **A** *reiciendo, repudiando, deserendo sim.* (*huc quodammodo vergunt p. 1115, 2 sqq. 26 sq. 66*): **1** *cum obi. fere i. q. aperte renuere, revocare, abdicare, recusare sim.* (*fere cum acc. obi. [pron. refl. p. 1118, 10], sed enunt. relat. l. 71, inf. l. 59 sqq.; saepe accedit dat. personae*): **a** *-antur res*: **α** *quaelibet*: ① *vario usu*: CIC. Verr. I 16 *Verres* mansit in condicione atque pacto, *quo iudicium redemerat* ...; posteaquam reiectio iudicum facta est, ... -ta est tota ⌊condicio⌋ (⌊ ⌋ *Ps. Ascon.,* conditio, conclusio, conductio *al. codd. Cic.,* condictio *de la Ville de Mirmont*). II 1, 141 -at Habonius illam decisionem tutoribus. PRISCILL. tract. 10, 136 illud, *quod saeculi est,* -amus, hoc, *quod dei est,* credimus. HEGES. 2, 10, 3 *sacerdotes interrogati,* si umquam a maioribus esset sacrificium gentilium -tum. AVG. epist. 34, 4 publicum ... officium (*item* 35, 1, *sed dat. p. 1118, 23*). CASSIAN. inst. 7, 16 dispersis abiectisque omnibus nihil ... ex eis, quae -verant, reservantes *monachi* (*sed pendet dat. ibid. p. 1120, 7. al.*). VITAE patr. 5, 18, 20 p. 986[C] domine, ... suscipe me poenitentem ... et -antem omne peccatum (*antea*: abrenuntio omni iniquitati; *gr. 18, 26* ἀπεχόμενον πάσης ἁμαρτίας). *c. inf.*: VVLG. eccles. 2, 20 unde cessavi -vitque cor meum ultra laborare sub sole (*aliter p. 1118, 50*). CONC. Rei. a. 439 p. 66 l. 58 *quidam* epistolas ... emiserat, quibus episcopatum ... appetere -verat (nunt- *var. l.*). (II) *in iure* (*cf. l. 75 sqq. p. 1119, 19 sqq.*): PAVL. dig. 17, 1, 22, 11 (*inde* INST. Iust. 26, 11) *mandatum* susceptum consummari oportet, nisi -tum sit; -ari autem ita potest, ut integrum ius mandatori reservetur ... per alium eandem rem commode explicandi. 22, 1, 38, 1 si fundus ob rem datus sit, veluti dotis causa, et -ta adfinitas, fructus quoque restituendi sunt.

**β** *amicitia, societas sim.*: CIC. Verr. II 2, 89 iratus iste *Verres* ... h o s p i t i u m ei *Sthenio* -at (LIV. 25, 18, 9 Badium Campanum T. Quinctio Crispino Romano palam ... -are h. FRONTO p. 223, 7 amicitiam h. que). NEP. Alc. 10, 2 *Lysander* huic *Pharnabazo* ... -at, quae regi cum Lacedaemoniis ⌊essent⌋ (*dub.*), nisi Alcibiadem ... sibi tradidisset. LIV. 36, 3, 8 num prius s o c i e t a s et amicitia eis *Aetolis* -anda esset quam bellum indicendum (38, 31, 5 -andam *esse* s. Achaeis. 42, 25, 12 amicitiam et s. GAIVS inst. 3, 151 quidquid ... post -tam s. adquiritur. PAVL. dig. 17, 2, 17, 1 si absenti -ta s. sit. 17, 2, 65 pr. [*e Proc.*]. *al.; de re cf. p. 1119, 25 sqq. et Mod. dig. 17, 2, 4 pr. possumus* societatem coire ... per nuntium ...; [*I*] dissociamur renuntiatione *eqs.*). 36, 3, 10 a m i c i t i a m -tam (42, 25, 1 legati ad ... -andam ... a. regi missi. *al.* S.C. de Pisone 29 morientem Germanicum ... non inmerito a. ei *Pisoni* -asse [*sim. de eadem re*: TAC. ann. 2, 70, 2 SVET. Cal. 3, 3]. *al.*). SCHOL. Pers. 1, 108, 2 cave, ne -et⟨ur⟩ (*suppl. Scholz-Wiener, 2009*) tibi potentum familiaritas et excludaris de domo amicorum, cum vis vera loqui.

**b** *-antur homines* (*c. acc. praedic. l. 12*): QVODV. grat. 1, 7, 9 in isto certamine *spiritali* -are se in omnibus et credere omnipotenti deo. PETR. CHRYS. serm. 111, 3 (*ad Rom. 5, 12*) o miseri, quibus nec adipisci libuit nec -are licuit nos haeredes (*sc. peccati originalis*)! ARNOB. IVN. in psalm. 44 l. 32 ut -ent homines et patrem et matrem et omnia, quae possident (*cf. e. g. Matth. 19, 21. 29*).

**2** *sine obi. fere i. q. alicui (rei) significare reiectionem, recusationem, valedicere sim.* (*cf. vi originaria adhuc vigente p. 1115, 26; pro subi. est res l. 46. 57, vix etiam l. 6*): **a** *indicatur, quid (quis) reiciatur, repudietur sim.* (*subaudiendum est p. 1119, 59 sq. al.*): **α** *per dat.* (*refl. p. 1119, 11. 64 sq.*): ① *vario usu -atur*: Ⓐ *rebus*: ① *officiis, muneribus, arti* (*cf. p. 1117, 61*): SEN. benef. 7, 14, 6 *quidam* omnibus aliis -vit o f f i c i i s huic uni (*sc. gratiae referendae*) imminens (dial. 7, 14, 3 potiora deserit multisque o. -at *venator.* 10, 7, 4, *v. l. 44.* QVINT. inst. 10, 7, 1 civilibus o. PLIN. epist. 2, 1, 8. AVG. epist. 34, 5 o. publico). FRONTIN. strat. 4, 5, 6 *C. Terentius Varro* honoribus ..., cum ei deferrentur a populo, -vit. PLIN. epist. 10, 3[a], 1 omnibus advocationibus ... -vi, ut ... delegato mihi officio vacarem. SVET. rhet. 30, 5 *C. Albucius Silus* -vit foro partim pudore, partim metu. APVL. met. 7, 15, 1 *asinus* sarcinis et ceteris oneribus iam nunc -turus. PORPH. Hor. carm. 3, 26, 1 *poeta* hac ὠ⟨ι⟩δῇ⟨ι⟩ videtur iam -are carminibus et lyram consecrare. CYPR. epist. 73, 2, 3 quia et honorem cathedrae sacerdotalis Novatianus usurpat, numquid idcirco nos c a t h e d r a e -are debemus? (*sim.* PS. CYPR. ad Novat. 2, 6 illic impudenter ... episcopatus appetitur, hic autem propriis sedibus et c. ... -atur). HIL. syn. 91 -emus episcopatui, quia officium eius ab anathemate sumpserimus. SERV. Aen. 5, 484 '*victor* caestus artemque reponit': et arma deposuit et arti -vit, id est κατάλυσιν fecit. HEGES. 2, 15, 2 ut proelio -rent *milites* (*cf. gr. 2, 524* τὰ ὅπλα ῥίψαντες). *al.* ② *vitae* (*sc. morte voluntaria; aliter l. 61*): SEN. dial. 1, 6, 8 (*7* patet exitus) omne tempus, omnis vos locus doceat, quam facile sit -are naturae. PS. QVINT. decl. 4, 8 homini, qui semel -vit r e b u s h u m a n i s, non redditur vita (17, 4 qua *potione veneni* -rem r. h.). *ibid.* paene sero -at v i t a e, quisquis sic ad exitium pervenit, ut *eqs.* (SVET. Galba 11 *Vindice mortuo* non multum afuit, quin v. -ret). ③ *affectibus, qualitatibus, vitiis*: SEN. dial. 6, 8, 3 (*ad Marciam*) ipsa illi *dolori* -a! 10, 7, 4 tot maximi viri relictis omnibus impedimentis, cum divitiis officiis voluptatibus -assent, hoc unum ... egerunt, ut vivere scirent. epist. 75, 3 non ... ieiuna esse et arida volo, quae de rebus tam magnis dicentur – neque enim philosophia ingenio -at. PS. QVINT. decl. 19, 10 mulier, adfectibus tuis -andum est. PLIN. paneg. 59, 2 postulamus, ut futuros principes doceas inertiae -are. APVL. met. 4, 25, 3 nunc certe ... funditus perii, nunc spei salutiferae -vi (*cf.* 6, 5, 3 quin ... cassae speculae -as?). VET. LAT. eccles. 2, 20 (Hier. *ad l.*) conversus sum ego, ut -rem cordi meo in omni labore meo, quo (quod *cod. unus*) laboravi sub sole (*gr.* ἀποτάξασθαι τῇ καρδίᾳ μου κτλ., *aliter* VVLG. *p. 1117, 59*). *al.* ④ *variis tam corp. quam incorp.*: SEN. dial. 10, 7, 4 divitiis (*v. l. 44*). nat. 6, 1, 10 qui Campaniae *terrae motu vexatae* -verunt quique ... emigraverunt. epist. 108, 15 ostreis boletisque ... -tum est (*postea*: abstinemus, fugimus *al.*). PLIN. nat. 30, 95 praecipue ... febrium medicina placitis eorum *magorum* -at. QVINT. decl. 319, 7 (*pater orbatus recusat agere cum uxore adulterii*) si amisissem tantum optimum iuvenem, excusatē tamen omnibus aliis causis -rem. PS. QVINT. decl. 1, 2 istam *novercam* ... oportet ... omnibus nuptiarum -asse pignoribus. APVL. met. 7, 4, 4 *non* paucos humili servilique vitae -antes. TERT. apol. 38, 4 spectaculis ... in tantum -amus, in quantum originibus eorum, quas scimus de superstitione conceptas. uxor. 1, 1, 4 post excessum nostrum -es n u p t i i s (OPTAT. c. Parm. 6, 4, 5 saecularibus n. PASS. Theclae B b 1 p. 150, 13). SERV. Aen. 6, 661 hi *sacerdotes,* qui maxima sacra accipiebant, -bant omnibus rebus. HEGES. 3, 18, 2 *Iosephus* suadet, ut sorti -rent *milites.* RVFIN. hist. 2, 17, 5 quod *Christiani* -ent cunctis facultatibus suis ... et bonis suis ... cedant (*cf. gr.* ἐξίστασθαι). 6, 3, 11 *Origenes* cunctis auditoribus suis -andi (abren- *var. l.*) omnibus, quae possidebant, et beatae paupertatis praebebat exempla. SVLP. SEV. chron. 2, 10, 4 (*sec. I Esdr. 9 sq.*) *Ezra* cum deprehendisset Iudaeos gentilium conubiis permixtos, ... -are istiusmodi matrimoniis ac filios ex his susceptos extrudi iubet. PS. SVLP. SEV. epist. 3 (*ad episcopum quendam*) omnes coquos tuos coquinae tuae -asse cognovi. ROMVL. fab. 70, 2 (rec. gall., *sim.* W) *leo rex factus* -ans prioribus factis (*rec. vet.* abrenuntiavit [renunt- *var. l.*]). COD. Theod. 12, 1, 58 pr. si *quis* velit

*[Reineke]*

sumptuosum ordinem senatorium vitare, ⌊-et⌋ dignitati (⌊ ⌋ de- *cod., corr. Gothofredus*). *al.*

Ⓑ *hominibus* (*deo l. 9. 13; refl. l. 11, cf. p. 1120, 34*): SEN. clem. 1, 9, 7 *Augustus* -ari ... amicis, quos in consilium rogaverat, imperavit et Cinnam unum ad se accersit. dial. 9, 3, 7 si omnem conversationem tollimus et generi humano -amus. TERT. apol. 6, 9 (*ad gentiles*) habitu, victu, instructu ... proavis -astis. adv. Marc. 3, 22, 2 *apostoli euangelizando* -verunt presbyteris ... et sacerdotibus Iudaeorum. PS. TERT. haer. 6, 1 hic *Cerdon* prophetias et legem repudiat, deo creatori -at ..., hunc *Christum* in substantia carnis negat *eqs.* LACT. inst. 2, 1, 16 (*allato Ov. met. 1, 84sqq.*) ipsi ... sibi -ant seque hominum nomine abdicant, qui non sursum aspiciunt, sed deorsum. OPTAT. 3, 11, 4 (*ad Donatistas*) cum dicitis 'redimite animas vestras', redemptori -atis, cum solus Christus sit redemptor animarum. HEGES. 5, 16 p. 328, 19 (*respic. II par. 25, 6sqq.*) *Amasiam regem* conductis -asse auxiliis, vicisse cum paucioribus. FAVST. Aug. c. Faust. 30, 3 p. 750, 10 damnate Moysen, -ate prophetis. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 26, 13 p. 393$^{A}$ *nos* -antes his, qui per philosophiam ... despicere simplicitatem fidei moliuntur (*cf. gr. p. 224$^{A}$* ἔρρωσθε φράσαντες). *al.*

Ⓘ *in iure* (*cf. p. 1117, 62sqq.*): POMPON. dig. 17, 2, 18 si servus societatem coierit, non sufficiet, si iubeatur a domino servus abire a societate, sed socio -andum est (PAVL. dig. 17, 2, 65, 8; *cf. ibid.* 17, 2, 65, 5 si emimus mancipia inita societate, deinde -es [-as $F^{2}$] mihi). GAIVS dig. 24, 2, 2, 3 (*rubr.* de divortiis et repudiis) sive ... ipsi *sponso sponsaeve* praesenti -etur sive absenti per eum, qui in potestate eius sit ..., nihil interest. inst. 3, 151 (*item* INST. Iust. 25, 4) cum aliquis -verit societati, societas solvitur (*ibid. bis.* VLP. dig. 17, 2, 14 [*e Pomponio*] si ... intempestive -etur s. [*seq. p. 1113, 48*]. PAVL. dig. 17, 2, 65, 3 Cassius scripsit eum, qui -verit s., a se quidem liberare socios suos, se autem ab illis non liberare. 17, 2, 65, 5 [*e Labeone*]. *al.; cf. p. 1117, 73*). PAPIN. dig. 4, 4, 30 *si quis* liti -are videtur (COD. Iust. 2, 3, 4 [*a. 206*] l. de praedio motae. VLP. dig. 4, 4, 21 [*item* 5, 1, 10] destitisse ... is videtur, non qui distulit, sed qui l. -vit in totum. COD. Iust. 2, 21, 6 [*a. 294*]). VLP. dig. 2, 5, 1 pro non dato fideiussor *datus* habetur, nisi suo privilegio specialiter -verit. 42, 5, 17, 1 si sponsa dedit dotem et nuptiis -tum est (COD. Iust. 5, 17, 3, 3 [*a. 290*] imaginarios ... nuntios ⌊id est repudia⌋ nullius esse momenti, sive n. fingant se -asse sive sponsalibus [⌊ ⌋ *delendum*]; *cf. extra ius p. 1118, 63sq.*). PAVL. dig. 17, 2, 65, 8 posse procuratori ... meo socium meum -are (*et ter ibid., partim e Sulp. Rufo apud Alfenum*). COD. Iust. 1, 18, 2 (*a. 243*) si maior annis hereditati matris tuae -asti (Theod. 11, 1, 17 si -andum h. putent *heredes scripti* [*cf. Interpr.* cedant his omnibus rebus]). 5, 17, 8, 5 (*a. 449*) *si quis* uxori suae -are voluerit, dotem redhibeat (*cf. e. g. ibid.* 7 si ... repudium missum est). *al.*

Ⓘⓘⓘ *in religione christiana -atur saeculo, vitae peccatrici, diabolo sim.*: Ⓐ *in formula baptismatis et locis potioribus inde pendentibus* (*cf.* abrenuntio *vol. I 131, 32sqq.*): TERT. anim. 35, 3 pactus es, *Christiane,* ... -asse ipsi *diabolo* et pompae et angelis eius (coron. 3, 2. spect. 4, 1 cum aquam ingressi Christianam fidem ... profitemur, -asse nos d. et p. et a. e. ore nostro contestamur. AVG. agon. 1, 1 sic ... -atur d. ..., cum -atur corruptelis et pompis et a. e. serm. 215, 1. *al.*). cult. fem. 1, 2, 4 hi sunt angeli, quibus in lavacro -amus. PS. CYPR. spect. 4, 3 cum semel illi *diabolo* -ando (*Diercks,* -ans *trad.*) rescissa sit res omnis in baptismate, dum post Christum ad diaboli spectaculum vadit, Christo tamquam diabolo -at. HIL. in psalm. 14, 14 in regenerationis nostrae nativitate in haec sacramenta iuramus, -antes diabolo, saeculo, peccatis. HIER. epist. 130, 7, 14. RVFIN. Orig. in exod. 8, 4 p. 223, 18 cum ... venimus ad gratiam baptismi, universis aliis diis et dominis -antes solum confitemur deum patrem et filium et spiritum sanctum. CHROMAT. serm. 14, 4 antequam venisses ad baptismum, interrogatus es, utrum -res saeculo et pompis atque operibus eius, et respondisti -are te. PETR. CHRYS. serm. 158, 8 Christianus futurus a sacerdote cum audit '-as diabolo?', respondet '-o'. SALV. gub. 6, 31 quae est enim in baptismo salutari Christianorum prima confessio? quae scilicet, nisi ut -are se diabolo ac pompis eius et spectaculis atque operibus protestentur? *al.* Ⓑ *cetera exempla*: TERT. idol. 24, 3 *ut fidem* observantes perseverent, non observantes -ent sibi (QVODV. grat. 1, 3, 5 militi Christi iam s. -anti [-ti *var. l.*]. *al.*). adv. Marc. 5, 4, 15 mundum ... quantum ad conversationem eius posuit *apostolus* (*Gal. 6, 14*), cui -ando mutuo transfigimur et invicem morimur. mart. 2, 5 Christianus etiam extra carcerem saeculo -vit, in carcere autem etiam carceri (CYPR. domin. orat. 19 s. -vimus et divitias eius ... abiecimus. epist. 11, 1, 2 nos ... s. verbis solis et non factis -antes [*inde* AVG. epist. 157, 4. *al.; cf. p. 1120, 3*]. ZENO 1, 37, 12. AMBR. fug. saec. 8, 45 s. et usui eius. HIER. epist. 53, 11, 2. *et saepe; cf. p. 1120, 17*). VET. LAT. Luc. 14, 33 (cod. 3, *sim. al. et* VVLG.) omnis ex vobis, qui non -at omnibus facultatibus suis, non potest esse meus discipulus (*gr.* ἀποτάσσεται, *cod. 5* abrenuntiat. *pendet e. g.* AVG. quaest. euang. 2, 31 homines, qui non -ant omnibus, quae possident). CYPR. mortal. 26 -asse nos mundo et tamquam hospites et peregrinos hic interim degere (AMBR. in Luc. 9, 36 *non* potest esse quis domini, nisi prius -verit m.; sed omnes -amus verbis, non -amus adfectu. HIER. epist. 39, 5, 1 toto -asse te m. et abiectis ... deliciis orationi ... vacare. CARM. epigr. Hisp. Cugusi 75, 3 [*saec. IV ex./V in.*] m. ponpisque labentibus eius. IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 2, 223 m. omnibusque peccatis. CASSIAN. inst. 7, 16 huic m. *et saepe*). IREN. 4, 8, 3 qui ... sunt, qui dereliquerunt patrem et matrem et omnibus proximis -verunt propter verbum dei ..., nisi discipuli domini? (*respic. deut. 33, 9*). PHYSIOL. rec. B 17, 16 diabolo reddantur, quae sua sunt, hoc est -ans (abren- *var. l.*) illi et omnibus operibus eius malis. RVFIN. Basil. reg. 4, 6 -at ... moribus suis vel delectationibus saeculi huius, sed et consanguinitati corporali (PAVL. NOL. epist. 40, 11 p. 354, 24 se ... ipsum mutat et superat, qui -at m. suis et se abdicat sibi. ARNOB. IVN. in psalm. 6 l. 16 m. meis malis et spiritibus inmundis -ans. *al.*). *et saepe.* *part. praes.* -āns, -antis *fere pro subst. masc.*: RVFIN. hist. 11, 9 p. 1015, 17 suscipere ille *Basilius,* quae -antes saeculo deferebant ad pedes suos, et dividere ... curam gerebat (hist. mon. 7, 4, 8 quam plurimi s. -antes [abren- *Rosweyde*]. CASSIAN. inst. 5, 32, 2 s. huic -ans). CASSIAN. inst. 2, 3, 1 per ... Thebaidem, ubi monasteria non pro uniuscuiusque -antis instituuntur arbitrio. 4 tit. de institutis -antium (*cf.* conl. 20, 1, 1 in quarto institutionum libro, qui est super instituendis -antibus titulatus). 4, 27, 2 mortificationem Christi, quam -ans quisque pro eius debet amore praeferre. conl. 3, 10, 4 abrenuntiatio rerum alienarum ... per se solam perfectionem -anti conferre non sufficit. *al.*

**β** *per praepos.* (*iuxta dat. pers. l. 27. 34*): ad: SEN. suas. 2, 12 ego illi *Leonidae* ad prandium promisissem, ad cenam -assem (*per breviloquentiam quandam; cf. p. 1115, 66*). AVG. in euang. Ioh. 6, 26 ad ipsa iura humana -asti, quibus possidentur possessiones. in psalm. 58, serm. 2, 11 l. 7 omnipotenti medico nihil est insanabile, non -at ad aliquem (*cf.* serm. 80, 4 nemo sibi de sanitate blandiatur, ne -et ad illum *Christus* medicus). ab (*fort.* -are ab *cum* abrenuntiare *aequato*): ORIG. in I reg. 11 p. 20, 6 (*respic. I reg. 2, 2*) si scriptum esset 'non est sanctus nisi dominus', consequens erat omnes nos -are nobismet ipsis ab hac spe, ut sancti efficeremur.

**b** *absolute fere i. q. desperare, se abdicare sim.*: SEN. benef. 5, 2, 4 *vir bonus* numquam ... succumbet, numquam -bit. QVINT. decl. 315, 15 (*vir fortis loq.*) -o, res publica (rei p. *trad.*), non utor honore constituto. PS. QVINT. decl. 8, 9 non credo -antibus (*sc. medicis*), non accedo, cum deserunt relinquuntque languentes (*opp.* sperantibus). VLP. dig. 17, 2, 14 *non* tenebitur pro socio, qui ideo -vit, quia condicio quaedam, qua societas erat coita, ei non praestatur. MVTIAN. Chrysost. hom. 6, 3 p. 281$^{med.}$ 'consolamini pusillanimes, suscipite infirmos' (*I Thess. 5, 14*), hoc est: non desperetis, non -etis (*gr. p. 58$^{in.}$* μὴ ἀπογνῶτε). 10, 2 p. 307$^{in.}$ eum ..., qui desperat ex praesentibus et -at, ex futuris confortare quis poterit? (*gr. p. 85$^{ext.}$* ἀπαγορεύσαντα). *al.*

**B** *variis modis, sc.*: *referendo ad futurum, sc. per praefigurationem*: TERT. adv. Marc. 4, 12, 3 per Iesum (*Ios. 6, 2sqq.*) ... concussum est sabbatum, ut et hoc in Christum (*Luc. 6, 1sqq.*) -retur. *derivando, nuncupando sim.*: TERT. resurr. 18, 8 adeo caro est, quae morte subruitur, ut exinde a cadendo cadaver -etur (enunt- *edd. Evans, Borleffs*). *solvendo, expediendo sim.* (*aliter sub IB, ubi saepius pro obi. sunt responsa*): AMBR. spir. 2 prol. 10 (*ad iud. 14, 19* problema solverant) accipiunt ... praemium sapientiae ..., qui absolvunt et -ant quaestionem. *inserendo, includendo sim.* (*cf. locut.* referre in acta *p. 622, 23sqq.*): CHART. lat. ant. XX 707, 3, 2 (*a. 540*) instrumenta venditionum ... in acta megrarunt (*i.* migr-); ... *venditori ostendantur*; quid responsi dederit, actis -etur.

*deriv.*: renuntiatio, renuntiative, renuntiator, renuntium, renuntius.
*compos.*: abrenuntio, ?obrenuntians.
*cf. Onom.* (Renuntiatus). *Reineke.*

※**renuntium,** (-ī) *n.* *a* renuntiare *sec.* nuntium. *i. q. actio renuntiandi vel id ipsum quod renuntiatur, technice in re militari* (*sc. renuntiatur praefecto omnia recte disposita esse*): TAB. Vindol. II 131 pr(idie) Non⟨as⟩; renunt⟨ium⟩ (*exemplar mutilum ut*: 134. 136 [*scrib.* -nut-]. *al. ibid.*). III 574, 2 XVII K(alendas) Maias; -um coh(ortis) VIIII Batavorum: omnes ad loca, qui debunt (*i.* -ent), et inpedimenta renuntiarunt optiones et curatores.

**renuntius,** -ī *m.* *a* renuntiare *sec.* nuntius. *i. qui renuntiat* (*sc. responsum refert*): PLAVT. Trin. 252 (*enumerantur, qui ad familiam pertinent*) cantrices, cistellatrices, nuntii, -i (COD. Theod. 3, 7, 1 pr. cessent ... interpretes, taciti n. -ique corrupti, *qui viduas ad secundas nuptias impellunt*). *Bk.*

**1.** ※**ren(n)uo,** -uī, -ere. *a* re- *et* nuere (*quod ipsum non ante Char. legitur*). *scribitur* renu- CE 893, 8 *p. 1122, 37, in codd. vet.* HIL. trin.

*[Fischer]*